This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

WIDENER LIBRARY
HX JUZJ 0

Digitized by Google

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Anak p 153

CENSORINI
LIBER
DE DIE NATALI

cum perpetuo Commentario

HENRICI LINDENBROGII,

NEC NON

NOTARUM SPICILEGIO

Collecto ex

SCALIGERI, MEURSII, SALMASII, BARTHII,
Aliorumque Scriptis

UT ET

C. LUCILII,

Satyrarum quae ſuperſunt

RELIQUIAE

Cum notis & animadverſionibus

FRANC. JAN. F. DOUZAE,

Ex recenſione

SIGEBERTI HAVERCAMPI,

Cum indicibus locupletiſſimis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud S. ET J. LUCHTMANS,
Academiae Typographos. MDCCLXVII.

16

Digitized by Google

Le 32.21

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. [illegible]

1422

Digitized by Google

VIRO CELEBERRIMO

JOANNI VANDEN HONERT,

TAC. HAJ. FIL.

S. S. THEOL. DOCTORI ET *HUJUSCE FACULTATIS*

UT ET

HISTORIAE ECCLESIASTICAE PROFESSORI INCLYTO.

S. D. P.

EVERARDUS ET ABRAHAMUS HAVERKAMPI. SIG. FIL.

Quod Tuo, potiſſimum Nomini, Vir Clariſſime, elegantiſſimum hunc Cenſorini de Die Natali libellum,

lum, una cum Veteris Poëtae Lucilii reliquiis, inſcribere ſuſtineamus, non una a nobis ratio reddi poſſet.

Mittimus, ſi illuſtre Nomen hiſce Opuſculis praefigere tantum in animo fuiſſet, Tuo nullum inter Literatos illuſtrius inveniri potuiſſe: Quippe, qui etſi nullus Tibi a Natalibus ſplendor eſſet, immortali Nominis fama Tuae ipſe Nobilitatis Auctor exiſteres magnificus: Nunc vero illud habes praecipui, quod, fremat licet invidia, acceptam a majoribus Nobilitatem literis atque doctrina illuſtres. Mittimus

Digitized by Google

timus alias, duas tantummodo, quae maxime nos impulerunt, cauſas proferemus. Et primo quidem perſpecta nobis erat Parentis noſtri τȣ̃ μακαρίτȣ deſtinata animi voluntas, Tibi, ſi per fata eheu! licuiſſet, auctores hoſce ſua qualicunque cura nitidiore prodeuntes ornatu, in devinctae amicitiae pignus offerendi, a quo optimi Parentis propoſito recedere nos debita Parentis manibus reverentia haud ſiviſſet. Huic accedebat Tuorum Vir Clariſſime, erga nos beneficiorum cum magnitudo, tum memoria, cujus publicum, hac

data occaſione, teſtimonium exſtare poſſe ſerio gaviſi ſumus.

Etenim ex quo Omnipotentis Dei providentia in illuſtrem Batavorum Academiam evocatus fuiſti, ut hanc doctrinae tuae radiis circumquaque colluſtrares, adeo ſingulari & impenſo nos favore complexus es, atque proſecutus, ut parem unquam meritis gratiam Tibi referendi, nobis locum plane nullum reliqueris.

Mihi inprimis Cariſſime Honerti, cui Tuis ſub Auſpiciis Sacro-Sancta Theologiae penetralia reſerata ſunt, quod inter primas vitae felicitates nu-

Digitized by Google

numeravi ſemper, & numerabo, dum vivam, ingrato prorſus vivendum atque moriendum erit. Quod ſcio in re Theologica, ſi quid ſcio, Tibi, maximoque Tuo Parenti, TACONI HAJONI illi HONERTIO debere me lubens profiteor, imo glorior. Veſtra auro mihi contra cariora monita, munus mihi Eccleſiaſticum, tot tantisque moleſtiis grave, tot perditiſſimorum hominum molitionibus expoſitum, leve faciunt onus ac jucundum. Neque hiſce contentus alia atque alia in dies in me cumulaſti beneficia. Hor-

rorem mihi ſacrum incutit; ſed & ſumma animum laetitia perfundit nunquam non grata recordatio illius Diei, qua ante hos circiter duos annos, me apud Nordvicenſes meos, ut in jucundiſſima illa ſtatione novitius Dei ſacerdos excubias agerem, Deo plenus inauguraſti. Animo ſubit, quoties hanc ſolennitatem recordor, recordor autem ſaepe, Tuus ille paternus erga me affectus; menti obverſantur Tua, quae aureo ex ore fluebant, conſilia, atque praecepta: pro quibus etſi tum verbis, coram frequentiſſima audientium

co-

Digitized by Google

corona, Gratias Tibi egi, quas potui, maximas, verbis tamen majores me debere, ſatis ſentio, & vel ipſorum Theologia Gentilium docere me poſſet. Etenim ſi apud Romanos, augurum inſtitutis, in collegium hoc coöptatus, illum, a quo inauguratus fuerat, per omne vitae ſpatium parentis in loco colere debebat, quo ego Te honore colam, Clariſſime Honerti, qui purioribus a Te ſacris initiatus, & in Sanctiſſimam Novi Foederis Antiſtitum Societatem adſcitus ſum.

Patere igitur, Vir Celeberri-

Digitized by Google

rime, non ignobilem hanc Auctorum bigam Tui fulgore nominis coruſcantem, Tuo munitam praeſidio in vulgus exire, & ſerena, qua noſmet ipſos ſoles, fronte hocce qualecunque ſempiternae noſtrae in Te Obſervantiae pignus ſuſcipe, Tibique perſuaſum habe, in illorum nos numero eſſe, qui Tuas animi Virtutes, ingenii magnitudinem, vim eloquentiae, ſingulares denique doctrinae copias, admirantur, colunt, venerantur. Celebrare enim omnes atque ſingulas, neque noſtrarum eſſet virium, neque tua permitteret

Digitized by Google

teret modeſtia, nec anguſtum Epiſtolae ſpatium pro dignitate complecti poſſet.

Quod ſupereſt itaque, Deum ter Optimum, Maximum precamur ſupplices, ut Te, Vir Clariſſime, in Publica tam Academiae atque Eccleſiae, quam totius Patriae commoda diu longumque ſervet ſalvum, atque incolumem; ut Te cum Lectiſſima Conjuge, omni virtutum genere Ornatiſſima Matrona, cum tenella veſtra ſobole, nullo non felicitatis cumulo beët. Creſcat inprimis, creſcat veſter ille TACO HAJO, detque Omnipotens re-

rum

Digitized by Google

rum Arbiter (audi, Deus, noſtra & bonorum omnium vota) ut vivis Parentibus, atque videntibus, Paterna Avitaque legens veſtigia, ad domeſticam adſurgat laudem, Gentisque ſuae, de Sacris & Humanis Literis tam bene meritae, Literis monumentiſque memoriam conſervet, atque perpetuet.

Barnfeldiae in Velavia
Inferiori ipſis Kalendis Octobris
MDCCXLII.

Digitized by Google

AD

LECTOREM

BENEVOLUM.

Aureolus Cenſorini de Die Natali liber, mole haud magnus ſed gravis rerum pondere, quum jam ab aliquo tempore in eruditorum Virorum bibliothecis deſideratus eſſet, nitidioribus iterum typis ut deſcriberetur curaverat Pater noſter ὁ μακαρίτης: Verum inmatura heu nobis morte erepto natalem

Digitized by Google

lem editionis hujuſce diem videre Viro optimo non licuit, triſti etiam praefandi provincia nobis relicta, quam etſi a praeſenti vitae noſtrae inſtituto alienam paulo, ſubterfugere, religioni duximus, indignum exiſtimantes, Huic, cui lucem vitamque debemus, ultimum hoc debitae pietatis officium denegare, quo publico quae deſtinaverat ſive ſua ſive aliorum ſcripta, in lucem publicam protraheremus.

Cenſorinum igitur quod adtinet, quis & qualis fuerit, neque ipſe de ſe teſtatum reliquit, neque alii literis mandarunt. Originem ſuam ex gente Marcia habuiſſe non improbabiliter conjici poſſet, ſaltem in ea gente extitiſſe quoſdam, cogmomine

Cen-

Cenſorinos, ex illorum apparet commentariis, qui Familias Romanarum Gentium in ordinem digeſſerunt, & ipſe noſter c. XVII. meminit L. Marcii Cenſorini, qui A. U. C. DV. cum M. Manilio Conſulatum geſſit.

Certior eſt Auctoris noſtri aetas: incidiſſe enim illam in tempora Severi, Maximiani, atque Gordiani inter eruditos conſtat, atque ipſe haud obſcure indicavit, quum c. XVIII. & XXI. teſtetur ſeculum, quo vivebat, Romae poſt urbem conditam, currere decimum quin & hunc ſuum de Die Natali librum ſcripſiſſe, ſe A. U. C. 991. Ulpio & Pontiano coſſ. dicto cap. XXI. diſerte teſtatur.

Fuiſſe autem Cenſorinum ingenio praeſtanti & eruditione per-

perfecta, vel hic ſolus de Die Natali libellus abunde evincit, in quo non tantum de prima hominum origine docte atque copioſe diſſerit, in medium adductis Veterum cum Medicorum tum Philoſophorum placitis, ſed & egregia eruditionis ſuae in Muſicis & Aſtronomicis ſpecimina edit. Praeterea quo maxime nomine commendandus eſt, rei Chronologicae peritiſſimus praecipuas gentilium aeras in hoc libro accurate invicem connectit: unde Joſepho Scaligero, at quanto Viro! eximius & doctiſſimus temporum & antiquitatis vindex audit.

Non mirum igitur, ex quo feliciora renatis literis ſecula fluxerunt, in pretio ſemper atque ſumma aeſtimatione Auctorem hunc

ha-

Digitized by Google

habuiſſe Viros Doctos, dignumque cenſuiſſe, qui accuratiore ab ipſis cura excoleretur atque emacularetur.

Primus autem Cenſorinum publico donavit Joh. Rivius, cujus beneficio A. 1519. Macrobio adjunctus prodiit: ex eo tempore ſaepius praelum exercuit in Italia, Gallia, atque Germania; ſed ante Eliam Vinetum nemo ipſum animadverſionibus illuſtrare aggreſſus eſt, cujus editio lucem adſpexit Pictavii A. 1567. Poſt Vinetum auctorem noſtrum recenſuere Aldus Manutius Nepos, Ludovicus Carrio, &, qui reliquorum diligentiam longo poſt ſe intervallo reliquit, Henricus Lindenbrogius: Hic quidem Cenſorinum anno praeteriti ſeculi quartodecimo Hamburgi vulga-

Digitized by Google

vit, cum perpetuo ac bonae frugis pleniſſimo commentario, addito praeterea examine Variarum Lectionum Edit. Aldinae A. 1581. & Roſtochienſis A. 1579. Excepit hanc editionem altera cum ejuſdem Lindenbrogii notis, auctior & emendatior Lugd. Bat. A. 1642. Denique doctus quidam Britannus Lindenbrogianam Cenſorini editionem recudi curavit Cantabrig. A. 1695. in forma, uti vocant, Octava, qui praeter ſuas hic illic animadverſiones, addidit notarum ſpicilegium ex Scaligeri, Meurſii, Salmaſii, Barthii, aliorumque ſcriptis collectum, nec non in compendium ab ipſo redactas S. P. Nunneſii notas ad fragmentum incerti ſcriptoris, quod antea quidem Cenſorino tributum fuerat, & tanquam pars libel-

libelli de Die Natali circumferebatur; ſed a Ludovico Carrione ab eo ſeparatum fuit. Noviſſimam hanc Britanni editionem ſecutus eſt pater noſter ὁ μακαρίτης, qui recentem hanc exornavit collatione Codicis Manuſcripti Bibliothecae Lugduno Batavae, qui etſi manu recenti exaratus haud malae tamen notae videtur eſſe; reperitur vero hic Codex inter Voſſianos Hiſtoricos in quarto n. 11. Eliae autem Vineti animadverſiones, quarum rationem non habuerat pater, forte quia minoris ſunt momenti, ne quid in hac editione deſideraretur, ad calcem libelli hujus de Die Natali rejectae, inveniuntur.

Lucilii denique qui comes Cenſorino datus eſt, reliquias quod

Digitized by Google

quod adtinet, de eo pluribus egit doctus illius interpres Franciſcus Jani F. Douza, cujus ſcrinia hic compilare nec lubet nec vacat: hoc tantum ſcito L. B. indicem Lucilio additum eſſe locupletiſſimum. Vale, Lector, atque fave.

ELIAS

Digitized by Google

ELIAS VINETUS.

LECTORI

S. P. D.

Quod extat Cenſorini, ſive ſit illud ipſum, quod Sidonius Apollinaris illuſtre volumen de Die Natali appellavit: ſive ejus epitome: ut ſibi placuerunt veteres in contrahendis majorum ſuorum ſcriptis: id multis locis corruptum adhuc Typographi ediderunt. Voluimus ergo nos & eum quoque librum emendare. ad quam rem, quanvis non ſatis inſtructi vetuſtioribus exemplaribus ſimus ag-

greſſi: tamen quantulumcumque ſit, quod præſtiterimus, hoc literarum ſtudioſos, æqui bonique conſulturos confidimus. De auctore autem unici Romani nominis, ſi quis roget, quid compererimus: quæ paucula de illo potuimus ex eo ipſo cognoſcere, hæc fere ſunt. Quo loco de ævo diſputat, Romam dicit ſuam & Quincti Cærellii, cui librum dedicat, communem patriam. In principio libri ſe tenuioris fortunæ fuiſſe ſcribit, & Quincto Cærellio, multa debuiſſe: ex cujus amicitia, literas, honorem, dignitatem, decus atque præſidium, cuncta denique vitæ præmia recepiſſet. Scribit poſtea, quo loco de tertio temporis diſcrimine diſputat, illa de Die Natali commentatum eſſe, quum ageretur annus

Digitized by Google

a Roma condita nongenteſimus nonageſimus primus: quem putamus annum a Chriſto nato ducenteſimum & quadrageſimum. quo tempore Maximus, Alexandro Severo interfecto, Romanum Imperium tenebat. Ita fuit Cenſorinus Aulo Gellio Noctium Atticarum Scriptore, annis aliquot junior: quem, ſi forte viventem non vidit, vidit ſaltem Appulejum Madaurenſem, Philoſophum: clariſſimoſque Juriſconſultos Domitium Ulpianum, Julium Paullum, Pomponium, Modeſtinum, Celſum, Calliſtratum, & reliquos illos Papiniani diſcipulos: quorum amicorum ſociorumque ſuorum Conſilio Alexandrum Auguſtum in adminiſtrando Imperio eſſe uſum Ælius Lampridius auctor eſt. Sidonius vero Arvernus, quo non

poſſum inter vetuſtos ſcriptores antiquiorem proferre, qui hujus Cenſorini meminerit, non plus ducentis annis eo fuit poſterior. Vale. Burdigalæ, Calendis Juliis. MDLXV.

HEN.

Digitized by Google

HENRICUS LINDENBROGIUS
LECTORI S.

UT, quid in hac nova Cenſorini editione, à nobis praeſtitum ſit, candide Lector, ſcias, ſic habe. Sequuti ſumus Ludovici Carrionis, viri doctiſſimi, & acerrimi judicii, exemplar Lutetianum. Nam id nobis concinnius viſum fuit. Multa tamen loca depravata atque mendoſa, partim ratione ipſa duce, partim beneficio Germanicae & Manutianae editionis, quarum haec Venetiis, illa Roſtochii prodiit, reſtituimus atque correximus. Notas inſuper noſtras adjecimus, majore quidem labore, quam ingenii acumine conſtantes: quae tamen indicis vice fungi, & paene Commentarii inſtar eſſe poterunt, ſi loca auctorum paſſim à nobis indicata, ipſe inſpicere operae pretium eſſe duxeris. Quod ſi noſtro labore tuum levatum eſſe ſenſeris, bene ſe res habet; ſin minus, conatui ſaltem noſtro fave. Vale.

Digitized by Google

PRAEFATIO
EDITIONI CANTABRIGIENSI
PRAEMISSA.

EN tibi, Erudite Lector, exhibemus, quem dudum omnis fere Juventus efflagitavit, exiguum ſi ejuſdem molem ſpectes, *Cenſorini* libellum; at ſi Scriptoris variam multiplicemque doctrinae materiam perpendas, reconditioris literaturae penum, haud aegre conceſſeris, atque hoc nomine grandioribus merito videatur aequiparandus.

Habet equidem, uti cuilibet conſideranti prima facie patebit, ea haud vulgaria ingenii ſpecimina, ut non mediocriter doctos delectent & afficiant: & praecipue cum in hac noſtra Editione, ſecuti ſimus exemplar illud Doctiſſimi *Lindenbrogii*, impreſſum apud *Leidenſes* A°. 1642. Porro monendus es, Amice Lector, huic etiam aliarum notarum mantiſſam

tiſſam

Digitized by Google

tiſſam accedere, quandoquidem *Nunneſii* Notas & Emendationes ad Authoris Fragmentum in compendium redactas, quia neque paſſim obviae ſunt, neque alio quod ſciam inveniuntur, quam apud calcem obſervationum A. *Schotti*, exhiberi curavimus. Et quia multa quae lucem huic Authori afferant, atque luxata reſtituant, à quamplurimis magni Nominis viris ſint obſervata, ex quo praefat. *Lindenbrogius* nobilem ſuam Editionem adornavit, atque in lucem emiſit, quae hactenus fere omnia in eorum Criticis obſervationibus & Adverſariis diſperſa jacuere, operae pretium fore exiſtimavimus, ad Lectoris commodum, atque hujus Editionis emolumentum, ut una ſimul colligerentur, ex quibus Spicilegium in fine libri confectum eſt.

De ipſo Authore non eſt quod hoc in loco plura dicamus, praeſer-

tim poſt Clariſſimorum Virorum Elogia. *Gerard. Voſſius* de Hiſtor. Lat. lib. 2. cap. 3. monet, ſcripſiſſe de *Die Natali* libellum Chronologis utiliſſimum, primo anno *Gordiani* (3[tii]) Imper. qui incidit in *Chriſti* 238. ejuſdem vero Fragmentum, quod & libri de *Die Natali* pars ante habebatur, à *Ludov. Carrione* ab eo ſejunctum, & auctius Emendatiuſque editum, ei videtur abjudicare, cum pleraque quae in illo continentur, etiam ipſo de *Die Natali* libello tradantur.

Penes ergo Lectores candidos ſit de hac ultima Editione judicium, nos pro viribus emendatam, caſtigatam, immo & auctam ſtudioſae Juventuti propinamus, ad majora aliquando feſtinantes, ſi modo haſce laborum in Typographicis veluti primitias, conſtiterit Docto, caeterum Faſtidioſo hujus ſaeculi palato non diſplicere.

SCRIP-

Digitized by Google

SCRIPTORUM VETERUM
DE
CENSORINO
TESTIMONIA.

Ejuſque FRAGMENTA.

Sidonius Apollinaris Epiſtol. ad Polemium.

Quod ſi aliquis ſecus atque aſſero, rem ſe habere cenſuerit, do quidem abſens obtrectatoribus manus. ſed noverint diſcrepantia ſentientes, ſententiam meam ſine M. Varrone, ſine Sereno, non Septimio, ſed Sammonico, ſine Cenſorino, qui de die natali illuſtre volumen confecit, non poſſe damnari.

Magnus Caſſiodorus, in principio de arte Grammatica.

Sed quamvis auctores temporum ſuperiorum de arte grammatica, ordine diverſo tractaverint, ſuiſque ſaeculis habuerint, ut Palaemon, Phocas, Probus, & Cenſorinus, nobis tamen placet in medium Donatum deducere.

Idem Caſſiodorus in lib. de Muſica.

Invenimus etiam Cenſorinum, qui ad Q. Caerellium ſcripſit de natali die: ubi quoniam de muſica diſciplina, vel de alia parte matheſis, non negligenda diſſeruit, non inutiliter legitur, ut res

Digitized by Google

ipſae penetrabilius animo frequenti moderatione condantur.

Idem ibidem.

Cenſorinus quoque de accentibus voci noſtrae adneceſſariis ſubtiliter * diſputavit, pertinere dicens ad muſicam: quem vobis inter caeteros tranſcriptum reliqui.

* *non in lib. de die natali, ſed in libro de accentibus.*

Priſcianus lib. primo.

Auctoritas quoque tam Varronis, quam Macri, teſte Cenſorino, nec *k* nec *q* neque *h* in numero adhibet literarum.

Idem ibidem.

Quamvis & Cenſorino doctiſſimo artis grammaticae idem placuit.

Idem lib. quarto decimo.

Cenſorinus vero de his docet planiſſime in libro quem de accentibus ſcripſit.

Idem ibidem.

Quod Cenſorinus quoque de accentibus approbat, ſic dicens: Super, praepoſitio eſt, apud Virgilium primo AEneidos:

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Salluſtius vero hiſtoriarum libro primo adverbium hoc protulit, *Ubi multa nefanda caſu ſuper*

caſi

auſi atque paſſi. Sed mihi videtur Salluſtius quoque loco praepoſitionis hoc praepoſtere protuliſſe. ſed Virgilius in quinto AEneidos dixit,

—— ſatis una ſuperque
Vidimus excidia.

Adverbium ſine dubio hoc in loco accipitur. Idem Cenſorinus haec eadem ſubjungit. Poſt, eſt praepoſitio apud Virgilium in tertio Georgic.

Poſt montem oppoſitum.

Idem primo AEneidos adverbium,

Poſt mihi non ſimili poena commiſſa luetis.

Ante, praepoſitio eſt. Virgilius in primo Georgic.

Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni.

ut in tertio AEneidos adverbium,

Ante & Trinacria lentandus remus in unda.

Supra, praepoſitio. Virgilius in quinto AEneidos

Olli caeruleus ſupra caput adſtitit imber.

Adverbium, Terentius in Andria,

Prope abeſt cum alieno more vivendum eſt mihi.

Ultra, praepoſitio apud Salluſtium * in Jugurthino, *Maurique vanum genus, ut alia Africae, contendebant, Antipodas ultra AEthiopiam cultu Perſarum juſtos & egregios agere.* Adverbium, *Lego aſſidue, nihil ultra faciens.* Haec Cenſorinus, ut ſupra dixi, de accentibus tractans.

Caſſiodorus Libro de Geometria.

Cenſorinus in libro, quem ſcripſit ad Q. Caerellium, ſpatia ipſa coeli, terraeque ambitum, per numerum ſtadiorum diſtincta, curioſitate deſcripſit. quem ſi quis recenſere voluerit, multa philoſophorum myſteria, ubi legerit, agnoſcet.

Inter

Digitized by Google

TESTIMONIA SCRIPTORUM.

Inter Neotericos ſufficiat Teſtimonium Joſ. Scaligeri lib. III. Em. Temp.

Cenſorinus ſcribebat aureolum libellum ſuum de die Natali anno Chriſti Dionyſiano 238, cyclo Solis XXIII, Lunae XI: quod cognoſcimus ex anno Iphiti 1014, quo ineunte à diebus aeſtivis ea ſcribebat eximius ille & doctiſſimus temporum & antiquitatis vindex. Is igitur ſcribit, eo anno Thoth Nabonaſſari noningenteſimum octageſimnm ſextum incurriſſe in a. d. VII. Kalend. Julias: hoc eſt, in XXV. Junii, Abjectis 28. de 986, remanet annus cycli Solis Nabonaſſari ſextus.

SUM-

Digitized by Google

SUMMA CAPITUM
IN
CENSORINO.

CAP. I. *PRaeſatio ad Q. Caerellium.* Pag. 1
II. *Cur Genio mero, & quomodo, ſacrificetur?* 7
III. *Genius quid ſit? & unde dicatur?* 11
IV. *Variae opiniones veterum philoſophorum de generatione.* 16
V. *De ſemine hominis; & quibus è partibus exeat?* 24
VI. *Quid primum in infante formetur? & quomodo alatur in utero? Cur mas aut femella naſcatur? cur gemini? De conformatione partus.* 27
VII. *De temporibus, quibus partus ſolent eſſe ad naſcendum maturi; deque numero ſeptenario.* 31
VIII. *Rationes Chaldaeorum de tempore partus. item de Zodiaco & de conſpectibus.* 35
IX. *Opinio Pythagorae de conformatione partus.* 40
X. *De Muſica, ejuſque regulis.* 42
XI. *Ratio Pythagorae de conformatione partus confirmata.* 48
XII. *De laudibus Muſicae, ejuſque virtute, item de ſpatio coeli, terraeque ambitu, ſiderumque diſtantia.* 53
XIII. *Diſtinctiones aetatum hominis, ſecundum opiniones multorum; deque annis climactericis.* 57
XIV. *De diverſorum hominum clarorum tempore mortis: deque laudibus Q. Caerellii.* 63
XV. *De tempore, & de aevo.* 72

XVI.

Digitized by Google

XVI. *Saeculum, quid ſit? ex diverſorum definitione. itemque ex libris Ritualibus.* 76

XVII. *Romanorum ſaeculum, quale ſit? de ludorum ſaecularium inſtitutione, eorumque celebratione uſque ad Impp. Septimium & M. Aurelium Antoninum. item de die natali Q. Caerellii.* 79

XVIII. *De anno magno, ſecundum diverſorum opiniones. item de diverſis aliis annis. de Olympiadibus, & luſtris, & agonibus Capitolinis. & quo anno hic liber ſcriptus ſit?* 91

XIX. *De annis vertentibus diverſarum nationum.* 101

XX. *De anno vertente Romanorum, deque illius varia correctione, de menſibus & diebus interkalariis. de diebus ſingulorum menſium. de annis Julianis.* 105

XXI. *De hiſtorico temporis intervallo, deque adelo & mythico. deque annis Auguſtorum, & AEgyptiacis. & temporis, quo haec ſcripſit Cenſorinus, deſignatio.* 111

XXII. *De menſibus naturalibus & civilibus diverſarum nationum; deque eorum nominibus & nominum rationibus.* 117

XXIII. *De diebus, & varia dierum apud diverſas nationes obſervatione. item de ſolariis & horariis.* 123

XXIV. *De dierum Romanorum diverſis partibus, deque eorum propriis nominibus.* 126

ELO-

Digitized by Google

E L O G I U M.

Macrobius in Somnium Scipion.

LIB. II. CAP. IV.

IN RE NATURALITER OBSCURA, QUI IN EXPONENDO PLURA, QUAM NECESSE EST, SUPERFUNDIT, ADDIT TENEBRAS, NON ADIMIT DENSITATEM.

CEN-

Digitized by Google

Digitized by Google

CENSORINI LIBER DE [a] DIE NATALI, [1] Ad Q. CERELLIUM.

CAPUT I.

[2] MUnera ex auro vel quae ex [3] argento nitent caelato, [4] [b] opere, quam materia, [c] cariora, caeteraque hoc genus [5] blandimenta Fortunae [6] [d] inhiat is, qui vulgo [e] dives vocatur. Te autem, Q. Cerelli, vir-

tutis

VARIAE LECTIONES.

a *Inſcribitur etiam hic liber*, DE HUMANA ORIGINE. *Lugd, Bat.* CENSORINUS DE DIE NATALI AD Q. CERELLIUM. b *Ger. & Ald. edit. & Lugd. Bat.* nonnunquam. c *Al.* cariore. d *Germ. & Ald.* inhiant ii. *Lugd. Bat.* inharint hi. e *Germ. & Ald. & Lugd. Bat.* divites vocantur.

NOTAE.

1 *Ad Q. Caerellium*] Scribe *Cerellium*, *e* ſimplici. Ita enim eſt in Inſcriptione veteri Jan. Gruter. volum, Inſcript. pag. 241. In Pandectis Florent. L. ſicut. §. 8. *Ariſto.* tit. *Si ſervit. vindic.* Plin. lib. 11. Epiſt. 19. & lib. IV. Epiſt. 21. Spartian. in Severo. LINDENBROG.

2 *Munera ex auro vel quae ex arg.*] Vitioſe haec in prioribus editionibus erant diſtincta: τὸ *caelato* enim non cum *opere* conjungendum eſt, ſed cum *auro* & *argento*. LIND.

3 *Argento nitent, caelato*] Non placet haec ſcriptura, quaſi Cenſorinus de auro etiam caelato non haec diceret, quod tamen fecit: ideoque dixit, *opere quam materia cariora.* MS. Colonienſe exhibet, *ex argento nitent caelata.* BARTHIUS.

4 *Opere quam materia cariora*] Id eſt, in quibus plus eſt in manus pretio, quam in re, ut Ulpianus inquit, L. *mulieris appellatione.* 13. §. *res abeſſe.* D. de Verbor. ſignif. vel, ut Paulus, *quorum pretium non in ſubſtantia*,

tutis non minus, quam pecuniarum divitem, id eſt, vere divitem, iſta non capiunt Non quod 7 earum poſſeſſionem, vel etiam uſum à te omnino abjeceris, ſed quod [a] ſapientium diſciplina formatus, ſatis liquido [b] comperiſti, hujuſmodi ſita in lubrico, 8 bona malave per ſe non eſſe, 9 ſed τῶν μέσων, hoc eſt, bonorum malorumque media [c] cenſeri. Haec 10 ut [d] comicus ait,

— *per-*

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* Sapientum, b *Germ.* comprendiſti. c *Ald. editio non habet* cenſeri. d *Lugd. Bat. & Germ. editio addit*, Terentius.

NOTAE.

ſed in arte eſt poſitum. L. *Labeo.* 14. D. *eod. tit.* Nam caelatura argento pretium addit. L. *Ex argento.* 13. D. *de condict. furt.* Cicer. lib. I. ad Herenn. & in Paradox. Plin. lib. XXXIII. in prooem. Argentum porro quod ſignis eminentibus refulget, *caelatum* dicimus. Ambroſ. lib. II. hexaëm. c. 4. eique opponitur *argentum purum.* L. *Si in rem.* 6. D. *de rei vindicat.* Ambroſ. l. III. epiſt. 12. *Caelatas inhabitant domos, & caelato argento delectantur. Sordet enim illis purum argentum.* Vide Martial. l. XV. epig. 39. cujus epigrammatis aculeus latet in ultimi verſus voce *Parum.* LIND.

5 *Blandimenta Fortunae*] Solin. c. 4. *Quibus gemini* (κυνόδοντες) *procedunt ab dextera parte, Fortunae blandimenta promittunt.* Cicero in Paradoxo I. *Ludibria Fortunae* vocat. IDEM.

6 *Inhiat is*] MS. Colon. habet, *inhiant ii, qui vulgo divites vocati*; ſed illud *vocati* mutandum in *vocari*, & ſubintelligendum *inhiant.* BARTH.

7 *Earum poſſeſſionem*] Ut nonnulli Philoſophorum. Democritus nimirum, teſte Seneca, lib. Cur bonis viris mala fiant. cap. 6. Crates, Diogen. Laërt. lib. VI. in Cratete. Origen. lib. II. contra Celſ. pag. 86. & alii. Reprehenſi ob id à Philone Judaeo lib. περὶ βίου θεωρητ. pag. 611. Vid. Suid. in Ἀναξαγόρας. LIND.

8 *Bona malave per ſe*] MS. Col. legit, *prae ſe.* EDITOR. CANTAB.

9 *Sed τῶν μέσων*] Quae Graeci μέσα, Latini *media* vocant. Seneca epiſt. LXXXII. Dicuntur & ἀδιάφορα. Gell. lib. XI. cap. 7. & lib. IX. cap. 5. Suid. in Ὄντα. Zeno apud Athen. lib. VI. Dipnoſoph. pag. 233. Arrian. l. II. diſſert. cap. 9. & cap. 19. *Indifferentia.* Cicer. lib. III. fin. Ambroſ. lib. de Noë & arca cap. 32. in fine. Senec. dict. epiſt. 82. LIND.

10 *Ut Comicus ait*] Terent. Heautont. Act. I. Scen. II. Cui conſentit Apul. lib. II. de Philoſophia, de iiſdem bonis, cum inquit; *Sapientibus, & cum ratione ac modo viventibus, ſunt ſane bona; ſtolidis, & eorum uſum ignorantibus oportet eſſe mala.* IDEM.

11 Non

Digitized by Google

— perinde ſunt, ut illius eſt animus, qui ea poſſidet:
Qui uti ſcit, [a] *bona;* [b] *illi, qui non utitur* [c] *recte, mala.*

Igitur quoniam quiſque, [11] non quanto plura poſſidet, ſed quanto pauciora optat, tanto eſt locupletior: opes tibi in animo [d] maximae, & [e] eae, quae non modo bona generis humani [f] praecedant, ſed quae ad deorum inmortalium aeternitatem penitus [g] accedant. Quod enim [12] Xenophon Socraticus dicit: [h] *Nihil egere, eſt deorum: quam* [i] *minime autem, proximum* [k] *à dis.* Quare, cum dona pretioſa neque tibi [13] per animi virtutem de-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* ea bona. b *Lugd. Bat.* ut illi. c *Germ.* bene. d *Lugd. Bat.* maxîmo, & ea quidem. e *Ald.* eae quidem quae. f *Germ. & Ald.* praecedunt. *Lugd. Bat.* poſſedant. g *Germ.* accedunt. *Mox al.* etiam. h *Lugd. Bat.* nil. i *Germ.* minimum. k *Germ. & Ald.* à diis. *Lugd. Bat.* pr. diis.

NOTAE.

11 *Non quanto plura*] Dionyſius Halicarnaſſeus lib. V. Antiquit. Roman. pag. 315. eandem ſententiam his verbis expreſſit: Ὅτι πλούσιος οὐχ ὁ πολλὰ κεκτημένος ἐστὶν, ἀλλ᾽ ὁ μικρῶν δεόμενος. Et Valer. Maxim. lib. IV. cap. III. Fabricium Luſcinium laudans, *Locupletem* (inquit) *illum faciebat, non multa poſſidere, ſed modica deſiderare.* Cui geminum illud Apuleii Apolog. pag. 347. *Is plurimum habebit, qui minimum deſiderabit; habebit enim quantum volet, qui volet minimum.* Quod effictum ex illo verſu apud Senec epiſt. 108. *Quod vult habet, qui velle, quod ſatis eſt, poteſt.* Vide quoque Auguſtin. lib. VII. de Civit. Dei. c. 12. LIND.

12 *Xenophon*] Xenophontis verba ſunt lib. I. Ἀπομνημ. pag. 577. Ἐγὼ δὲ νομίζω, τὸ μὲν μηδενὸς δέεσθαι θεῖον εἶναι, τὸ δ᾽ ὡς ἐλαχίστων, ἐγγυτάτω τοῦ θείου. Xenophonti congruit Apuleius in Apologia, cum inquit: *Equidem didici, ea re pracedere maxime Deos hominibus, quod nulla re ad uſum ſui indigeant. Igitur ex nobis, cui quam minimis opus ſit, eum eſſe Deo ſimiliorem.* Vide quoque quid Socrates hac de re dicat, referente Diogene Laërtio lib. II. in ipſius vita. Et Suidas in κωνισμός. IDEM.

13 *Per animi virtutem*] Ita quidem MS. Col ſed tamen malo *per avûm virtutem.* BARTH.

deſint,[a] neque mihi per rei tenuitatem ſuperſint, quodcumque hoc libri eſt, meis opibus comparatum, [14] *Natalitii* titulo tibi miſi. In quo [b] non, ut pleriſque mos eſt, aut [c] ex ethica parte philoſophiae, praecepta ad beate vivendum, quae tibi ſcriberem, mutuatus ſum: aut ex artibus rhetorum locos laudibus tuis celebrandis [d] perſecutus: (ad id enim virtutum omnium faſtigium aſcendiſti, ut [e] cuncta, quae vel ſapienter monentur, vel [f] facunde praedicantur, vita moribuſque ſuperaveris) ſed ex philologis commentariis quaſdam quaeſtiunculas delegi, quae congeſtae [g] poſſint [h] aliquantum volumen efficere. Idque à me [i] vel docendi ſtudio, vel oſtentandi voto non fieri, praedico: ne [k] in me, ut vetus adagium eſt, jure dicatur, [15] [l] *Sus Minervam.* Cum [m] vero tuo conlatu ſcirem, me [n] plura didiciſſe, ne beneficiis tuis viderer ingra-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* nec. b *Lugd. Bat.* nihil. c *Lugd. Bat, & Germ.* hic apertae. d *Lugd. Bat.* proſecutus. e *Lugd. Bat. Germ & Ald.* cuncta iſta, quae. f *Lugd. Bat. Germ.* familiariter. g *Ald.* poſſent. *Germ.* poſſunt. h *Ald.* aliquantulum. i *Lugd. Bat. delet* vel. k *Germ.* In me vetus adagium jure dic. *Ald.* in me vetus elogium. *Lugd. Bat* in me ut vetus elogium eſt. l *Lugd. Bat. & Germ. edit. addunt* docet. m *Lugd. Bat.* ſentirem *& delet* vero. n *Germ.* plura *deeſt.*

NOTAE.

14 *Natalitii titulo*] Eodem titulo Lucianus ſuum περὶ μακροβίων libellum Quintillo, & Dionyſ. Halicarn. itidem ſuum περὶ συνθέσεως ὀνομάτων filio ſuo dedit. Mos vero antiquiſſimus, ut amici invicem & clientes patronis die natali munera mitterent. Exempla paſſim obvia. Plaut. Pſeudolo, Act. I. Scen. *Exite.* Ter. Phorm. Act I. Sc. I. Symmach. lib. I. epiſt. II. & lib. VI. epiſt. 41. 80. & 81. Petron. Arbiter: *Veſtimenta mea cubiteria perdidit, quae mihi natali meo donaverat cliens quidam.* Plin. lib. IV. epiſt. 9. Martial. lib. VIII. Epig. 64. in Clytum. Juvenal. Sat. IX. L. *ſed ſi vir.* 31. §. *ſi vir uxori munus.* D. *de donat. inter vir. & uxor.* L. *inter donum* 194. D. *de verb. ſignif.* LIND.

15 *Sus Minervam*] *Sus Minervam, in proverbio eſt, ubi quis id docet alterum, cujus ipſe inſcius*

Digitized by Google

gratus, [a] noſtrorum veterum ſanctiſſimorum hominum exempla ſum ſecutus. Illi enim, quod alimenta, patriam, lucem, ſe denique ipſos deorum dono habebant, ex omnibus aliquid [b] dis ſacrabant; magis adeo [c] ut ſe gratos adprobarent, quam quod deos [d] iis arbitrarentur indigere. [16] Itaque, cum perceperant fruges, [e] antequam veſcerentur, [f] dîs libare inſtituerunt: &, [g] cum agros atque urbes deorum munere poſſiderent, [17] partem quamdam templis, ſacelliſque, ubi eos colerent, [h] dicaverunt: qui-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* noſtrum. b *Germ. & Ald.* diis. *Lugd. Bat.* deeſt. c *Ald* ut ſe non ingratos. d *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* hoc. e *Lugd. Bat*, anteaquam. f *Lugd. Bat. ubique* deis. g *Lugd. Bat. ubique* quum *vel* quom. h *Lugd. Bat.* dicavere.

NOTAE.

ſcius eſt. Feſtus lib. XVIII. Utitur eodem Cicero lib. IX. Epiſt. famil. XVIII. *Veni igitur, ſi vir es, & diſce jam προλεγομένας, quas quaeris, etſi ſus Minervam.* Idem lib. I. Acad. quaeſt. IDEM.

16 *Itaque cum perceperant fruges*] Plin. lib. XVIII. cap. II. *Ac ne deguſtabant quidem* (priſci Romani) *novas fruges, antequam ſacerdotes primitias libaſſent.* Idem lib. IV. cap. 12. circa fin. Tibull. l. I. Eleg.

Et quodcunque mihi pomum novus educat annus,
Libatum agricolae ponitur ante Deo.

Adi Feſt. in *Calpar* & *Sacrima.* Suid. in θαργήλια. Porphyr. Lib. II. περὶ ἀποχ. ἐμψ. pag. 30. Et Judaeis quidem mandatum fuit, primitias frugum offerre. Exod. XXIII. 19. & XXXIV. 26. Chriſtiani vero uſu id retinuiſſe videntur. Canon. Apoſt. 4. ubi Joh. Quintinus ἀπαρχὰς male interpretatur *Decimas*: rectius & meliore fide *Poma*, vetus verſio in Corp. Canonum & Iſidori collectione. IDEM.

17 *Partem quamdam templis.*] Aggen. Urbic. de limitibus agror. pag. 73. & ſequent. Apuleius itaque AEmiliani impietatem & ingratitudinem merito accuſat Apolog. pag. 377. his verbis: *Iſte vero nec diis rurationis, qui eum paſcunt ac veſtiunt, ſegetis* (ſic enim legendum, non *ſegetes*) *ullas, aut vitis aut gregis primitias impartit, nullum in villa ejus delubrum ſitum, nullus locus aut lucus conſecratus.* Horatius religioſior Lib. III. Ode 22. Dianae in villa ſua pinum conſecrat:

Imminens villae tua pinus eſto.
Quam per exactos ego laetus annos
Verris, obliquum meditantis ictum,
Sanguine donem.

Graeci locum in agris diis ſacrum ὀργάδα appellant. Pollux lib. I. IDEM.

quidam etiam pro caetera bona corporis valetudine [18] crinem deo [a] ſacrum paſcebant. Ita ego, à quo plura in literis percepi, tibi haec exigua reddo libamina.

VARIAE LECTIONES.

a *Ald. non habet* ſacrum.

NOTAE.

18 *Crinem Deo ſacrum paſcebant*]. Videtur hujus moris origo fluxiſſe à Naziraeis Judaeorum, de quibus agitur Numer. VI. Paſcebatur autem crinis, vel praeſectus conſecrabatur, aut Diis, aut fluminibus. Vide Pollucem lib. II c. 5. DIIS, ut Apollini, qui inde Κουροτρόφος dictus. Euſtath. in 6. Iliad. pag. 124. & Iliad. Ψ pag. 1403. Plutarch. in Theſeo pag. 5. Varro apud Nonium Marcell. in *Cirros*. *Itaque* (inquit) *Ambraciae primum capillum puerilem demptum, item cirros ad Apollinem ponere ſolent*. Theophr. in Charact. eth. tit. περὶ μικροφιλοτιμίας. Huc pertinet locus Theodoreti Quaeſt. 28. in Levitic. Εἰώθασιν Ἕλληνες μὴ ἀποκείρειν τῶν παίδων τὰς κορυφὰς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐᾶν τοὺς μαλλοὺς, καὶ τούτους μετὰ χρόνον ἀνατεθῆναι τοῖς δαίμοσιν. Adde Tertull. de anima cap. 39.

BACCHO. unde Virgil. lib. VII. AEneid.

Te luſtrare choros, ſacrum tibi paſcere crinem.

Et Arrian. in Indicis pag. 173. narrat, Liberum Patrem Indos docuiſſe κομᾶν τῷ θεῷ. AESCULAPIO. Martial. lib. IX. Epig. 17. & 18. HYGIAE. Pauſan. in Corinth. pag. 54. DIANAE. Suid. in πλόκον.

MINERVAE. Stat. lib. II. Thebaid.

—— hic more parentum
Iaſides, thalamis ubi caſta adoleſceret aetas,
Virgineas libare comas, primoſque ſolebant
Excuſare thoros.

Vid. Lactant. ibid.

Aut alii cuipiam Deorum denique. Lucian. de Dea Syria in fin. Dion Chryſoſt. Orat. in Celaen. Phryg. πολλοὶ γὰρ ἤδη διὰ θεὸν τινὰ κομῶσιν ἄνθρωποι. Diphilus Comicus apud Athen. lib. VI. pag. 225.

Ἐνταῦθα γοῦν ἐστίν τις ὑπερεχοντικῶς
Κόμην τρέφων μὲν πρῶτον ἱερὰν τοῦ θεοῦ,
Ὥς φησιν, οὐ διὰ τοῦτο γ' ἀλλ' ἐστιγμένος
Πρὸ τοῦ μετώπου παραπέτασμ' αὐτὴν ἔχει.

FLUMINIBUS, ut Achilles Sperchio apud Homer. Iliad. 23. & Philoſtr. lib. IV. de vita Apollonii cap. V. Ajax Iliſſo, apud eund. in Heroicis in Ajace. Vide omnino de hoc ritu Pauſaniam in Attic. & Euſtath. in Homerum, locis ſupra citatis. Hadrian. Junium lib. de Coma c. 4. Joh. Guliel. Stuck. lib. I. Antiquit. convival. c. 17. Pet. Gregor. Tholoſan. lib. II. partition. Jur. Canon. tit. 9. c. 7. LIND.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT II.

NUnc, [a] quoniam [1] de die Natali liber inſcribitur, à votis auſpicia ſumantur. [2] Itaque hunc diem,

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* q̄m liber ſcribitur de d. n.

NOTAE.

1 *De die natali liber inſcribitur*] *Natalis* interdum abſolute ponitur, interdum adjicitur vocula *dies*, ut notat Servius ad Virg. Eclog III. Dicitur & *genitalis*. Tacit. lib. XVI. Annal. *Fu- ratus etiam libellos, quibus dies genitalis ejus, & eventura, ſecretis Pammenis occultabantur.* Item Lux annua. Gell. lib. XIX. c. 9. Eſt autem dies natalis, quo quiſque natus eſt. Tribuitur non hominibus ſolum, ſed Diis quoque. Ut apud Arnob. lib. VII. *Telluris natalis eſt; Dii enim ex uteris prodeunt, & habent dies laetos, quibus eis aſſcriptum eſt, auram uſurpare vitalem.* Idem eod. lib. *Dies nobis natalitii ſunt: & potentias coelstes dies autumant habere natales,* Et URBIBUS. L. *omnes dies*. 2. C. Th. de fer. & L. 7. C. Juſt. eod. tit. Plin. lib. XVIII. cap. 26. Plutarch. Romul. pag. 42. Sozomen. lib. V. hiſt. Eccleſiaſt. cap. XVII. Auguſtin. in Pſal. 39. *Noli ergo numerare turbas hominum, incedentes latas vias, implentes craſtinum Circum, civitatis natalem clamando celebrantes; civitatem ipſam male vivendo turbantes.* Et COLONIIS. Cic. lib. IV. ad Attic. Epiſt. I. Imo quo die vel dignitas aliqua collata, vel quid laeti fauſtique evenerat, eum Natalem antiqui vocabant. Sic *Natalis imperii*, d. I. 2. C. Th. de fer. *Adoptionis*. Spartian. in Adriano. *Reditus*. Cic. lib. III. ad Attic. Epiſt. 20. & in ea pro P. Sext. *Navigationis*. Veget. lib. IV. de re milit. cap. 39. quo mare πλώϊμος eſt, ut Theophraſtus inquit in Charaƈt. eth. tit. περὶ ἀδολεσχίας. *Vindemiae*. B. Maximus in homil. I, in natali D. Cypriani. in pr. *Sancti*, inquit, *Cypriani feſtivitatem, ſicut omnibus notum eſt, hodie celebramus, & natali, ſicut dicunt, imminente vindemia* (lege *vindemiae*,) *natalem ejus martyrii procuramus*. *Calicis*, id eſt, dies coenae Domini. Paſchaſius Abbas Corbeienſ. in lib. de ſacrament. corpor. & ſanguin. Domini. c. II. *Sacrorum*. Apul. lib. II. pag. 292. *Exhinc* (inquit) *feſtiviſſimum celebravi natalem ſacrorum: & ſuaves epulae, & faceta convivia*. Qui locus merito notandus, quod ritus Chriſtiani Epiſcopi eoſdem ſint imitati, quotannis diem Ordinationis ſuae celebrantes. Teſtis Hilarius Papa in Epiſtola ad Tarraconenſes Epiſcopos, quae extat in Iſidori Colleƈt. concil. part. I. D. Auguſtin. ſerm. XXXII. de verbis Domini in fin. Sidon. Apollin. carm. XVII. Nam de die natali Ordinationis illud carmen accipiendum, non de die nativitatis, de quo eſt carmen XX. *Martyrum* vero *natales* cum legimus, intelligendi ſunt, non qui lucis auſpi-

Digitized by Google

diem, [3] [a] quod ait Perſius:

— numera [4] meliore lapillo.

[5] idque quam ſaepiſſime facias exopto: & quod idem ſubjungit:

[6] *Funde merum Genio.*

Hic forſitan quis [b] quaerat, quid cauſae ſit, ut [7] merum fundendum Genio, non [8] [c] hoſtiam [d] faciun-

VARIAE LECTIONES.

a *Ald.* ut ait. b *Lugd. Bat.* quaeret. c *Lugd. Bat. & Germ.* hoſtia. d *Lugd. Bat. & Ald.* faciendum.

NOTAE.

auſpicia, ſed qui martyrii coronas protulerunt, ut Pet. Chryſolog. loquitur ſerm. 129. Vid. Gloſſar. in Cod. LL. Antiquar. Joh. Guliel. Stuck. lib. I. Antiquit. convival. c. 16. LIND.

2 *Itaque hunc diem*] MS. *itaque hodie diem*; & mox, *At quod idem ſubjungit, Funde merum genio. Hinc forſitan* &c. BARTH.

3 *Quod Perſius ait*] Perſ. Satyr. 2. LIND.

4 *Meliore lapillo*] Id eſt, candido, more Thraciae gentis. Non quod illà diem natalem celebret, (deplorat enim, Herodot. lib. v. pag. 330. Mela l. II. c. 2. Solin. cap. XVI. Valer. Maxim. lib. II. cap. 6. Archias poëta inter Epig. Graec. lib. I. cap. 13.) ſed quod calculorum colore, dies felices ab infelicibus diſtinguat. Plin. lib. VII. cap. 40. Zenob. in adagio, τὰς ἐν τῇ φαρέτρᾳ ψηφίδας. Suid. in Λευκὴ ἡμέρα. LIND.

5 *Idque quam ſaepiſſime facias exopto*] Solenne votum. Dionyſ. Halicar. τέχνη. tit. μέθοδ. γενεθλ. ἐν τούτῳ δὲ γινόμενοι, εὐχὰς ἀπὸ τρόπου ἂν ποιοίμεθα, καὶ εὐχόμενοι τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τοῖς γενεθλίοις, περὶ τοῦ μέλλοντος βίου, καὶ τοῦ ἀμείνω τοῦ παρεληλυθότος γενέσθαι τοῦτον, καὶ πολλὰς περιόδους χρόνων τελέσαντα εἰς λιπαρὸν καὶ εὐδαιμον γῆρας παρελθεῖν. Plin. lib. 10. Epiſt. 93. Tibull. lib. I. Eleg. 7.

At tu natalis, multos celebrande per annos,
Candidior ſemper, candidiorque veni.

Adde Symmach. lib. VI. epiſt. 80, 81, 82. Ovid. lib. III. Triſt. Eleg. 13. & lib. V. Triſt. Eleg. V. Propert. lib. III. Eleg. X. IDEM.

6 *Funde*] Proprie loquutus eſt. *Fundere* enim eſt ſupina manu libare: quod ſit in ſacris ſupernis. *Vergere* autem eſt converſa in ſiniſtram partem manu ita fundere, ut patera convertatur: quod in infernis ſacris ſit. Serv. lib. VI. AEneid. Fundebatur autem merum non in aram ſolum, ſed & in ipſum caput Genii. Tibull. lib. I. Eleg. 7. & lib. II. Eleg. 2. LIND.

7 *Merum*] Mero addebatur thus ſocium; itemque corollae. Ovid. lib. III. Triſt. Eleg. 13. & lib. V. Triſt. Eleg. 5. Genio ſacrificans, inquit:

Da

Digitized by Google

ciundam, putaverit? quod ſcilicet, ut Varro teſtatur in eo libro, cui titulus eſt [a] ATTICUS, & eſt de [b] numeris, id moris inſtitutique majores noſtri tenuerunt, ut, cum die natali munus [c] annale 9 Genio ſolverent, manum à caede ac ſanguine abſtinerent, 10 ne die, [d] qua ipſi lucem accepiſſent, aliis deme-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* Articulus. *Germ.* Articulus ſive. b *Ald.* muneribus. c *Lugd. Bat.* annuale. d *Lugd. Bat.* qua lucem ipſi.

NOTAE.

Da mihi thura puer pingues facientia flammas,
Quodque pio fuſum ſtridat in igne merum.

Tibull. lib. I. Eleg. 7.

—— Geniumque choreis
Concelebra, & multo tempora funde mero;
Illius è nitido ſtillent unguenta capillo,
Et capite & collo mollia ſerta gerat.

Idem lib. II. Elegia II. Horatius lib. II. Epiſt. I. Lactant. lib. II. Inſtit. div. cap. XV. Pertinet huc quoque L. *Nullus*. 12. C. Th. de pag ſacrif. quam corruptam ita interpungo legoque: *Nullus omnino ex quolibet genere hominum, dignitatum, vel in poteſtate poſitus, vel honore perfunctus, ſive potens ſorte naſcendi, ſeu humilis genere, conditione, fortuna, in nullo penitus loco, in nulla urbe, ſenſu carentibus ſimulacris, vel inſontem victimam caedat, vel ſecretiore piaculo Larem igne, mero Genium, Penates odore veneratus, accendat lumina, imponat thura, ſerta ſuſpendat.* LIND.

8 *Hoſtiam faciundam*] *Facere* pro mactare, ut etiam Graeci ἔρδειν & ῥέζειν. Athen. lib. 14. p. 660. οἱ παλαιοὶ τὸ θύειν ἔρδειν ὠνόμαζον. V. Joh. Stephan. Durant. lib. II. de Ritib. Eccleſiae Cathol. c. 3. num. 2. IDEM.

9 *Genio ſolverent*] Mares quidem Genio, foeminae vero Junoni. Tibull. lib. IV. Eleg. 6.

Natalis Juno ſanctos cape thuris honores,
Quos tibi dat tenera docta puella manu,

Vid. Senec. Epiſt. 110. IDEM.

10 *Ne diè qua ipſi lucem accepiſſent, aliis demerent*] Atque ideo Parilibus, quibus Roma condita, hoſtia non caedebatur. Plutarch. in Romulo pag. 42. Solin. cap. II. Et prima dies Quinquatruum, quod ea die nata Minerva erat, ſanguine vacabat. Ovid. lib. III. Faſt.

Una dies media eſt, & fiunt ſacra Minervae:
Nominaque à junctis quinque diebus habent.
Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro;
Cauſa, quod eſt illa nata Minerva die,

Veſcebantur autem in natalitiis pulte fritilla. Plin. lib. XVIII. c. 8. *Et hodie* (inquit) *ſacra priſca atque natalium pulte fritilla conficiuntur.* Et libis; de quibus amicis abſentibus mittebant. Ovid. lib. I. Amor. Eleg. 8.

Digitized by Google

demerent. Denique [11] [a] Deli, ad Apollinis Genitoris aram, ut Timaeus auctor eſt, nemo hoſtiam caedit. Illud etiam [b] in hoc die [12] obſervandum, quod Genio [c] factum neminem [d] oportet ante guſtare, quam eum, qui fecerit. [e] Sed & hoc à quibuſdam ſaepe quaeſitum, [f] ſolvendum videtur, quid ſit Genius, curve eum potiſſimum ſuo quiſque natali [g] veneremur.

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* Delii. b In *in aliis non habetur.* c *Germ. & Ald.* facta. d *Ald.* oporteat. e *Germ*, & *deeſt.* f *Lugd. Bat. delet* ſolvendum. g *Lugd. Bat. & Germ.* veneretur.

NOTAE.

Cum tibi deficient poſcendi munera cauſae,
Natalem libo teſtificare tuum.

Idem lib. I. de Arte Amandi:

Quid quaſi natali cum poſcit munera libo?
Et quoties opus eſt, naſcitur illa ſibi?

Tibull. lib. I. Eleg. 7. & lib. II. Eleg. 2. Sed ut Varroni, cujus teſtimonium auctor noſter profert, facile concedo, priſcos illos die natali ſuo à caede & ſanguine temperaſſe: ita poſterioribus temporibus haut uſquequaquam id obſervatum fuiſſe, multis exemplis docere poſſum. Nam Horatius lib. IV. Ode II. Phylliden ad natalem Maecenatis celebrandum invitans, ait:

Ridet argento domus: ara, caſtis
Vincta verbenis, avet immolato
Spargier agno.

Et Lamprid. in Alexand. Severo inquit: *Cum natalem diem commendaret, hoſtia cruenta effugit: & ut ſe civiliter gerebat, ac permixtus populo erat, albam ejus veſtem, cum qua conſtiterat, cruentavit.* Spartian. in Ant. Geta. *Nam* (inquit) *cum infantis Getae natalem Severus commendare vellet, hoſtiam popa nomine Antoninus percuſſit.* Sic Pharao die natali piſtorum praefectum ſuſpendi, Gen. 40. & Herodes Johannem Baptiſtam Chriſti metatorem decollari juſſit, Marc. 6. 27. LIND.

11 *Deli ad Apollinis*] Cloatius Verus apud Macrob lib. III. Saturnal. cap. 6. *Deli ara eſt Apollinis* Γενέτορος. *in qua nullum animal ſacrificatur: quam Pythagoram, velut inviolatam, adoraviſſe produnt.* Vid. Diogen. Laërt. lib. VIII. in vita Pythag. Iamblich. de vita Pythag. lib. I. cap. 5. & 7. Clem. Alexand. Stromat. VII. pag. 304. Porphyr. lib. II. περὶ ἀποχ. ἐμψυχ. pag. 28. θεωρεῖσαι δέ ἐστιν ἐν τῷ περὶ Δῆλον ἔτι νῦν σωζομένου βωμοῦ· πρὸς ὃν οὐθενὸς προσαγομένου παρ' αὐτοῖς, οὐδὲ θυομένου ἐπ' αὐτοῦ ζώου, εὐσεβῶν κέκληται βωμός. Hadrian. Junium lib. I. Animadverſ. c. 21. LIND.

12 *Obſervandum quod, quo Genio*] Sic legit MS. Vulgatae ſcripturae auctor contra mentem Cenſorini hoſtias hic aut exta opipera ſomniavit, quibus poſt partem diis libatam ſaginabantur comedones. etenim ſi mero factum Genio, fieri nequit, ut de fuſo alii guſtent. BARTH.

CAP.

CAPUT III.

[1] GEnius eſt Deus, cujus in tutela, ut quiſque natus eſt, vivit. [a] Hic, ſive quod, [2] ut ge-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. deeſt.*

NOTAE.

1 *Genius*] De Geniis non una fuit veterum opinio. Plerique enim Philoſophorum & Theologorum eos inter Deos ſive daemonas recenſuerunt. Plutarch, lib. I. de Placit. Phil. cap. 8. & lib. de Iſide & Oſirid. pag. 643. Tertull. Apolog. cap. 32. & lib. de Anima cap. 39. Lactant. lib. II. cap. 15. Et Varro quidem (teſte D. Auguſtino lib. VII. de civit Dei. cap. 11.) inter Deos ſelectos eos numerat; Seneca autem Epiſt. cx. & Martian. Capell. lib. II. Philol. inter Medioximos, ſive de plebe Deos. Alii animum cujuſque ſuum, ſive τὸ κρατοῦν ἑκάστου, Genium dixere. Pappus Alexandrin. ex Triſmegiſti Panareto: Ὁ δαίμων ψυχῆς, καὶ τρόπου, καὶ φρονήσεως, καὶ δυναστείας πάσης κύριος τυγχάνει. ἴσθ' ὅτι δὲ καὶ τὸν περὶ πράξεως λόγον συνεργεῖ. Vid. Dion. Chryſoſt. orat. IV. περὶ βασιλ. & orat. περὶ τοῦ δαίμ. Apul. de Deo Socrat. Prudent. contra Symmach. D. Auguſt. lib. VII. de Civit. Dei cap. 13. Suid. in Εὐδαιμονία. Alii τὴν ἑκάστου τύχην, ut Flavius Soſipater Chariſius lib. I. Inſtitut. pag. 26. & Gloſſar. Henr. Stephani. pag. 641. Τύχη ἑκάστου ἀνθρώπου. *Genius.* Unde quod Latini *jurare per Genium Caeſaris* (per illum namque jurare ſolebant. L. *ſi duo.* 13. §. *ſi quis juraverit.* D. *de jurejur.* Tertull. Apolog. c. 32. & lib. ad Scapul. c. 2.) id Graeci ὀμνύουσι τὴν τοῦ Καίσαρος τύχην dicunt. Dion Caſſ. lib XLV. p. 275. Aſſignabatur autem Genius cum Diis, (unde in veteri quadam inſcriptione, *Genius Plutonis*, & apud Petron. Arbitr. *Genius Priapi* legitur. *Genius Salutis*, in nummo Severi Imp.) tum hominibus; iiſque non ſingulis tantum, ſed etiam regionibus & populis integris. Symmach. lib. x. Epiſt. 61. *Ut animae naſcentibus, ita populis natales Genii dividuntur.* Quod firmare videntur ſacrae literae Exod. XIV. 19. Daniel. x. 13. B. Hieronym. ibid. Actor. XII. 16. D. Hilarius in Pſalm. 129. Clem. Alexand. lib. VI. Strom. p. 294. ibi: Κατά τε γὰρ τὰ ἔθνη καὶ πόλεις νενέμηνται τῶν ἀγγέλων αἱ προστασίαι. Iſidor. Peluſiot. lib. II. Epiſt. 85. Joh. Caſſian. collat. VIII. c. 13. V. Pet. Fabrum lib. I. Semeſt. c. 9. Joh. Bodin. lib. IV. theat. nat. p. 530. Genebrard. in Pſal. 81. Inde in veteribus nummis & inſcriptionibus: GEN. P. R. id eſt, Genio populi Romani. Servius in fragmentis: GENIUS POP. ROM. SIVE MAS SIVE FOEMINA. Et Urbibus. Arnob. lib. I. *Et*

Digitized by Google

[a] genamur, [b] curat, ſive quod [3] una [c] genitur nobiſcum; ſive etiam, quod nos [4] genitos [d] ſuſcipit ac

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. & Germ.* gereremur. b *Ald.* curet. c *Ald.* gignatur. *Lugd. Bat. & Germ.* gignitur. d *Germ. & Ald. & Lugd. Bat.* ſuſcipiat ac tueatur.

NOTAE.

1. *Et illi catiſ ſapientes, prudentiſſimi vobis videntur, nec reprehenſionis ullius, qui Faunos, qui Fatuas, civitatumque Genios, qui Pauſos reverentur atque Bellonas.* Item Coloniis, Municipiis, Pagis, Decuriis, Exercitibus, Cohortibus, Fontibus, Horreis, imo quibuſvis locis, ut inſcriptiones antiquae paſſim indicant, & Tertullian. lib. de Idolat. cap. XXII. docet. Item Prudent. contra Symmach. his verbis:

Quanquam cur Genium Romae mihi fingitis unum,
Cum portis, domibus, thermis, ſtabulis, ſoleatis
Aſſignare ſuos Genios? perque omnia membra
Urbis, perque locos, Geniorum millia multa
Fingere, ne propria vacet angulus ullus ab umbra?

Quin etiam paraſiti reges ſuos Genios vocitabant. Plaut. Captiv. Scen. *Quanto in pectore.* Summa, Genius cuique rei tribuitur, eſtque id, quo illa maxime valet, polletque. Sic *Genius libri.* Martial. lib. VI. Epig. 60.

Victurus Genium debet habere liber.

Et *Genius famae.* Idem lib. VII. Epig. II.

Ludimus innocuis verbis, hoc jure potentis
Per Genium famae, Caſtalidumque gregem.

Genius ſegetis. Jul. Firm. lib. I. cap. I. in fin. *Genius Mathematici.* Juvenal. Sat. VI.

Nemo mathematicus Genium indemnatus habebit.

Sic *Genius corporis.* Ennod. Panegyr. Theodorico dicto. Et *Genius vigoris Eccleſiaſtici.* Gregor. Magn. lib. VII. Epiſt. LXXXI. Item *Genius ligni.* Ruffin lib. II. Eccleſiaſt. Hiſt. c. 22. *Genius ſacri fulcri.* Juvenal. Sat. VI. *Genius ſexus.* Flav. Vopiſc. in Carino. LIND. MS. Colon. *Genius eſt deus ſuus, cujus in tutela quisque ut natus eſt, vivit.* probus eſt hic ordo, ſed pro *ſuus*, mallem *privus.* BARTH.

2 *Ut genamur curat*] Notanda etymi triplex ratio. Prima. Genius dicitur, quod, ut gignamur, curet. Hinc Laberius apud Nonium Marcell. *Genius generis noſtri parens.* Et Auſuſtius, citante Feſto, *Genius eſt* (inquit) *deorum filius, & parens hominum, ex quo homines gignuntur, & propterea Genius meus nominatur, quia me genuit.* Auguſtin quoque lib. VII. de Civit. Dei cap. 13. *Quid eſt Genius? Deus eſt, qui praepoſitus eſt, ac vim habet omnium rerum gignendarum.* Atque inde *Genialis lectus*, qui ſternebatur in nuptiis, in honorem Genii. Feſt. & Virgil. lib. VI. AEneid.

—— lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris.

Quo loco Servius: *Geniales proprie ſunt, qui ſternuntur puellis nubentibus, dicti à generandis liberis.* LIND.

3 *Una genitur nobiſcum*] Altera

ac tuetur: certe à [a] genendo Genius [b] adpellatur. [5] Eumdem eſſe Genium & Larem, multi veteres memoriae prodiderunt: in queis etiam [c] Granius Flaccus in libro, quem ad Caeſarem [6] de Indigitamentis ſcriptum reliquit. Hunc in nos maximam, quin immo omnem habere poteſtatem, creditum eſt. Nonnulli binos Genios in iis dumtaxat domibus, [7] quae eſſent maritae, [d] colendos putaverunt. [8] Euclides autem Socraticus dupli-

cem

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. & Germ. & Ald.* gignendo. b *Lugd. Bat.* eſt appellatus. c *Lugd. Bat. & Germ.* C. Flaccus. d *Lugd. Bat.* colendae putavere.

NOTAE.

ra etymi ratio, de qua vide Apul. de Deo Socrat. Idem.

4 *Genitos ſuſcipit*] Tertium etymon, de quo paulo inferius. Idem

5 *Eumdem eſſe Genium & Larem*] Idem affirmat Apul. de Deo Socratis, his verbis: *Daemonas vero, quos Genios & Lares poſſumus nuncupare, miniſtros Deorum arbitratur, cuſtodeſque hominum, & interpretes ſi quid à Diis velint*: Idem.

6 *De Indigitamentis*] *Indigitamenta*, ἱερατικὰ βιβλία. Gloſſ. Idem.

7 *Quae eſſent maritae*] Sic Livius quoque lib. xxvii. *maritas domos* dixit. *Vagabatur enim* (Philippus Macedonum rex) *cum uno aut altero comite per maritas domos dies nocteſque.* Idem.

8 *Euclides autem Socraticus duplicem*] Idem ſenſit Empedocles apud Plutarch. περὶ εὐθυμίας pag. 842. & Menander, cujus verſus extant apud Clement. Alexand. Strom. v. pag. 251. & 260. Stob. in Eclog. phyſ. lib. 1. cap. 9. Ammian. Marcellin. lib. xxi. Scholiaſt. Theocrit. Eidyl. 2.

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου,
Ἀγαθός· κακὸς γὰρ οὐ νομιστέον
Εἶναι, βίον βλάπτοντα χρηστόν.

Vide in hanc rem Act. Apoſt. cap. 12. 15. Tertull. de anima c. 37. & ibid. Pamel. & cap. xxxix. Juſtin. Mart. ἀποκρίσ. πρὸς ὀρθοδ. quaeſt. 30. Origen. ſup. Numer. homil. xx. & lib. 3. περὶ ἀρχ. cap. 2. Hieronym. in Matth. cap. xviii. & in Eſaiam cap. 66. Auguſtin. Soliloq. cap. 27. Lactant. lib. ii. cap. 15. Johan. Caſſian. collat. 13. cap. 12. Burchard. Wormat. epiſcop. lib. 20. decret. cap. 46. & 47. Pet. Lombard. l. ii. Sentent. diſt. ii. Archangel. Burgonenſ. interpret. in Cabaliſtar. dogmata pag. 779. Servium in illud Virgilii lib. vi.

Quiſ-

Digitized by Google

cem omnibus omnino [a] nobis Genium dicit adpoſitum: quam rem apud Lucilium in libro Satyrarum [b] nono licet cognoſcere. Genio igitur potiſſimum, per omnem aetatem quotannis ſacrificamus. Quamquam non [c] ſolum hic, [9] ſed & alii [d] ſunt [e] præterea dii complures, [f] hominum vitam, pro ſua quiſque portione, adminiculantes: quos [g] volentem cognoſcere, [10] Indigitamentorum libri ſatis edocebunt. Sed omnes hi ſemel in unoquoque homine [h] numinum ſuorum effectum repraeſentant; quocirca non per omne vitae ſpatium [11] novis religionibus [i] arceſſuntur. Genius autem ita nobis aſſiduus

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* nobis *delet.* b *Lugd. Bat. & Ald.* xvi. c *Lugd. Bat.* ſolus. d *Lugd. Bat.* ſint. e *Ald. deeſt.* f *Germ.* homini. *Sed* hominum *uſque ad* adminiculantes *delet Lugd. Bat.* g *Lugd. Bat.* volentes. h *Lugd. Bat.* numerum. i *Lugd. Bat.* accerſuntur.

NOTAE.

Quiſque ſuos patimur Manes. Quem autem Menander μυσταγωγὸν, hunc Plato, teſte Clemente Alex. Strom. v. pag. 253. φύλακα, uti & Heſiodus Oper. & Dier.

Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Et Apul. lib. de Deo Socrat. Arrian. lib. I. diſſert. cap. 14. ἐπίτροπον· Seneca Epiſt. cx. *Paedagogum.* Cenſorinus paulo inferius, *Aſſiduum obſervatorem.* Martianus denique Capella lib. II. Philol. *Praeſtitem*, & *Tutelatorem*, *fidiſſimumque germanum* appellat. Si quis plura de Geniis ſcire cupit, videat Lil. Gregor. Girald. Syntag. 15. Hiſt. deor. Conſtantini Landi explicat. veter. numiſmat. Guliel. de Choul diſcours de la Religion des anciens Romains, Antoine le Pois diſcours ſur les medailles, Vincent. Cartarium de imagin. Deor. Georgii Pictorii theolog. mytholog. cap. 31. Henr. Cornel. Agripp. lib. III. de Occulta philoſoph. cap. 20, 21. & 22. Blaſ. Vigner annot. in Livium p. 665. Juſt. Lipſ. lib. I. Phyſiol Stoicae. c. 19. Philip. Camerar. cent. 2. Succiſ. c. 14. IDEM.

9 *Sed & alii ſunt praeterea Dii*] De quibus videndus D. Auguſtin. lib. VII. de Civit. Dei cap. 2. & 3. IDEM.

10 *Indigitamentorum*] Qualia ſunt, qui vulgo ſub Orphei nomine leguntur Hymni. BARTH.

11 *Novis religionibus arceſſuntur*] Lego, *annuis religionibus.* IDEM.

12 Du-

Digitized by Google

duus obſervator adpoſitus eſt, ut ne puncto quidem temporis longius abſcedat; ſed ab utero matris [a] exceptos, ad extremum vitae diem comitetur. Sed cum [b] ſinguli homines ſuos [c] tantummodo proprios [d] colant natales; ego tamen [12] duplici quotannis officio hujuſce religionis adſtringor. [e] Nam, cum ex te tuaque amicitia honorem, dignitatem, decus, atque praeſidium, cuncta denique vitae [f] praemia recipiam; nefas arbitror, ſi diem tuum, qui te mihi in hanc lucem edidit, meo illo proprio negligentius celebravero: ille enim mihi vitam, [g] hic fructum vitae atque ornamentum [h] peperit.

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. & Germ.* acceptos. b *Lugd. Bat.* frugali. c *Lugd. Bat.* immo pr. d *al.* celebrent. e *Lugd. Bat.* Hanc quom e. t. f *al.* pretia. g *Lugd. Bat.* ille. *Germ. & Ald.* iſte. h *Lugd. Bat. & Germ.* pepererunt.

NOTAE.

12 *Duplici quotannis officio*] Sic Horatius quoque lib. IV. Od. XI. Maecenatis natalem celebrat. Et Auguſtus Imper. ſibi perſuaſum habebat, natalem ſuum à Cajo nepote ſuo celebratum fuiſſe. Gell. lib. XV. cap. 7. Nec vivis tantummodo hoc officii genus ab amicis exhibebatur, ſed etiam defunctis: idque interdum ſponte, ut de Silio Italico, poëta ſummo, Virgilii natalem religioſius quam ſuum celebrante, apud Plinium lib. III. Epiſt. 7. legimus. Interdum ex voluntate defuncti, conſtitutis in eam rem annuis reditibus; ut ex teſtamento Epicuri liquet, apud Diog. Laërt. lib. X. in vita Epicuri. Cicer. lib. II. de finib. Marciano JC. L. *cum quidam.* 23. D. de ann. leg. & antiquis inſcriptionibus; quarum vel unam ex multis retuliſſe ſuffecerit, ex libro Inſcript. à Jano Grutero collectarum pag. 414. Vide quoque Hieronym. Magium lib. II. Miſcell. c. 2, & Joh. Gulielm. Stuck. lib. I. Antiq. convival. p. 33.

T. FUNDILIO GEMINO VI. VIR. AUG. MAG. JUV. AUGUSTALES PATRONO ET QUINQ. PERPETUO OPTIME MERITO. HIC ARCAE AUGUSTALIUM SE VIVO H-S. XX. DEDIT. UT. EX REDDITU EJUS SUMMAE DIE NATALI SUO IIII. K. FEBR. PRAESENTES VESCERENTUR. ET OB DEDICATIONEM STATUAE DECURIONIBUS ET SEVIRIS, ET JUVENIBUS SPORTULAS, ET POPULO EPULUM ET OLEUM EADEM DIE DEDIT. Lind.

CAP.

CAPUT IV.

[a] At, quoniam aetas à die natali initium ſumit, [1] [b] ſuntque ante hunc diem multa, quae ad hominum pertinent originem: non alienum videtur de his [c] dicere prius, quae ſunt [d] natura [e] priora. Igitur, quae veteribus [2] de origine humana fuerint opiniones, ex his [3] quaedam breviter exponam. Prima & generalis quaeſtio, inter antiquos ſapientiae ſtudioſos verſata eſt; quod, cum conſtet, homines ſingulos ex parentum [f] ſeminibus procreatos, [g] ſucceſſione prolis multa ſaecula [h] propagare; [4] alii, ſemper homines fuiſſe, nec unquam niſi ex hominibus natos, atque eorum [i] generi caput exordiumque nullum exſtitiſſe arbitrati ſunt: alii vero fuiſſe tempus, cum homines non eſſent, & his ortum [k] aliquando principiumqne natura tributum. Sed prior illa ſententia, [l] qua ſemper humanum genus fuiſſe creditur, auctores ha-

VARIAE LECTIONES.

a At delet. *Lugd. Bat.* b *Lugd. Bat.* finitque. c *Ald.* quaerere primum. d *Germ.* naturae. *Germ.* de natura. c propria. f *Germ.* & *Ald.* ſeminibus eſſe procreatos. g *Germ.* & *Ald.* ſucceſſioneque. h *Germ.* prorogare. i *Germ.* gratia. k *al.* aliquem. l *al.* quae ſemper credidit genus humanum fuiſſe. *Lugd. Bat.* q. ſ. creditur h. g. fuiſſe.

NOTAE.

1 *Suntque ante hunc diem multa*] MS. Colon. omittit *diem;* optime. BARTH.

2 *De origine humana*] Videndus Diodor Sicul. lib. I. pag. 6. & ſeq. Theodoret. Graecar. affect. ſerm. 5 pag. 71. Pauſan. in Arcad. pag. 261. Origen lib. I. cont. Celſ. pag. 29. Cic. lib. I. de legib. Coel. Rhodig. l. 2. Antiquar. lect. c. XI. Pet. Meſſ. lib. 2. Var. lect. c. 13. LIND.

3 *Quaſdam brevians exponam*] Haec eſt lectio MS. Col. vox *brevians* recens non eſt, quippe quod ea utantur Suetonius & Manilius. BARTH.

4 *Alii ſemper homines*] Vid. Auguſtin. lib. XII. de Civit. c. 10. LIND.

5 *Py-*

Digitized by Google

habet, [5] Pythagoram Samium, & [6] [a] Ocellum Lucanum, & Archytam Tarentinum, omneſque [b] adeo Pythagoricos. [7] Sed & [8] Plato Athenienſis, & Xenocrates, & Dicæarchus Meſſenius, [c] itemque [9] antiquae Academiae philoſophi non aliud videntur [d] opinati. [10] Ariſtoteles quoque Stagirites, & Theophraſtus, multique præterea non ignobiles Peripa-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* Cecrium. *Germ.* Cerejum *al.* Coccejum. b *Lugd. Bat.* ab eo. c *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* item. d *al.* opinari.

NOTAE.

5 *Pythagoram Samium*] Teſtatur Varro lib. II. de Re Ruſtica cap. I. his verbis: *Igitur, inquam, & homines, & pecua, cum ſemper fuiſſe ſit neceſſe, natura. Sive enim aliquod fuit principium generandi animalium, ut putavit Thales Mileſius & Zeno Cittieus, ſive contra, principium horum extitit nullum, ut credidit Pythagoras Samius, & Ariſtoteles Stagirites, neceſſe eſt humanae vitae a ſumma memoria gradatim deſcendiſſe ad hanc aetatem, ut ſcribit Dicaearchus.* IDEM.

6 *Ocellum Lucanum*] Fortaſſe reſpexit ad locum, qui eſt cap. III. Ἐπεὶ οὖν καθ' ἑκάστην ἀποτομὴν ὑπερέχον τι γένος ἐντέτακται τῶν ἄλλων, ἐν μὲν οὐρανῷ τὸ τῶν θεῶν, ἐν δὲ γῇ ἄνθρωπος, ἐν δὲ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες· ἀνάγκη τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀΐδιον εἶναι, εἴπερ ἀληθῶς ὁ λόγος συμβιβάζει, μὴ μόνον τὰ μέρη συνυπάρχειν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς μέρεσι. LIND.

7 *Sed & Plato*] Idem MS. *ſed & Plato & Xenocrates Athenienſes*: quod verum eſt. nam cur patriae Xenocratis oblivisceretur Cenſorinus, cum reliquorum patriam notaverit. BARTH.

8 *Plato*] Plato lib. VII. de Legib. Εἰ γὰρ δὴ τόγε τοσοῦτον χρὴ παντ' ἄνδρα ξυννοεῖν, ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων γένεσις, ἢ τὸ παράπαν ἀρχὴν οὐδεμίαν εἴληχεν, οὐδ' ἕξει ποτέγε τελευτὴν, ἀλλ' ἦν τε ἀεὶ, καὶ ἔσται πάντως, ἢ μῆκός τι τῆς ἀρχῆς ἀφ' οὗ γέγονεν, ἀμήχανον ἂν χρόνον ὅσον γεγονὸς ἂν εἴη. LIND.

9 *Antiquae academiae philoſophi*] Antiquam academiam inſtituit Plato, teſte Diogene Laërtio in prooem. Auguſtin. lib. XIX. de Civit. Dei c. I. Novam ſive tertiam Carneades. Cenſotin. inf. c. 15. Lucian. περὶ Μακροβ. Euſeb. lib. XIV. de praepar. Euang. cap. 2. Diog. Laërt. dict. loco. Mediae auctor fuit Arceſilaus. Diogen. ibidem. IDEM.

10 *Ariſtoteles quoque*] Lactant. lib. XI. Inſtit. c. II. *Nam Stoici animantium fabricam divinae ſolertiae tribuunt. Ariſtoteles autem labore ſe ac moleſtia liberavit, dicens, ſemper mundum fuiſſe: itaque & humanum genus, & caetera quae in eo ſunt, initium non habere, ſed fuiſſe ſemper ac fore.* Quod congruit cum Varronis loco paulo ante adducto. IDEM.

B 11 *Ejuſ-*

Digitized by Google

ripatetici, idem ſcripſerunt [11] ejuſque rei exempla dicunt, [a] quod negent omnino poſſe reperiri, [b] aveſne ante, an ova generata ſint, cum & ovum ſine ave, & avis ſine ovo gigni non poſſit. Itaque & omnium, quae in ſempiterno [c] iſto mundo ſemper fuerunt, futuraque ſunt, ajunt principium fuiſſe nullum; ſed orbem eſſe quemdam generantium, naſcentiumque, in quo uniuſcujuſque geniti initium ſimul & finis eſſe videatur. Qui autem homines aliquos [d] primigenios divinitus [e] naturave factos crederent, multi fuerunt, ſed aliter atque aliter [12] [f] in hac [g] aeſtimatione verſati. Nam ut omittam, quod [13] fabulares poëtarum hiſtoriae ferunt, homines primos aut [14] Promethei molli luto eſſe formatos, aut [15] Deucalionis

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* quod negant non poſſe reperiri. b *Lugd. Bat.* aves ni ante aves ova gen. ſ. c *Ald.* mundo *non habet.* d *Germ. deeſt*, ut & *Lugd. Bat.* e *Germ.* ve *deeſt*, ut & *Lugd Bat.* f *Germ. deeſt*, ut & *Lugd. Bat. in quo* hac *inſuper abeſt.* g *Lugd. Bat.* exiſtimatione.

NOTAE.

11 *Ejuſque rei exempla*] Eadem quaeſtio agitur apud Plutarch Sympoſ. problem. lib. XI. quaeſt. 3. Macrob lib. VII. Saturnal. cap 16. Vide Franc. Valeſium in lib. de Sacra philoſoph. in Geneſ. c. I. pag. 50 IDEM.

12 *In hac aeſtimatione verſati*] In eodem codice legitur *aeſtuatione*; quod melius eſt, & omnino requiri videtur à voce *verſati*. BARTH.

13 *Fabulares poëtarum hiſt.*] Fabularis hiſtoriae mentionem quoque facit Suetonius, in Tiberio c. 70. ejuſque Tiberium Imper. porquam ſtudioſum fuiſſe narrat. Et Flavius Vopiſcus in Firmo in pr. Mythiſtoricorum voluminum meminit. LIND.

14 *Promethei molli luto*] Fabula vulgata. Vide Lactant. lib. II. Inſtit cap II. Apollod. Biblioth. lib. I. pag. 18. Pauſan. in Phocic. pag. 319. Steph. in Ἰκόνιον. Joh. Tzetz. Chil. VII. cap. 134. Auguſt. lib. XVIII. de Civit. Dei cap. 8 IDEM

15 *Deucalionis Pyrrhaeque*] Ovid. lib. I. Metamorph. Servius ad Eclog. VI. Virgil. Arnob. lib. V. Tzetzes Chil. VII. cap. 137. Hygin. Fabul. 153. Ab hac lapidum jactatione Apollod. lib. I. de Orig. Deor. pag. 20. exiſtimat λαοὺς, id eſt, populos, dictos ἀπὸ τοῦ λάας. quod lapidem ſignificat. Pertinet huc illud Homeri Odyſ. VII.

Oi

nis Pyrrhaeque duris lapidibus [a] eſſe natos, quidam ex ipſis ſapientiae profeſſoribus, neſcio an magis [b] monſtroſas, certe non minus incredibiles [16] rationum ſuarum proferunt opiniones. [17] Anaximander Mileſius, videri ſibi, ex aqua terraqae calefactis exortos eſſe, ſive piſces, [c] ſive piſcibus [d] ſimillima animalia: in his homines concreviſſe, foetuſque ad pubertatem intus retentos: tum demum, ruptis illis, viros, mulieresque, [e] qui ſe jam alere poſſent, proceſſiſſe. [18] Empedocles autem egregio ſuo carmine, quod ejuſmodi eſſe praedicat [19] Lucretius:

Ut vix humana videatur ſtirpe creatus,

tale

VARIAE LECTIONES.

a *In Lugd. Bat. & Germ. & Ald. editione additur*, ut Virgilius. Hic (*Lugd. Bat. & Germ.* Hinc) lapides Pyrrhae jactos Saturnia regna. Et alibi:

Quo tempore primum,
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem.
Unde homines nati durum genus.

b *Lugd. Bat. & Germ.* monſtruoſas. c *Lugd. Bat.* ſeu p. d *Lugd. Bat. & Germ.* ſimilia. e *Lugd. Bat.* qui jam ſe.

NOTAE.

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσὶ παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.
Vid. Euſtath. α. pag. 18. Alii ex fraxino primos homines ortos fuiſſe fabulati ſunt. V. Palaephat. & Stat. lib. IV. Thebaid. IDEM.

16 *Rationum ſuarum proferunt*] ſupra laudatae Membranae exhibent, *furioſarum*; ſed hoc emollit Barthius legendo *ſutarum*; quam vocem putat Cenſorinum à Comico mutuo accepiſſe. ED. CANTABR.

17 *Anaximander Mileſius*] Vide Plutarch. lib. v. de placit. Philoſ. cap. 19. & Symp. lib. VIII. quaeſt. 8. circ. fin. Sunt etiam ex recentioribus Philoſophis, qui hominem ex putredine, ut alia minuta animalia, naſci poſſe opinantur: Picus nimirum Mirandulanus in 900. concluſ., Concluſione ſecundum Avicennam v. Cardan lib. IX. de Subtilit. quem reprehendit Julius Caeſ. Scalig. de Subtil. exercit. 193. Vid. Averroëm in lib. VIII. Phyſ. Ariſt. & Joh. Philopon. in Comment. in lib. III. Ariſt. de Gener. animal. 79. b. Andream Caeſalpin. lib. v. Quaeſt. Peripat. c. I. LIND.

18 *Empedocles*] Plutarch. lib. v. de Placit. Phil. cap. 9. Varro apud Non. in *Blitum*. *Empedocles natos homines ex terra ait, ut blitum.* IDEM.

19 *Lucretius*] Lucret. lib. I. IDEM.

tale quiddam confirmat. Primo membra ſingula ex terra quaſi praegnante paſſim edita, deinde coiſſe, & effeciſſe ſolidi hominis materiam, igni ſimul & humori permiſtam. Caetera quid neceſſe eſt [a] perſequi? quae non capiant ſimilitudinem veritatis? Haec eadem opinio etiam [20] in Parmenide [21] vel [b] in Ste * fuit, [c] pauculis exceptis ab Empedocle [d] diſſenſis. [22] Democrito vero Abderitae ex aqua limoque primum [e] viſum eſt homines procreatos; [23] nec longe ſecus Epicurus. is enim credidit, limo calefacto uteros neſcio quos ra-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* proſequi. b *Germ. & Ald.* inſerta. *al. ut & Lugd. Bat.* vel in Sterte. c *Lugd. Bat.* paucis. d *Germ. & Ald.* diſſentiente. *al.* diſceſſiſſe. *Lugd. Bat.* diſſenſiſſe. e *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* viſum eſſe,

NOTAE.

20 *In Parmenide*] At Parmenides, ut refert Diogenes Laërt. lib. IX. putabat, γένεσιν ἀνθρώπων ἐξ ἡλίου πρῶτον γενέσθαι. IDEM.

21 *Vel in Ste ,. * .. fuit*] Locus mutilus, nec facilis emendatu abſque ope MS. Cod. In aliis exemplaribus eſt *inſerta fuit*. Juſt. Lipſ. lib. III. Phyſiol. Stoic. cap. 4. legendum putat: *in Zenone, vel in Parmenide, & Veliate Zenone.* IDEM. Meurſius ſupplendum exiſtimat, *Parmenide Meliſſove.* Rutgerſius legit, *Parmenide Veliate*, id eſt, *Eleate*; Velia eadem cum Elea teſte Plinio lib. II. cap. 5. in fine. denique Barthius teſtatur Membranas Colon. habere, *in Parmenide gellio ſtabone fuit.* cum vero ipſe, quid de hoc ſit ſentiendum non dixerit, liceat conjicere legendum eſſe, *in Parmenide vel in Stratone fuit*; aut potius, *in Parmenide Veliate, & Stratone fuit.* nam *Strato*, cujus vitam ſcripſit Diog. Laërtius, libros περὶ ἀνθρωπίνης φύσεως & περὶ μίξεως ſcripſit. ſed neque ignotus Cenſorino fuit; citatur enim cap. 7. pag. 36. ED. CANTABR.

22 *Democrito vero Abderitae*] Lactant. lib. VII. Inſtit. divin. cap. 7. *Erravit Democritus, qui vermiculorum modo putavit effuſos* (homines) *eſſe de terra nullo auctore, nullaque ratione.* LIND.

23 *Nec longe ſecus Epicurus*] Epicuri ſententiam refert Lucretius his elegantiſſimis verſibus:

Tum tibi terra dedit primum mortalia ſaecla.
Multus enim calor, atque humor ſuperabat in arvis:
Hinc ubi quaeque loci regio opportuna dabatur,
Creſcebant uteri terrae radicibus apti:
Quos ubi tempore maturo patefecerat aetas

Iu-

Digitized by Google

radicibus terrae [a] cohaerentes primum increviſſe, & infantibus ex ſe editis [b] ingenitum lactis humorem natura miniſtrante praebuiſſe, quos ita educatos & adultos, genus hominum propagaſſe. [24] Zenon Cittieus, Stoicae ſectae conditor, principium [c] humano generi ex [25] novo mundo conſtitutum putavit, primoſque homines ex ſolo [26] adminiculo divini ignis, [d] id eſt, Dei providentia, genitos. [27] Denique etiam vulgo creditum eſt, ut plerique [28] genealogiae auctores ſunt, quarumdam gen-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. & Germ. deſunt hae duae voces. al.* primum adhaerentes. b *Lugd. Bat. & Germ.* ingenium. c *Lugd. Bat.* humani generis. d *al.* & Dei providentia.

NOTAE.

Infantum; fugiens humorem, auraſque petiſſens,
Convertebat ibi natura foramina terrae,
Et ſuccum venis cogebat fundere apertis
Conſimilem lactis &c.

Adi Philon. Judaeum περὶ ἀφθαρσ. κόσμου. pag. 647. Lactant. lib. II. cap. 12. Idem.

24 *Zenon Cittieus Stoicae ſectae cond.*] Strabo lib. XIV. Κίτιον, ἔχει λιμένα κλειστόν. ἐντεῦθέν ἐστι Ζήνων ὁ τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης. Seneca epiſt. 83. *Zeno vir maximus, hujus ſectae fortiſſimae ac ſanctiſſimae conditor.* Lucian. περὶ Μακροβ. Theodoret. Graecar. affect. ſerm. V. Suid. Gell. l. XIX. cap. I. Idem.

25 *Novo mundo*] An coelum intelligit? quod Stoici *κόσμον* ſolent appellare. Macrobius *coelum* vocari mundum indicat, cum inquit lib. I. in Somn. Scip. c. 20. *Cur vero* (Sol) *temperatio mundi dictus ſit, ratio in aperto eſt, ita enim non ſolum terram, ſed ipſum quoque coelum, quod vere mundus vocatur, temperari à ſole certiſſimum* eſt. Etiam vide Joſeph. Scaligeri notas in ſphaeram Barbar. Manilii pag. 434. & Robert. Balfor. in lib. II. Cleomed. pag. 274. Idem.

26 *Adminiculo divini ignis, id eſt, Dei provid.*] Lactant. lib. II. cap. II. *Stoici animantium fabricam divinae ſolertiae tribuunt.* Ovid. lib. I. Metamorph. Fab. 2. ἀμφιδοξεῖ.

Natus homo eſt, ſive hunc divino ſemine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo,
Sive recens tellus.

Idem.

27 *Denique etiam vulgo*] MS. Col. *ultro.* Barth.

28 *Genealogiae auctores*] Genealogias ſcripſerunt Pherecydes Athenienſis, teſte Dionyſ. Halicarn. lib. I. Antiquit. Rom. pag. 10. Hecataeus; Athen. lib. IV. pag. 148. Andron; citatus à Scholiaſte

gentium, [29] quae ex [a] adventitia ſtirpe non ſint, principes terrigenas eſſe, [30] ut in Attica, & [31] Arcadia, Theſſaliaque, [b] eoſque [32] αὐτόχθονας vocitari: [33] ut in Italia [34] poëta cecinit, [c] Nymphas indigenaſque Faunos nemora quaedam tenuiſſe, [d] non difficile rudis antiquorum credulitas recepit. Nunc ve-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* adducticia ſt. b *Lugd. Bat.* eoſque vocari authonas. c *al.* Nymphas Indigetes Faunoſque. d *al.* non difficilis. *Lugd. Bat.* non difficiles.

NOTAE.

liaſte Apollonii Rhodii lib. I. Argon. pag. 3. & alii. LIND.

29 *Quae ex adventitia ſtirpe non ſint*] MS. Colon. *quae ex graeca & latina ſtirpe non ſint*. Hoc videtur probare Barthius: ratio eſt quia natales Barbarorum tale aliquid ferunt. Et ſane, quaſi de Barbaris jam locutus eſſet, in poſteriore parte ſententiae ſubjungit *Graecos & Italos*. ED. CANTABR.

30 *Ut in Attica*] De Athenienſibus tradit Herodot. lib. VII. pag. 497. Ἀρχαιότατον μὲν ἔθνος παρεχόμενοι μοῦνοι δὲ ἐόντες, οὐ μετανάσται Ἑλλήνων. Plato in Menexeno p. 404. Pauſan. in Corinth. pag. 57. Euripid. apud Plutarch. περὶ φυγῆς. pag. 1073. Strabo lib. VIII. Lucian. in Philoſopſeud. Ariſtides in Panathen. AEn. Gazaeus pag. 40. Juſtin. lib. II. Harpocration in αὐτόχθονες. Suid. in τεττιγοφόροι. Georg. Gemiſt. Orat. I. de Reb. Pelopon. LIND.

31 *Arcadia*] Theodoret ſerm. V. Graec. affect. Οἱ δὲ ἐν τῇ Ἀττικῇ πρῶτον φῦναι ἀνθρώπους. ἄλλοι δὲ, ἐν Ἀρκαδίᾳ τοῦτο φασί. τῇ πρώτην· ἕτεροι δ᾽ αὖ πάλιν ἐν Αἰγύπτῳ. Vid. Suid. in αὐτόχθονες. Marc. Heracleot. περιηγ. pag. 22. IDEM.

32 Αὐτόχθονας] Dicuntur & ἰθαγενεῖς. Feſt. in *Natio*. Latine *Aborigenes*. Sic enim vetus Gloſſar. p. 2. *Aborigenes* αὐτόχθονες. Solino c. 15. ſunt *Genuini terrae*. IDEM. Athenienſes vero ſe ſolos eſſe praedicabant αὐτόχθονας, μόνοι αὐτόχθονες ἡμεῖς, verba ſunt Demoſthenis orat. περὶ παραπρεσβείας. Vide Ariſtophanis Σφηκῶν Epirrhema, & Lyſiſtratam. Cenſorino etiam videntur contradicere Poſidippi verſus, & qui ea produxit Dicaearchus: aſſerunt enim Theſſalos ab Hellene originem traxiſſe. ſed, quod monendum putamus, vox αὐτόχθονες in illis verſibus depravata eſt in αὐτοῦτινες. ED. CANTABR.

33 *Ut in Italia Poeta cecinit*] Barthius ad hunc modum diſponenda cenſet, *in Italia ut Poeta cecinit*. Modius duo poſtrema verba Gloſſema eſſe contendit; nec forſan in eo fallitur. IDEM.

34 *Poëta cecinit*] Virgil. lib. VIII. AEneid. & ibid. Serv. LIND.

35 *Eri-*

vero eo licentiae poëticae proceſſit lubido, ut vix auditu ferenda [a] confingant. Poſt hominum memoriam, pro generatis jam gentibus, & urbibus conditis, homines è terra diverſis modis editos, ut in Attica fertur regione [35] Erichthonius ex Volcani ſemine [b] humo [36] exortus: & in Colchide, vel in Boeotia conſitis anguis dentibus [37] [c] armati partus: è quibus, [d] mutua caede inter ſe necatis, pauci ſuperaſſe traduntur, qui in conditu Thebarum Cadmo [e] fuerint adjumento. Nec non in agro Tarquinienſi puer dicitur divinitus [f] exaratus, nomine [38] Tages, qui diſciplinam cecinerit [g] extiſpi-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* confingat. b *Lugd. Bat. & Germ.* homo. c *Lugd. Bat.* armatis portator. d *Germ.* mutuo inter ſe necatis. *Lugd. Bat.* mutua i. ſ. caede necatis. e *Lugd. Bat & Germ.* fuerunt. f *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* exortus. g *al.* auſpicii.

NOTAE.

35 *Erichthonius*] Pauſan. Attic. pag. 3. Πατέρα δὲ Ἐριχθονίῳ λέγουσιν ἀνθρώπων μὲν οὐδένα εἶναι· γονέας δὲ Ἥφαιστον καὶ Γῆν. Homer. in Catalog. Apollod. lib. III. de Deor. orig. Lucian. in Philopſeud. Origenes cont. Celſ. lib. VIII. pag. 434. Auguſtin. lib. XVIII. de Civit. Dei, cap. 12 D. Hieron. contra Jovinian. cap. 4. Lactant lib. I. cap. 17. Tertull. de Spectac. cap. 9. IDEM.

36 *Exortus*] Sic legendum potius ex Germanica & Manutii editione, itemque ſchedis Fr. Modii, quam *exaratus*, ut Carrio edidit. IDEM.

37 *Armati partus*] Carrionis editio habet *Spartoe*. Theodoret. Serm. V. Graec. affect. ἐκεῖνοι γὰρ (poëtas intellige) οὐ μόνον γηγενεῖς, ἀλλὰ καὶ σπαρτοὺς ἀνθρώπους γεγενῆσθαι φασὶν, καὶ ἐκ δρακοντείων ἀναφυῆναι ὀδόντων. Gell. lib. XVII. cap, 3. Palaephat. περὶ μύθ. pag. 86. Hygin. fab. 178. Lucian. loco ſupra citato Scholiaſt. Apollon Rhod. lib. IV. Argonaut. pag. 166. Eunap. in Eclog. legat. pag. 12. Οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ μῦθοι λέγουσι, περὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὴν Κολχίδα δρακοντίων ὀδόντων κατασπαρέντων ἐν ὅπλοις, ἅμα τῷ σπόρῳ τοὺς ἄνδρας ἀναπάλλεσθαι. Senec. Hercule furente Act. 2. Sc. *O magne.* Lucan. lib. IV. D. Ambroſ lib de Fide reſurrect cap. 15. Ammian. Marcell. lib. XIX pag. 157. Ovid. lib III. Metamorph Fab, I Agath. lib. III Hiſt. pag. 72. IDEM. Memb Colon. σπαρτοι teſte J. Gulielmo ED. CANTABR.

38 *Tages*] Videndus Cicero lib. II. de Divinat. Feſt. in *Tages*. Ovid.

tiſpicii: [a] quam Lucumones, [b] tum Etruriae potentes, [c] exſcripſerunt.

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* Quam Lucani honeſtum Etruriis portentis exſcripſerunt. b *Germ. & Ald.* tum *deeſt.* c *al.* ſcripſerunt.

NOTAE.

vid. lib. xv. Metamorph. Fab. 2. Ammian. Marcellin. lib. xxi. p. 199. Arnob. lib. ii. p. 108. Martian. Capell. lib. ii. p. 39. & lib. vi. p. 204. Iſidor. lib. viii. Orig. c. 9. Serv. lib. xi. AEneid. *Thuſci autem à frequentia ſacrificii dicti ſunt, hoc eſt,* ἀπὸ τοῦ θύειν. *Conſtat namque, illic à Tage aruſpicinam repertam, ut Lucanus meminit:*

——— Sed conditor Artis
Finxerit iſta Tages.

Lind.

Caput V.

HActenus de prima [a] hominum origine. Caeterum, [b] quae ad praeſentes noſtros [c] pertinent natales, eorumque initia, quam potero [d] compendio dicam. [1] Igitur, ſemen unde exeat, inter ſapientiae profeſſores non conſtat. Parmenides

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* hominis. b *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* quod. c *Germ. & Ald.* pertinet. *Lugd. Bat.* attinet. d *Germ.* compendioſe. *al.* quo potero compendio. *Deſunt quatuor voces Lugd. Bat.*

NOTAE.

1 *Igitur ſemen*] Semen quid ſit, & unde fluat, inter Philoſophos medicoſque cum veteres, tum recentiores controvertitur. Pythagoras quidem dixit, τὸ σπέρμα εἶναι σταγόνα ἐγκεφάλου, περιέχουσαν ἐν αὐτῇ θερμὸν ἀτμόν. Diogen. Laërt. lib. viii. in vita Pythag. A quo non multum diſcedit Timaeus Locrus lib. de Anima mundi, pag. 18. qui fluxum id dicit eſſe medullae per dorſi vertebras, cujus origo & radix ſit cerebrum. Verba ejus haec ſunt: Τῶ δὲ σώματος ἀρχὰν μὲν καὶ ῥίζαν μυελῶ εἶμεν ἐγκέφαλον, ἐν ᾧ ἁ ἁγεμονία, ἀπὸ δὲ τούτω ἀπόχυμα ῥεῖ διὰ τῶν νοτίων σπονδύλων τὸ λοιπόν, ἐξ ὧ εἰς σπέρμα καὶ λόγον μερίζεται. Adde Hippocratem lib. de genitura, non longe à pr. & Nemeſium lib. I. de Natur. homin. c.

25

nides enim tum ex dextris, tum [a] è laevis partibus [b] derivari putavit. Hipponi vero Metapontino, ſive, ut Ariſtoxenus auctor eſt, [c] Samio, ex medullis profluere ſemen videtur: idque eo probari, quod [2] poſt [d] admiſſionem pecudum, ſi quis, [e] qui mares ſunt, perimat, medullas utpote exhauſtas non [f] reperiat. Sed hanc opinionem nonnulli refellunt, ut Anaxagoras, Democritus, & Alcmaeon Crotoniates. Hi enim [3] poſt [g] gregum contentionem non medullis modo, verum & adipe, multaque carne mares exhauriri reſpondent.

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. deeſt* è. b *Lugd. Bat. & Ald.* adoriri. *Germ.* oriri. c *Lugd. Bat.* Setinio. d *Germ.* emiſſionem. e *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* mares perim. f *Lugd. Bat.* reperiet. g *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* Graecam. *Aldus legendum putat*, crebram coitionem.

NOTAE.

25. Xeno & reliqui Stoici, ſemen animae particulam eſſe volunt, exque omnibus corporis partibus defluere. Diogen. Laërt. lib. VII. in vita Zenonis Cittiei, & Theodoret. Serm. v. Graec. affect. pag. 73. Alii ſpumam ſanguinis eſſe cenſent: atque inde *τὰ ἀφροδίσια* dicta, Apolloniates Diogenes exiſtimat, teſte Clem. Alexand. lib. I. Paedag. cap. 6. Tertullianus quoque lib. De carne Chriſti c. 19. materiam ſeminis ſanguinis eſſe calorem ſtatuit. Ariſtoteles autem libro I. de Generat. Animal. cap. 19. opinatur, *τὸ αἱματικῆς περίττωμα τροφῆς τὸ σπέρμα*. Alias aliorum opiniones, ſi ſcire aves, vide ſis Plutarch. lib. v. de Placit. Phil. cap. 3. Lactant. de Opif. Dei cap. 12. Johan. Argenter. Comment. ſecundo in Galen. Art. Med. pag. 175. & ſeqq. Franc. Valeſ. lib. II. controverſ. Med. & Philoſ. cap. 8. Ludov. Septalium Comment. v. in lib. Hippocrat. de Aëre, aq. & loc. pag. 407. And. Laurent. in hiſt. Anatom. lib. 13. quaeſt. 3. & 4. Hieronym. Mercurial. lib. IV. Variar. lect. c. 16. Franc. Bonamic. lib. IV. de alimento. c. 10. & ſeq. Balduin. Ronſſeum lib. de hum. vitae primord. cap. 1. LIND.

2 *Poſt admiſſionem*] *Poſt admiſſionem*, id eſt, *μετ᾽ ὀχείαν*. IDEM.

3 *Poſt gregum contentionem*] Eſt qui legat *tentionem*: ſed contra rei naturam. MS. Col. teſte Barthio, *poſt contentam initionem*; id eſt intentam, ut in hoc loco Virg. Georg. III. verſ. 536.

Contenta cervice trahunt ſtridentia plauſtra.

Et in illo AEneid. v. verſ. 512.

Tum rapidus jamdudum arcu contenta parato
Tela tenens. ——

ED. CANTABR.

dent. 4 Illud quoque [a] ambiguam facit inter auctores opinionem, [b] utrumne ex patris tantummodo ſemine partus naſcatur, ut Diogenes, & Hippon, 5 Stoicique ſcripſerunt, 6 an etiam ex matris, quod Anaxagorae, & Alcmaeoni, nec non Parmenidi, Empedoclique, & Epicuro [c] viſum eſt. [d] Quae diſſerens, non definite ſe ſcire, Alcmaeon confeſſus [e] eſt, ratus, neminem poſſe [f] perſpicere.

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* ambiguam inter auctores f. opinionem. b *Lugd. Bat.* verumne ex patris tantummodo ſemine. c *Lugd. Bat. & Germ.* eſt *non habet.* d *Lugd Bat.* quae diſſentio definit ſe ſcire. e *Lugd. Bat. & Germ.* eſt *non habet.* f *Lugd. Bat.* proſpicere.

NOTAE.

4 *Illud quoque ambiguam*] Vide Plutarch. lib. v. De placit. Philoſoph. cap. 5. Lind.

5 *Stoicique ſcripſerunt*] Zeno Cittieus & Sphaerus: quorum opinionem Diogenes Laërt. lib. vii. in vita Zenonis, his verbis recitat: τὸ δὲ τῆς θηλείας (σπέρμα) ἄγονον ἀποφαίνονται, ἄτονον εἶναι καὶ ὀλίγον, καὶ ὑδατῶδες. In eadem opinione fuit Ariſtoteles lib. i. de Gener Animal. cap. 19. & 20. quamvis ſibi non ſatis conſtet. Nam lib. iv. de Generat. Animal. c. i. etiam feminis ſemen tribuit, his verbis: διαφέρει δὲ τὸ τοῦ ἄρρενος σπέρμα, ὅτι ἔχει ἀρχὴν ἐν αὑτῷ τοιαύτην, οἵαν κινεῖν καὶ ἐν τῷ ζώῳ, καὶ διαπέττειν τὴν ἐσχάτην τροφήν· τὸ δὲ τοῦ θήλεος, ὕλην μόνον. Quo fortaſſe reſpexit Lactant. de Opif. Dei cap. 12, *Conceptum igitur Varro & Ariſtoteles ſic fieri arbitrantur: Ajunt enim non tantum maribus ineſſe ſemen, verum etiam feminis, & inde plerumque matribus ſimiles procreari.* Idem.

6 *An etiam ex matris*] Mulierem ſemen quoque emittere, tradit Hippocrat. in lib. de genitura. Nemeſ lib. i. de Natur. Hom. c 25. Inde etiam gentiles olim feminae Liberam coluërunt, ut Auguſtinus docet lib. vi. de Civit. Dei cap. 9. *Liberum*, inquit, *à liberamento appellare volunt, quod mares in coëundo per ejus beneficium emiſſis ſeminibus liberentur. Hoc idem dicunt in foeminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant, quod & ipſas perhibeant ſemina emittere, & ob hoc Libero eandem virilem corporis partem in templo poni, femineam Liberae.* Vide eund. lib. vii. de Civit. Dei cap. 3. & Jul. Caeſar. Scalig. de Subtilit. exercit. 268. Vid And. Laurent. lib. viii. hiſt. Anat quaeſt v. Franciſc. Bonamic lib. iv de alimento cap. 20. & ſeq. Balduin Ronſſ. lib. jam dict. cap. 2. Idem.

Digitized by Google

CAPUT VI.

Empedocles, quem in hoc [1] Ariſtoteles ſecutus eſt, ante omnia cor judicavit increſcere, quod hominis vitam maxime contineat, [2] Hippon vero, caput, in quo eſt [a] animi [b] principale. Democritus alvum cum capite, [c] quae plurimum habent ex inani. Anaxagoras cerebrum, unde omnes ſunt ſenſus. Diogenes Apolloniates ex humore primum carnem fieri exiſtimavit, tum ex carne [d] oſſa, nervoſque, & caeteras partes enaſci. At Stoici una totum infantem figurari dixerunt, ut una [e] naſcitur, aliturque. [3] Sunt, qui id opinentur [f] fieri ipſa natura, ut Ariſtoteles, atque Epicurus. Sunt, qui potentia ſpiritus ſemen comitantis, ut Stoici [g] ferme univerſi. Sunt qui aetherium calorem ineſſe arbitrentur, qui membra

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* cum principale. b *Ald. addit* cerebrum. c *Lugd. Bat.* quem plurimum habent. d *Lugd. Bat.* & oſſa nervos & caeteras partes. e *Lugd. Bat. Ald. & Germ.* naſcatur alaturque. f *Lugd. Bat.* ipſa fieri natura. g *Germ.* ferunt.

NOTAE.

1 *Ariſtoteles ſecutus*] Ariſtotel. lib. III. de Partibus anim. cap, 4. Caeterum cor primum naſcentibus formari, praeter Ariſtotelem aſſerunt Plin. lib. x. cap. 4. & lib. XI. cap. 37. Solin. cap. 4. Simplic. in lib. v. Ariſtot. *Τῆς φυσικ. ἀκροάσ.* pag. 205. Baſil. Magn. in Pſalm. I. in pr. Lactant. de Opif. Dei cap. 12. Quae opinio tamen à Galeno rejicitur, de Foet. form. cap. 4. ſtatuente, jecur primum foetus fundamentum eſſe. LIND.

2 *Hippon vero caput*] Et Alcmaeon; teſte Plutarcho lib. v. de placit. Philoſ. cap. 17. Varro autem, citante Gellio lib III. cap. 10. caput & ſpinam, quae eſt in dorſo. Hippocrates lib I. περὶ διαίτης. omnia membra ſimul exiſtere putavit: in qua opinione fuerunt etiam Stoici, ut Cenſorinus hoc capite tradit IDEM.

3 *Sunt qui id opinentur*] De cauſa foetuum formatrice inter Philoſophos diſſenſio eſt. Galenus ingenue fatetur ſe illam ignorare, lib. de Foet. form. cap. 6. V. Jacob. Fontan. part. I. Univerſ,

Digitized by Google

bra diſponat, Anaxagoran ſecuti. Utcumque tamen [a] formatus infans [4] quemadmodum [b] in matris utero alatur, duplex opinio eſt. [c] Anaxagorae enim, caeteriſque compluribus, [5] per umbilicum cibus adminiſtrari videtur; at Diogenes & Hippon [d] exiſtimarunt, eſſe in alvo [6] [e] prominens quiddam, quod infans ore adprehendat; [f] ex eoque alimentum ita trahat, ut, cum editus eſt, ex matris uberibus. [7] Caeterum, ut mares, foeminaeve naſcantur, quid cauſſae eſſet, varie ab iiſdem philoſophis proditum eſt. Nam, ex quo parente ſeminis amplius fuit, ejus ſexum repraeſentari dixit Alcmaeon; ex ſeminibus autem tenuioribus foeminas, ex denſioribus mares [g] fieri, Hippon affirmat. Utrius vero parentis [h] principium [i] ſedem [k] prius occupaverit; ejus reddi naturam Demo-

VATIAE LECTIONES.

a *Germ.* formetur. *Ald.* formatur. b *Lugd. Bat.* in utero matris. c *Germ.* Anaxag. etiam cum aliis plurib. d *Lugd. Bat.* exiſtimare eam in alvo proeminens quiddam. e *al.* permanens. f *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* ex eo. g *Lugd. Bat. delet* fieri. h *Ald. & Germ. deeſt.* i *Germ.* ſemen. k *Lugd. Bat.* prius *non habet.*

NOTAE.

verſ. Art. Med. cap. 10. Idem.

4 *Quemadmodum in matris utero alatur*] Videndus Plutarchus lib. 11. de Placit. Philoſ. cap. 16. Idem.

5 *Per umbilicum*] Ariſtot. lib. VII. de Hiſt. Anim cap. 8. & lib. 13. de Gener. Animal. cap. 5. Hippocrat. de Nat. Pueri, p 16. Κατὰ δὲ μέσον τῆς σαρκὸς ὁ ὀμφαλὸς ἀπέθειν δι' οὗ πνέει, καὶ τὴν αὔξησιν ἴσχει. Suid. ὀμφαλὸς οἷον τις ῥίζα τοῦ βρέφους ἐστι, δι' ἐκείνου γὰρ αὔξεται, καὶ τρέφεται. Lactant. de Opificio Dei cap. 10. in fin. Coel. Rhodig. lib. XV. Lect. Antiq. cap. 21. Idem.

6 *Prominens quiddam*] Idem ſenſit Hippocrates de carnib. Τὸ δὲ παιδίον, inquit, ἐν τῇ γαστρὶ συνέχον τὰ χείλεα μύζει ἐκ τῶν μητρέων τῆς μητρὸς, καὶ ἕλκει τήν τε τροφὴν, καὶ τὸ πνεῦμα τῇ καρδίῃ εἴσω. Qui locus adverſatur illi, quem modo adduximus ex libro de Nat. pueri. Sed viri docti hunc locum in libro de carnib. Hippocrati falſo affictum eſſe opinantur. Vid. And. Laurent. lib. VIII. Hiſt. Anatom. cap. 6. quaeſt. 23. Idem.

7 *Caeterum ut mares*] De diverſitate

Digitized by Google

mocritus [a] retulit. At, inter ſe certare foeminas, [b] & mares, &, penes [c] utrum victoria ſit, ejus habitum referri, auctor eſt Parmenides. Et [d] è dextris partibus profuſo ſemine mares gigni, at [e] è laevis foeminas, Anaxagoras, Empedoclesque conſentiunt; quorum opiniones ut de hac ſpecie congruae, [f] ita de [g] ſimilitudine liberorum [g] ſunt diſpariles. Super qua re Empedoclis diſputata ratio talis profertur. Si par calor [h] in parentum ſeminibus [i] fuerit, patri ſimilem marem procreari, ſi [k] frigus, foeminam matri ſimilem. Quod ſi patris [l] calidum erit, & [m] frigidum matris, puerum fore, qui matris vultum repraeſentet; at ſi [n] calidum matris, patris autem [o] fuerit [p] frigidum, puellam futuram, quae patris reddat ſimilitudinem. Anaxagoras autem ejus parentis faciem refer-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* detulit. b *& Ald. & Gem. deeſt.* c *Lugd. Bat.* utriusque victoria penes. d *al.* ex. e *Germ. & Ald. deeſt. Lugd. Bat.* Ex d. p. *Lugd. Bat.* & laevis feminas. f *Lugd. Bat.* ita diſſimilitudine liberorum diſpariles. g *Germ. & Ald. deeſt.* h *Lugd. Bat.* parentum in ſ. i *Germ.* fuit. k *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* frigidus. l *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* calidus. m *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* frigidus. n *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* calidus. o *Lugd. Bat. & Germ.* ſi erit. *Ald. utrumque deeſt.* p *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* frigidus.

NOTAE.

ſitate ſexus, quinque profert Philoſophorum diſpariles rationes. Quibus adde quae à Plutarcho lib. v. de Placit. Philoſ. cap. 7. Lactant. de Opif. Dei cap. 12. & Anaxagora apud Diogenem Laërtium pag. 94. varie diſputantur. Coel. Rhodig. lib. IV. Variar. lect. cap. 23. IDEM.

g *Similitudine liberorum*] Quid de prolis ſimilitudine Philoſophi ſenſerint, ſigillatim referre, longum foret; indicabimus ſaltem aliquot auctorum loca. Videndus itaque Ariſtoteles lib. IV. de Gener. Animal, cap. 3. & lib. VII. de Hiſt. Anim. cap. 6. Plutarch de Placit. Philoſ. lib. V. cap. 11. & 12. Stob. in Eclog. Phyſ. pag. 87. Galen. lib. II. de Semine. Plin. lib. VII. cap. 12. Solin. cap. 5. Dionyſ. Halicarn. Περὶ τῆς τ λογ. ἐξετ. pag. 68. Strabo lib. XV. pag. 479. D. Auguſtin. lib. V. Cont. Julian. cap. 9. Lactant. de Opif. cap. 12. Iſidor.

ferre liberos judicavit, qui ſeminis amplius contuliſſet. Caeterum, Parmenidis ſententia eſt, cum dexterae partes [a] ſemina dederint, tunc filios eſſe patri conſimiles, cum laevae, tunc matri. 9 Sequitur vero de geminis, qui ut aliquando naſcantur, modo ſeminis fieri 10 Hippon ratus eſt. [b] Id enim, cum amplius eſt, quam uni ſatis fuerit, bifariam diduci. Id ipſum ferme Empedocles videtur ſenſiſſe; nam, cauſas quidem cur divideretur, non poſuit: [c] tantummodo ait, [d] ſi utrumque ſedes aeque calidas occupaverit, [e] utrumque marem naſci: ſi frigidas aeque, utramque feminam, ſi vero alterum calidiorem, alterum frigidiorem, diſpari ſexu partum futurum.

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald. deeſt.* b *Germ.* id etiam. c *Germ. & Ald.* partum tantummodo. *Lugd. Bat.* partium tantummodo. d *Lugd. Bat. & Ald.* & ſi utrumque. e *Germ.* utrumque. *Lugd. Bat. delet.*

NOTAE.

dor. lib. II. Orig. cap. I. Petr. Meſſias lib. I. Variar. Lect. cap. 42. Levin. Lemn. lib. I. de Occult. Nat. Mirac. cap. 4. Cornel. Gemma lib. I. Coſmocrit. cap. 5. Joh. Riolan. lib. de Homin. Procreat. c. 12. Jacob. Fontan. Part. I. Univerſ. Art. Med. cap. 17. Franc. Bonamic. lib. V. de Aliment. cap. 34. Balduin. Ronſ. lib. de Hum. vitae primord. cap. 10. Idem.

9 *Sequitur vero de geminis*] Haec verba, ut ſequentium commodus ſenſus eſſet, ex editione Germanica & Aldina inſeruimus; in editione enim Carrionis omiſſa erant. Idem.

10 *Hippon ratus eſt*] Et Ariſtotel. lib. IV. de Gener. Animal. cap. 4. Vid. Plutarch. lib. V. de Placit. Phil. cap. 10. Idem.

Digitized by Google

CAPUT VII.

SUpereſt dicere de temporibus, quibus partus ſoleant eſſe ad naſcendum maturi; qui locus eo mihi cura majore tractandus eſt, quod quaedam [a] neceſſe eſt de aſtrologia, [b] muſica, & arithmetica adtingere. Jam primum, quoto poſt conceptionem menſe infantes edi [c] ſoleant, frequenter inter veteres agitatum, nondum convenit. Hippon Metapontinus à ſeptimo ad decimum menſem naſci poſſe exiſtimavit; nam ſeptimo [d] partum jam eſſe maturum, eo quod in omnibus [1] [e] numerus ſeptenarius plurimum poſſit, ſiquidem [f] ſeptem formemur menſibus; additiſque alteris [2] recti conſiſtere incipiamus, [g] & [3] poſt ſeptem menſes dentes nobis innaſcantur, iidemque poſt ſeptimum

VARIAE LECTIONES.

a *Ald.* neceſſe ſit. b *Lugd. Bat. Ald. & Germ.* Muſicaque. c *Ald.* ſoleat. d *Lugd. Bat.* jam partum. e *Germ. & Ald.* numeris. f *Germ* ſeptimis à partu formentur dentes menſibus. *Ald.* Septimis formentur dentes menſibus. *Lugd. Bat.* ſeptenis formentur menſibus. g *Germ* & poſt ſeptimum cadant annum. *Ald.* &, cum poſt ſeptimum menſem dentes nobis innaſcantur, iidem quoque poſt ſeptimum cadant annum. *Lugd. Bat.* & poſt ſeptimum cadant annum. *reliquis deletis.*

NOTAE.

1 *Numerus ſeptenarius*] De hujus numeri myſteriis multa Varro apud Gell. lib. III. cap. 10. Macrob. lib. I. in Somn. Scipion. cap. 5. Alexand Aphrod. lib. II. probl. 47. Philo Judaeus de Opific. mundi. & lib. I. Allegor. leg. p. 29. Clem. Alexand. Strom. VI. pag. 291. Juſtin. Martyr. Reſponſ. ad Orthod. 69 Baſil. Magn. in Pſalm. CXIV. Chalcid. in Timaeum Platon. pag. 41. & ſequent. Cyprian. ſerm. de Spiritu S. Ambroſ. lib. VI. Epiſt. 39. Auguſtin. lib. II. de Civit. Dei, cap. 31. Coel Rhodig. lib. XXII. Lect. Antiq. cap. 12. Joh. Bodin lib. III. Theat. Nat. pag. 428. & omnium pleniſſime Pet. Bongus. LIND

2 *Recti conſiſtere*] Macrob. lib. I. in Somn Scip. cap. 5. *Poſt bis ſeptem ſedet ſine caſus timore.* Et: *Poſt quater ſeptem non ſolum ſtat firmiter, ſed & incedit.* IDEM.

3 *Poſt ſeptem menſes dentes nobis*]

mum cadant annum, quartuodecimo autem [4] pubeſcere ſoleamus. Sed hanc à ſeptem menſibus incipientem maturitatem, uſque ad decimum perductam: [a] ideo, quod in aliis omnibus haec eadem natura eſt, ut [b] ſeptem menſibus, anniſve, tres aut menſes, aut anni ad [c] confirmationem adcedant. Nam dentes ſeptem menſium infanti naſci, & maxime decimo perfici menſe: ſeptimo anno primos eorum excidere, decimo ultimos, [d] poſt decimum quartum annum nonnullos, ſed omnes [5] intra ſeptimum decimum annum pubeſcere. Huic opinioni in parte [e] aliqua repugnant alii,

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* ideoque. b *Ald.* ſeptem *non habet.* c *Germ. & Ald.* conſummationem. d *Lugd. Bat.* poſt quartum decimum. e *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* aliqui.

NOTAE.

bis] Hippocrat. de Septimeſt. partu. Τοῖσι δὲ παιδίοις ἑπταμηνιαίοισιν, ἔστι καὶ ἄλλα διαφέροντα γίνεσθαι ἐν τοῖς σώμασι, καὶ οἱ ὀδόντες φαίνεσθαι ἄρχονται ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ. Vid. eund. περὶ σαρκ. in fin. Ariſtot. lib. VII de Hiſt. Anim. cap. 10. Τὰ δὲ παιδία ἑβδόμῳ μηνὶ ἄρχονται ὀδοντοφαεῖν: Alexand. Aphrod. lib. II. Problem. 47. Moſchion περὶ γυναικεί. παθ. c. 117. Plin. lib. VII. cap. 16. *Ceterum editis, primores ſeptimo menſe gigni dentes, priuſquam in ſupera fere parte, haud dubium eſt: ſeptimo eoſdem decidere anno, alioſque ſuffici.* Adde Macrob. lib. I. in ſomn. Scip. cap. 5. Auſon. in Monoſyllab.

Indicat in pueris ſeptennia prima novus dens.

4 *Pubeſcere ſoleamus*] Aur. Macrob. loco dicto. *Poſt annos autem bis ſeptem ipſa aetatis neceſſitate pubeſcit. Tunc enim moveri incipit vis generationis in maſculis, & purgatio faeminarum. Ideo & tutela puerili quaſi virile jam robur abſolvitur, de qua tamen faeminae propter veterum feſtinationem, maturius biennio legibus liberantur.* Et lib. VII. Saturnal. cap. 7. Vid. Tertullian. de Anima cap. 38. & lib. de Veland. Virg. cap. 11. Inſtit. tit. *Quib. mod. tutel. fin.* Ulpian. in frag. tit. *de Tutel.* §. ult. Alex. Aphrod. lib. II. Probl. 47. Δὶς ἑπτὰ δὲ, ἡβάσκει, τρὶς ἑπτὰ δὲ, ἀνδροῦται. Phil. Jud. lib. I. Allegor. Leg. Auguſtin. lib. XV. de Civit. Dei. cap. 12. IDEM.

5 *Intra ſeptimum decimum*] Juriſconſulti annum unum adjiciunt, plenamque pubertatem annis decem & octo definiunt.

§. VII

alii, [a] alii in parte conſentiunt. Nam [6] ſeptimo menſe parere mulierem poſſe, plurimi adfirmant, ut Theano [b] Pythagorica. [7] Ariſtoteles Peripateticus, [8] Diocles, [c] Evenor, Straton, Empedocles, Epigenes, multique praeterea, quorum omnium conſenſus [d] Euthyphronem Cnidium non deterret, id ipſum intrepide pernegantem. Contra eum ferme omnes, Epicharmum ſecuti, [9] octavo

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deeſt.* b *Lugd. Bat. Germ.* Pythagoricus. c *Germ.* Evenus. *Ald. Lugd. Bat.* Evener. *Ald. legendum putat* Eudaemus, *ex AEliani hiſt. animal.* d *Lugd. Bat. Germ.* Euriphonem. *al.* Euripidem; *vel* Euriphanum.

NOTAE.

§. *minorem.* Inſtit. *de adopt.* L. *adrogato.* 40. §. *non tantum.* D. eod. Tit. L. *Mela.* 14. §. *certe.* D. *de alim. legat.* Jul. Paul. lib. III. Sent. Tit. 4. §. *Spadones.* Idem.

6 *Septimo menſe parere*] Videndus Hippocrates περὶ σαρκῶν, non procul à fine & toto libro de ſeptimeſtri partu citatus à Paulo JC. L. *ſeptimo menſe.* 12. D. *de ſtat. hom.* & Ulpiano L. *Inteſtato.* 3. §. fin. D. *de ſuis & legit.* Alibi tamen Paulus in hanc rem numeros Pythagoreos allegat lib. 4. Sent. Tit. 9. Adi Galen. de foet. format. cap. I. Alexand. Aphrod. lib. II. problem. 47. Cicer. lib. X. ad Attic Fpiſt. ult. D. Ambroſ. lib. VI. epiſt. 39. Schol. Graecum in Homer. Ιλ. τ. pag. 327. Idem.

7 *Ariſtoteles Peripateticus*] Ariſtotel. lib. VII. Hiſt. Animal. cap. 4. Ὅσα μὲν οὖν γίνεται πρότερα τῶν ἑπτὰ μηνῶν, οὐδὲν οὐδαμῆ δύναται ζῆν. τὰ δὲ ἑπτάμηνα γόνιμα γίνεται πρῶτον, ἀσθενῆ δὲ τὰ πολλά· διὸ καὶ σπαργάνουσιν ἐρίοις αὐτά. Vid. Plutarch. lib. V. de Placit. Philoſ. cap. 18. Idem.

8 *Diocles*] Hujus & Empedoclis de hac re ſententiam refert Plutarch. modo dicto loco Idem.

9 *Octavo menſe*] Hippocrat. lib. de Octim. Part. negat, octimeſtrem partum eſſe vitalem, & libro περὶ σαρκῶν diſerte inquit, ὀκτάμηνον δὲ γενόμενον, οὐδὲν βιοῖ πώποτε. Citatur in eandem rem à Gellio lib. III. cap. 16. ejuſdem ex lib. περὶ τροφῆς locus: ἔστι δὲ καὶ οὐκ ἔστιν ὀκτάμηνος γένεσις. quae verba ibidem ſic explicat Sabinus medic. Ἔστι μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μετὰ τὴν ἔκτρωσιν· οὐκ ἔστι δέ, ὡς θνήσκοντα μετὰ ταῦτα. καὶ ἔστιν οὖν φαντασίᾳ μὲν παραυτίκα ὄντα· δυνάμει δὲ οὐκ ἔστι. Sed Hippocratis locus hodie aliter in impreſſis libris habetur. Quid vero de Octimeſtri partu ſentiendum ſit, vide quae doctiſſime accuratiſſimeque commentatus eſt Federicus Bonaventura Urbinas, Ludov. Coel. Rhodig. lib. XX. Lect. Antiq. c. I. & lib. XXII. c. 13. Idem.

Digitized by Google

vo menſe naſci negaverunt. [10] Diocles tamen Caryſtius, [11] & Ariſtoteles Stagirites aliter [a] ſenſerunt. [12] Nono autem, & decimo menſe, tum Chaldaei plurimi, & idem [b] mihi [c] ſupra nominatus Ariſtoteles, edi poſſe partum putaverunt. neque Epigenes Byzantius [d] nono poſſe fieri contendit. nec [13] Hippocrates Cous decimo. Caeterum [14] [e] undecimum menſem Ariſtoteles ſolus

lus

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* ſentiunt. b *Lugd. Bat. Germ. deeſt.* c *Ald. non habet.* d *Lugd. Bat.* octavo fieri poſſe. e *Lugd. Bat. Ger. & Ald.* undecimo menſe.

NOTAE.

10 *Diocles tamen Caryſtius*] Vide Plutarch. lib. v. de Placit. Philoſ. cap. 18. IDEM.

11 *Et Ariſtoteles*] Ariſtoteles lib. VII. Hiſt. Animal. cap. 4. & lib. IV. de Generat. Animal. cap. 4. Item Problem. 40. Sect. 10. octimeſtrem partum recipit. Item Caecilius Comicus apud Gell. lib. III. cap. 16. Varro apud eundem ibid. Et Plin. lib. VII. cap 5. ex Ariſtotelis lib. VII. Hiſt. Animal. cap. 4. refert, *Tranſlatitium in Aegypto eſſe, octavo gigni, & in Italia jam tales partus eſſe vitales, contra priſcorum opiniones.* De Naxiis mulieribus beneficio Junonis ὀκτάμηνα parientibus, teſtantur Stephan. de Urbib. & Suidas. Nicol. Leonic. lib. I. Var. Hiſt. cap. 99. IDEM.

12 *Nono autem & decimo menſe*] Hinc illa Parcarum nomina *Nona* & *Decima*. Gellius lib. III. cap. 16. Sept. Tertullian. de Anima cap. 37. *Haec aeſtimando etiam ſuperſtitio Romana finxit Alemonam, alendi in utero foetus. Et Nonam & Decimam, a ſollicitioribus menſibus.* Decimum menſem agnoſcit Varro apud Nonium in *Spiſſum. Naſcimur enim,* inquit, *ſpiſſius quam emorimur. Vix duo homines decem menſibus edolatum unum reddunt puerum: contra una peſtilentia, hoſtica acies, puncto temporis immaneis acervos facit.* Et Solomon, ſive quis alius auctor, Sapientiae cap. 7. verſ. 2. Ἐν κοιλίᾳ μητρὸς ἐγλύφην σὰρξ δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ. Vide Formulam Galli Aquilii JC. in L. *Gallus* 29. in pr. D. *de lib. & poſt. haered. inſt.* & L. *quidam* 4. D. *de poſt. haered. inſtit.* Jul. Paul. lib. 4. ſent. tit. 9. §. *ſeptimo menſe.* Terent. Adelph. act. 3. ſcen. 4. *Virgo ex eo compreſſu gravida facta eſt: menſis hic decimus eſt.* IDEM.

13 *Hippocrates Cous*] Hippocrates de natura pueri. Οὐκ ἔστι χρονιώτερον δέκα μηνῶν ἐν γαστρὶ ἔχειν ἐγὼ φράσω. IDEM.

14 *Undecimum menſem Ariſtoteles*] Ariſtoteles lib. VII. de Hiſtor. Animal. cap. 4. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῶα μοναχῶς ποιεῖται τὴν τῶν τόκων τελείωσιν, (εἷς γὰρ ὥρισται τῶν τόκων χρόνος πᾶσιν) ἀνθρώπῳ δὲ πολλοὶ μόνῳ τῶν ζώων. καὶ

γὰρ

lus recipit, [15] caeteri univerſi inprobarunt.

NOTAE.

γὰρ ἑπτάμηνα, καὶ ὀκτάμηνα, καὶ ἐννεάμηνα γίνονται, καὶ δεκάμηνα τὸ πλεῖστον. ἔνιαι δὲ ἐπιλαμβάνουσι καὶ τοῦ ἑνδεκάτου μηνός. Undecimum menſem etiam admiſit D. Hadrianus apud Gell. lib. III. cap. 16. Vid. Feder. Bonavent. lib. IX. de Octimeſtri partu cap. 2. & ſeq. De duodecimeſtri partu eſt apud Chariſium Grammaticum lib. I. pag. 78. qui Gracchi nomen derivat à gerendo; eo quod mater ejus duodecim menſibus eum geſtaverit. Decimi tertii menſis exemplum refertur à Plinio lib. VII. cap. 5. & deinde Gellio lib. III. cap. 16. Jacobus Fontanus medicus ex relatione medicorum Monſpellenſium narrat Part. I. Univerſae Art. Med. l. 5. Phyſiol. cap. 16. nonnullas foeminas legitimos peperiſſe natos duodecimeſtres, ſexdecimeſtres, vigeſimeſtres, & vigeſiquatrimeſtres. IDEM.

15 *Caeteri univerſi improbarunt*] Uti etiam Ulpianus L. *inteſtatô.* 3. §. *poſt decem.* D. *de ſuis & legit.* & Juſtinianus Imp. Novell. 39. cap. 2. IDEM.

CAPUT VIII.

SEd nunc [1] Chaldaeorum ratio breviter tractanda eſt, explicandumque, cur ſeptimo menſe, & [a] nono, [b] & decimo, [c] tantummodo poſſe naſci ho-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* VIII. b *Ald. non habet.* c *Lugd. Bat. & Germ.* tantum.

NOTAE.

1 *Chaldaeorum*] *Chaldaei*, inquit Cicero lib. 3. de Divin. *non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obſervatione ſiderum, ſcientiam putantur effeciſſe, ut praedici poſſet, quid cuique eventurum, & quo quiſque fato natus eſſet.* Vide Diodor. Sicul. lib. XVII. Vitruvium lib. IX. cap. 7. Gell. lib. XIV. cap. 1. Hi *Babylonii* quoque dicuntur. Jul. Firm. lib. II. cap. 3. unde *numeri Babylonii* apud Horat. lib. I. Ode 11.

—— *nec Babylonios Tentaris numeros.*

Et *Genethliaci*. Gell. lib. XIV. cap. 1. Cenſorin. cap. 14. *Planetarii.* Auguſtin. lib. IV. Confeſſion. *Mathematici.* Tit. C. Theod. & Juſtin. *De malef. & mathemat.* Auguſtin. lib. II. de Doctrin. Chriſt. cap. 21. Iſidor. lib. VIII. Orig. cap. 9. D. Hieronym. in cap. II. Daniel. Gell. lib. I. cap. 9. *Horoſcopi.* Perſ. Sat. 6.

—— *Geminos horoſcope varo Producis genio.* LIND.

homines arbitrentur. Ante omnia igitur [2] dicunt, actum, vitamque noſtram, ſtellis tam vagis, quam [a] ſtatis eſſe ſubjectam, earumque vario multiplicique curſu genus humanum gubernari, ſed ipſarum motus, ſchemataque, & effectus, à Sole crebro inmutari. nam ut aliae occaſum, nonnullae [3] ſtationem [b] faciant, noſque omnes [c] diſparili ſua temperatura adficiant, Solis fieri potentia. Itaque eum qui ſtellas ipſas, quibus movemur, permovet, animam nobis dare, qua regamur; potentiſſimumque in nos eſſe, moderarique, quando poſt conceptionem veniamus in lucem. ſed hoc per tres facere conſpectus. [4] [d] Quid autem ſit conſpectus, & [5] quot ejus genera, ut liquido perſpici poſſit, pauca praedicam. Circulus eſt, ut

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* & *Ald.* ſtantibus. b *Lugd. Bat.* faciunt. c *Germ.* & *Ald.* hac ſua diſparilitate pariter. *Lugd. Bat.* hac ſua diſparilitate pariter affici, aut ſ. f. p. d. *Lugd. Bat. Ald.* quidquid.

NOTAE.

2 *Dicunt actum vitamque noſtram*] Vid. infr. cap. 13. Clem. Alexand. Strom. VI. pag. 291. Ἑπτὰ δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων τοὺς πλανήτας εἶναί φασιν ἀστέρας, τὴν περίγειον διοίκησιν ἐπιτελοῦντες, ὑφ' ὧν κατὰ συμπάθειαν οἱ Χαλδαῖοι πάντα γίνεσθαι νομίζουσι, τὰ περὶ τὸν θνητὸν βίον. Vid. Cicer. lib. II. de Divin. Sext. Empir. adverſ. Mathemat. cap. 21. Pertinet huc Auſonii Eclogarium de ratione puerperii. Vide quae infra notavi ad cap. 13. IDEM.

3 *Stationem faciant*] Chalcid. in Timaeum Platon. pag. 61. *Statio* (inquit, eſt) *viſum & imaginatio ſtellae diu manentis in eodem loco, juxta aliam fixam ſtellam, nec errantem.* Graeci στηριγμὸν vocant. Pappus Alexand. εἰσαγωγ. εἰς τὴν ἀποτελεσμ. & στάσιν. Gemin. pag. 10. Julius Pollux lib. IV. cap. 20. Iſidorus lib. III. Orig. cap. 69. IDEM.

4 *Quid autem ſit conſpectus*] *Adſpiciendi* verbo in hac re uſus eſt Horatius lib. II. Od. XVII.

Seu Libra, ſeu me Scorpius adſpicit
Formidoloſus.

Vid. Sext. Empir. adverſ. Mathem. cap. 21. IDEM.

5 *Quot ejus genera*] Dividuntur ſigna Zodiaci vel in Hexagona, vel in Tetragona, vel in Trigona, vel in Oppoſita. Vide Tab. I. Num. 1. 2. 3. 4. 5.

De

Digitized by Google

1 Hexagona

♊	♌	♎	♐	♒
♋	♍	♏	♑	♓

2 Tetragona

♈	♋	♎	♑
♉	♌	♏	♒
♊	♍	♐	♓

rigona

♌	♐
♍	♑
♎	♒
♏	♓

4 Oppoſita

♈	♎
♉	♏
♊	♐
♋	♑
♌	♒
♍	♓

5 Characteres Aſpectuum Planetarum

Trigonus	△
Quadratus	□
Hexagonus	✱
Diametralis	☍
Conjunctionis nota	☌

6



Digitized by Google

Digitized by Google

ut ferunt, [6] ſignifer, quem Graeci vocant ζωδιακὸν, in quo Sol, & Luna, caeteraeque ſtellae vagae feruntur; [7] hic in duodecim partes, [a] totidem ſignis redditas, [b] aequabiliter diviſus eſt. eum ſol annuo ſpatio metitur: ita in unoquoque ſigno ferme unum menſem moratur. ſed ſignum quod libet cum caeteris ſingulis habet mutuum conſpectum, non tamen uniformem cum omnibus. nam validiores alii infirmiores alii habentur. Igitur, quo tempore partus [c] concipitur, Sol in aliquo ſigno [d] ſit neceſſe; [e] & in aliqua ejus particula, quem [8] locum conceptionis proprie adpellant. [9] Sunt autem hae particulae in unoquoque ſigno tri-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* totidemque. b *Lugd Bat.* aequaliter. c *Lugd. Bat.* conſpicitur. d *Lugd. Bat. Germ. Ald.* ſit neceſſe eſt. e & *Ald.* & *Lugd. Bat. deeſt.*

NOTAE.

De aſpectibus planetarum vide Joh. Stoflerinum in lib. de uſu Aſtrolabii. Part. 2. Propoſit. 55. ubi & alios enumerat, qui de aſpectibus ſcripſerunt. IDEM.

6 *Signifer, quem Graeci vocant ζωδιακὸν*] ἀπὸ τῶν ζωδίων, quod duodecim animalium effigies deſcriptas contineat. Plinius lib. II. cap. 4. Aur. Macrob. in Somn. Scip. cap. 21. Hujus inventum alii Pythagorae, alii Oenopidae Chio, Plutarch. lib. II. de Placit. Philoſ. cap. 12. alii Anaximandro Mileſio tribuunt, Plinius lib. II. cap. 8. IDEM.

7 *Hic in duodecim partes*] Videndus Geminus de Apparent. Coeleſt. in pr. Auſon. Eidyll. XIII.

Signifer inde ſubeſt, bis ſex & ſidera complent.
Hic Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, & Urnam
Qui tenet, & Piſces. IDEM.

8 *Locum conceptionis*] Quem in genethliologiae ratione ſequutus dicitur Achinapolus, teſte Vitruvio lib. IX. cap. 7 & alii veteres Aſtrologi. Tertull. lib. de Anima cap. 25. in fine. V. Auguſtin. lib. V. de Civit. Dei cap. 5. IDEM.

9 *Sunt autem hae particulae in unoquoque ſigno tricenae*] Geminus de Apparent. Coeleſt. pag. 3. Πάλιν δὲ ἕκαστον τῶν δωδεκατημορίων διαιρεῖται εἰς μέρη λ. καὶ καλεῖται τὸ ἓν τμῆμα μοῖρα, ὥστε τὸν κύκλον τῶν ζωδίων περιέχειν ζώδια μὲν ιϐ. μοίρας δὲ τξ. Idem teſtatur Sext. Empir. adverſ. Mathem. cap. 21. Jul. Firm. lib. II. cap. 4. Suid. in ἐποχή. B. Ambroſ. lib. IV. Hexaëm. c. 4. IDEM.

tricenae, totius vero zodiaci numero CCCLX. [a] has Graeci μοίρας cognominarunt: eo videlicet, quod [10] deas Fatales nuncupant μοίρας. [b] Et eae particulae nobis [c] veluti fata ſunt. nam, qua potiſſimum oriente naſcantur, plurimum refert. [11] Sol ergo, cum in proximum ſignum tranſcendit, locum illum conceptionis aut imbecillo videt conſpectu, aut etiam nec conſpicit. nam plures, proximantia ſibimet zodia, invicem [d] ſe videre, omnino negaverunt. at, cum in tertio eſt ſigno, hoc eſt, uno medio interpoſito, [e] tunc primum illum locum, unde profectus eſt, videre dicitur, ſed valde obliquo & invalido lumine; qui conſpectus [f] vocatur καθ' ἑξάγωνον, [g] qui ſextam partem circuli [h] ſubtendit. nam ſi ut à primo zodio ad tertium, ſic à tertio ad quintum, inde porro ad ſepti-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* has Graeci μέρη vocant. *Lugd. Bat.* has meras Graeci vocant. *abeſt quod ſequitur uſque μοίρας.* b *Germ. & Ald.* & hae. c *Lugd. Bat.* veluti. d *Lugd. Bat.* ſeſe. e *Germ.* tum pr. f *Germ. & Ald.* dicitur. *Lugd. Bat.* dicitur καζασκαγωνων. g *Germ.* quia. h *Ald.* ſuccidit (*Germ.* ſubcedit) natura cujus. *Lugd. Bat.* ſuccedit.

NOTAE.

10 *Deas Fatales nuncupant μοίρας*] Hinc Gloſſario vereri μοῖρα *Fatum* eſt, & μοῖραι *Parcae*: uti etiam Suidae & auctori Etymologici μοῖρα eſt εἱμαρμένη. Vid. Gell. lib. III. cap. 16. Euripides in Elect. verſ. 1347.

——— τἀντεῦθεν δὲ χρὴ
Πράσσειν. ἃ μοῖρα Ζεύς τ' ἔκρανε σοῦ πέρι.

Haſce μοίρας Jul. Firmic. lib. 12. cap. 4. ait *eſſe infinitae poteſtatis, & licentiae, & quae fata hominum poteſtatis ſuae auctoritate deſignent.* Vid. Joh. Tzetz. adverſ. Heſiod. lib. 1. Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, &c. IDEM.

11 *Sol ergo*] Vid. ſubjectum Schema Tab. I. Num. 6.

Ponit iſtud ſchema Georgius Purbachius in Theoricis planetarum ab Eraſmo Reinholdo figuris auctis. Valentinus Nabod in enarratione elementorum aſtrologiae. Franciſcus Barocius lib. IV. Coſmographiae. cap. 4. Elias Vinetus in Comment. ad Eidyll. 12. Auſonii, Guliel. Philander in annotat. in Vitruv. lib. IX. c. 4. Gaudent. Merula lib. II. Memorab. cap. 3. & 13. IDEM.

12 Vel

Digitized by Google

ptimum, ac [a] deinde alternae lineae emittantur, [b] hexagoni aequilateralis forma in eodem circulo ſcriberetur. Hunc [c] quidam conſpèctum non uſquequaque receperunt, quod minimum ad maturitatem partus [d] videatur conferre. Cum vero in quartum ſignum pervenit, & media duo ſunt, [e] videt *κατὰ τετράγωνον.* quoniam [f] illa linea, qua viſus pertendit, quartam partem orbis abſcidit. Cum autem in quinto eſt, tribus interjacentibus mediis, *κατὰ τρίγωνον* [g] adſpicit. Nam [h] tertiam ſigniferi partem viſus ille metitur. Quae duae viſiones *τετράγωνοι* & *τρίγωνοι* perquam efficaces, incrementum partus multum adminiculant. Caeterum à loco ſexto conſpectus omni caret efficientia; ejus enim linea nullius [i] polygoni [k] adficit latus. At à ſeptimo zodio, quod eſt contrarium, pleniſſimus potentiſſimuſque conſpectus, quoſdam jam maturos infantes educit, qui [l] ſeptemmeſtres adpellantur, quia ſeptimo menſe naſcuntur. At, ſi intra hoc ſpatium matureſcere uterus non [m] potuerit; octavo menſe non editur, (ab octavo enim ſigno, ut à ſexto, inefficax viſus) ſed vel nono menſe, [12] vel decimo. Sol enim à nono zodio particulam conceptionis rurſus conſpicit *κατὰ τρίγωνον*, & à decimo *κατὰ τετράγωνον.* qui conſpe-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* deinceps. b *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* hexagoniae quae (*Germ.* qui) lateralis. c *Lugd. Bat.* quidem. d *Lugd. Bat.* & *Germ.* videbatur. e *Germ.* videlicet. f *Lugd. Bat.* *delet* illa. g *Lugd. Bat.* adſpiciat. h *Lugd. Bat.* ternam. i *Lugd. Bat. & Germ.* polygoniae. k *Lugd. Bat. & Ald.* efficit. l *Lugd. Bat.* ſeptimeſtres. m *Germ.* poterit. *Lugd. Bat.* poteſt.

NOTAE.

12 *Vel decimo*] Sic Aldus & editio Germanica, quod & ratio ipſa ſuadet. Carrio male *undecimo.* IDEM.

ſpectus, ut ſupra jam dictum eſt, perquam efficaces ſunt. Caeterum undecimo non putant naſci, quia languido jam radio infirmum lumen καθ' ἑξάγωνον mittatur multo minus duodecimo, unde conſpectus pro nullo habetur. itaque ſecundum rationem hanc ἑπτάμηνοι naſcuntur κατὰ διάμετρον, [13] ἐννεάμηνοι autem κατὰ τρίγωνον, δεκάμηνοι vero κατὰ τετράγωνον.

NOTAE.

13 Ἐννεάμηνοι autem κατὰ τρίγωνον] In hoc & ſequenti non debuit omittere δεξιόν. non enim κατὰ τετράγωνον abſolute foetus decem menſium prodeunt in lucem, ſed κατὰ τετράγωνον δεξιόν. Dextrum tetragonum climactericum annum efficit, ut quod ſiniſtrum eſt quintum, &c. Salmasius.

Caput IX.

HAc Chaldaeorum ſententia explicata, tranſeo ad [a] opinionem Pythagoricam, Varroni tractatam in libro, qui vocatur Tubero, & intus [b] inſcribitur, De origine humana. quae quidem ratio praecipue recipienda ad veritatem proxime videtur accedere. Alii enim plerique, cum omnes partus non uno tempore fiant maturi, [1] una tamen

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* opinionem *delet.* b *Lugd. Bat.* ſcribitur.

NOTAE.

1 *Una tamen eademque*] Imo diverſa. Nam Diogenes Apolloniates aliter ſentit, aliter Hippon; Pythagoras item aliter, & Empedocles, Aſclepiadeſque, quorum opiniones extant apud Plutarch. lib. v. de Placit. Philoſoph. cap. 21. Hippocrates ſane maſculi conformationem diebus triginta, foeminae quadraginta duobus fieri exiſtimavit. Verba ejus in libro de natura pueri haec ſunt: Καὶ γέγονεν ἤδη παιδίον, καὶ εἰς τοῦτο ἀφικνέεται, τὸ μὲν θῆλυ τὴν πρώτην πῆξιν, ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι καὶ δύο τὸ μακρότατον. τὸ δὲ ἄρσεν ἐν τριήκοντα ἡμέρῃσι τὸ μακρότατον. ὡς

men eademque tempora omnibus conformandis dederunt. ut Diogenes Apolloniates, qui maſculis ait corpus quatuor menſibus formari, [a] & foeminis quinque. [b] vel Hippon, qui diebus ſexaginta infantem ſcribit formari; & quarto menſe carnem fieri concretam, quinto ungues [c] capillumque naſci; ſeptimo jam hominem eſſe perfectum. Pythagoras autem (quod erat credibilius) dixit, [2] partus eſſe genera duo, alterum ſeptem menſium, alterum decem: ſed priorem aliis dierum numeris [d] conformari, aliis poſteriorem. Eos vero numeros, qui in unoquoque partu aliquid [e] adferunt mutationis, dum aut ſemen in ſanguinem, aut ſanguis in carnem, aut caro in hominis figuram convertitur, inter ſe conlatos rationem habere eam, [3] quam voces habent, quae in muſica σύμφωνοι vocantur.

VARIAE LECTIONES.

a *Ald.* at fem. b *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* ut. c *Germ.* capillumve. *Ald.* capilloſve. *Lugd. Bat.* capillive. d *Lugd. Bat. & Germ.* confirmari. e *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* ferunt.

NOTAE.

ὡς γὰρ ἐπιπολὺ ξυμβαίνει ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἢ ὀλίγῳ μείονι, ἢ ὀλίγῳ πλείονι ταῦτα διαρθροῦσθαι. Hippocratem ſequutus eſt Lactant. de Opif. Dei cap. 12. Vid. Cenſorin. infr. cap. 11. At Ariſtoteles lib. VII. de Hiſt. animal. cap. 3. longius tempus ſtatuit, nimirum in maſculis quadraginta dies, in fœminis tres menſes. LIND.

2 *Partus eſſe genera duo*] Diogenes Laërtius ex Pythagorae ſententia tria genera memorat. Κατὰ δὲ τοὺς τῆς ἁρμονίας λόγους, ἐν ἑπτὰ, ἢ ἐννέα, ἢ δέκα τὸ πλεῖστον μησὶ τελεωθὲν, ἀποκυΐσκεσθαι τὸ βρέφος. IDEM.

3 *Quam voces habent*] Vide Guliel. Philandri Annotat. in Vitruv. I. c. I. IDEM.

Digitized by Google

CAPUT X.

SEd haec quo ſint intellectu apertiora, prius aliqua de muſicae regulis huic loco neceſſaria dicentur; eo quidem magis, quod ea dicam, quae [1] ipſis muſicis ignota ſunt. [2] nam ſonos ſcienter tractavere, & congruenti ordine reddidere [a] illos: ipſis autem ſonis [b] motuum modum menſuramque invenere geometrae magis, quam muſici. Igitur [3] muſica eſt ſcientia bene modulandi. haec autem [c] eſt in voce. ſed vox alias gravior [d] mittitur, alias acutior. ſingulae tamen voces ſimplices, & [e] utcumque [f] miſſae, [4] φθόγγοι vocantur. di-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* illorum. b *Lugd. Bat.* motum. c *Lugd. Bat.* utrimque. d *Lugd. Bat.* *eſt* delet. e *Ald.* innititur. f *Germ.* emiſſae φθόγγος vocatur.

NOTAE.

1 *Ipſis Muſicis ignota*] Ne quis hoc miretur, perierat ipſius Domitiani aetate omnis Muſicae vis & ſcientia, praeterquam in doctis, cum non jam amplius Muſici inter mimos aut Hiſtriones degerent. De ſui aevi Hiſtrionibus idem teſtatur D. Auguſtinus, & addit, *poteſt ille quod ſatis commode pro arbitrio ſonuerit, id notare ac mandare memoriae, atque id repetendo conſuefacere digitos eo ferri ſine ulla trepidatione & errore: ſive ab alio id quod cantet, ſive ipſe inveniat, illa de qua dictum eſt ducente atque approbante natura.* Ed. Cantabr.

2 *Nam ſonos ſcienter tractavere, & congruenti ordine reddidere illos*] Haec eſt lectio Aldinae & German. editionis quae ſane tolerari poteſt: aut ſi illa diſplicet, ex editione Carrionis expungendum τὸ *illorum*, aut pro *tractavere*, & *reddidere*, legendum *tractare* & *reddere*. Lind.

3 *Muſica eſt ſcientia*] Eadem eſt Caſſiodori definitio. Bacchius autem ita definit: μουσική ἐστι εἴδησις μέλους, καὶ τῶν περὶ συμβαινόντων. Ptolemaeus initio lib. Περὶ μουσικῆς. Μουσική ἐστι ῥυθμοῦ, καὶ μέλους, καὶ πάσης ὀργανικῆς θεωρίας ἐπιστήμη. Alius vetus Muſicus anonymus MS. Μουσική ἐστιν ἐπιστήμη περὶ μέλος τέλειον, θεωρητική τε τῶν ἐν αὐτῇ καὶ τοῖς μέρεσιν αὐτῆς. Vel, ἕξις θεωρητική τε, καὶ πρακτικὴ, καὶ ποιητικὴ τῶν περὶ τὸ τέλειον μέλος. Idem.

4 *Φθόγγοι vocantur*] φθόγγους Vitruvius lib. v. cap. 4. *Sonitus* in-

diſcrimen vero, quo alter φθόγγος acutior eſt, alter gravior, [5] adpellatur διάστημα. Inter [a] infimam, ſummamque vocem, multa eſſe poſſunt [b] in ordine poſita [c] diaſtemata: [d] quae [e] alia aliis majora, minorave. ut eſt illud, quod [6] τόνον adpellant, vel hoc minus [f] ἡμιτόνιον, vel duorum, triumve, ac deinceps aliquot tonorum intervallum. Sed non [g] promiſcue voces omnes cum aliis ut libet junctae, concordabiles in cantu reddunt effectus. [7] Ut literae noſtrae, ſi inter ſe paſſim jungantur, & non congruenter, ſaepe [h] nec verbis,

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* infirmam. b *Lugd. Bat.* non ordine. c *Ald. non habet.* d *Ald.* quare (*Lugd. Bat. Germ.* quae) διαστήματα. e *Lugd. Bat.* alia aliis *deleto* que. f *Lugd. Bat. & Germ.* ſemitonium. g *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* permixtae. *Alia*, promiſce, h *Lugd. Bat.* neque.

NOTAE.

interpretatur. Boëtius autem lib. I. Muſic. cap. 8. & Chalcid. in Comment. in Timaeum Platonis pag. 47. *Sonos.* Eſt autem φθόγγος Bacchio, φωνῆς ἐμμελοῦς πτῶσις ἐπὶ μίαν τάσιν. quam definitionem ſequutus eſt Boëtius dicto loco his verbis: *Sonus eſt vocis caſus emmeles, id eſt, aptus melo, in unam intenſionem.* Ptolemæus lib. I. Harmonicor. c. 4. ſic definit: φθόγγος ſonus eſt, unum eundemque ſuſtinens tonum. Pſellus autem ſic: φθόγγος ἐστὶ φωνῆς ἀδιαστάτου συναρμόνιος τάσις. IDEM.

5 *Adpellatur* διάστημα] Διάστημα, id eſt, intervallum. Vitruv. lib. V. cap. 4. Bacchio eſt διαφορὰ δύο φθόγγων ἀνομοίων, ὀξύτητι καὶ βαρύτητι. Boëtius lib. I. Muſic. cap. 8. *Soni acuti graviſque diſtantia.* Martiano Capellae lib. IX. *vocis ſpatium, qua acuta & gravior includitur.* Pſello φθόγγων ἡ πρὸς ἀλλήλους ποιὰ σχέσις. Vid. Iſidor. lib. III. Orig. cap. 19. IDEM.

6 Τόνον *adpellant*] *Tonus* eſt, definitore Martiano Capella lib. IV. ſpatium cum legitima quantitate, quod ex duobus ſonis diverſis inter ſe invicem continetur. Vid. Iſidor. dicto loco. IDEM.

7 *Ut literae noſtrae*] Haec ab Ariſtoxeno mutuatus eſt lib. II. Harmonicor. pag. 25. cujus verba, ut ea latine reddidit Antonius Gogavinus, haec ſunt: *Eſt autem hujuſcemodi quaedam in canoro & cantui inidoneo ſeries, qualis eſt literarum quoque inter diſſerendum compoſitio: non enim temere ex iiſdem elementis compoſita ſyllaba emergit, ſed certo modo.* IDEM.

8 *Sym-*

Digitized by Google

bis, nec ſyllabis copulandis concordabunt: ſic in muſica certa quaedam ſunt intervalla, quae ſymphonias poſſint efficere. Eſt autem [8] ſymphonia duarum vocum diſparium inter ſe junctarum dulcis concentus. Symphoniae [9] ſimplices ac primae, [10] ſunt tres, quibus reliquae conſtant: una duorum tonorum & [a] hemitonii habens διάστημα, quae vocatur διὰ τεσσάρων: [b] altera trium & [c] hemitonii, quam vocant διὰ πέντε: tertia eſt διὰ πασῶν: cujus διάστημα continet duas priores. [d] Eſt enim vel ſex tonorum, [11] ut Ariſtoxenus muſicique

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* ſemitonii. b *Germ.* alia. c *Lugd. Bat. & Germ.* ſemitonii. d *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* vel *non habent.*

NOTAE.

8 *Symphonia duarum vocum*] Symphonia Vitruvio eſt *concentus.* lib. v. cap. 4. Bacchius autem ſic definit: συμφωνία ἐστὶ κρᾶσις δύο φθόγγων, ἀνομοίων ὀξύτητι καὶ βαρύτητι λαμβανομένων· ἐν ᾗ οὐδέν τι μᾶλλον τὸ μέλος φαίνεται τοῦ βαρυτέρου φθόγγου ἤπερ τοῦ ὀξυτέρου· οὐδὲ τοῦ ὀξυτέρου ἤπερ τοῦ βαρυτέρου. Brevius Boëtius lib. I. Muſic. cap. 8. *Conſonantia eſt acuti ſoni graviſque mixtura, ſuaviter uniformiterque auribus accidens.* Caſſiodorus autem lib. de Muſica: *Symphonia eſt temperamentum ſonitus gravis ad acutum, vel acuti ad gravem, modulamen efficiens: ſive in voce, ſive in percuſſione, ſive in flatu.* Vid. Iſidor. lib. III. c. 19. IDEM.

9 *Simplices ac primae ſunt tres*] Vid. Martian. Capell. lib. IX. His autem totidem adduntur, compoſitae, διαπασῶν καὶ διατεσσάρων, διαπασῶν καὶ διαπέντε, δὶς διαπασῶν. Vid. Bacchium lib. de Muſica. Vitruvium lib. v. cap. 4. Macrob. lib. II. in Somn. Scip. cap. I. Plutarch. in libello de εἰ apud Delphos pag. 693. Caſſiodor. IDEM.

10 *Sunt tres*] Neoterici plures admittunt, Octavam, Sextam majorem, Sextam minorem. Quintam, Quartam, Tertiam majorem, & Tertiam minorem. Octava, Quinta, Quarta, hoc eſt, διαπασῶν, διαπέντε, διατεσσάρων. ceteras non admittebant Veteres; etſi quid valeant percepiſſent; ſed judicabant, ut Ariſtoxenus pag. 45. Τὰ δὲ τούτων ἀνὰ μέσον διάφωνα εἶναι, nempe recenſuerat ante quid eſſent διαπασῶν, διαπέντε & διατεσσάρων. ED. CANTABR.

11 *Ut Ariſtoxenus muſicique, &c.*] Differunt maxime Ariſtoxenus & Pythagoras; neque enim duo hemitonia Tono ſunt aequalia, quod Ariſtoxenus putavit, & ejus ſequaces. Bacchius pag.

que adſeverant; [12] vel quinque, & duorum hemitoniorum, ut Pythagoras, Geometraeque: [a] qui demonſtrant, [13] [b] duo hemitonia tonum complere non poſſe. quare etiam hujuſmodi intervallum [c] Platoni abuſive [d] ἡμιτόνιον, proprie [e] autem [14] [f] δίεσις vel λεῖμμα [g] adpellatur. Nunc vero, ut [h] aliquid adpareat, quemadmodum voces, [i] nec ſub oculos, [k] nec ſub tactum cadentes, habere poſſint menſuras: [15] admirabile [16] Pythagorae referam com-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deeſt.* b *Lugd. Bat. Ald.* tria. c *Lugd. Bat. Germ.* Plato. d *Germ.* ſemitonion. e *Germ. deeſt.* f *Germ.* δίεσιν. g *Lugd. Bat. & Germ.* appellat. h *Germ. & Ald.* liquide. *Lugd. Bat.* liquido. i *Germ. & Ald. deeſt. Lugd. Bat.* neque. k *Lugd. Bat.* neque.

NOTAE.

pag. 2. & 16. Ariſtides Quintilianus lib. I. Τὸ ταύτης (διέσεως) διπλάσιον, ἡμιτόνιον· εἶθ' ὁ τούτων διπλάσιον τόνος. Non bene antea ibi legebatur διπλασίων. fatetur tamen hoc loco Ariſtides ſe παχύτερον εἰπεῖν. Ariſtoxenum in hac re erroris arguit Theon pag. 83. Pythagoras & Canonici ex ipſa Canonis ſectione tonum non dividi in reliquas partes demonſtrant. IDEM.

12 *Vel quinque & duorum hemitoniorum*] Videndus Cl. Ptolemaeus lib. I. Harmonic. cap. II. Boët. lib. I. Muſic. cap. 19. LIND.

13 *Duo hemitonia*] Sic Germanica editio; idque rectum eſſe, conſtat ex praecedentibus hiſce auctoris verbis, *vel quinque & duorum hemitoniorum*. Macrob. l. II. ſomn. Scip. c. I. IDEM.

14 Δίεσις vel λεῖμμα] Quid δίεσις, quid λεῖμμα, docet Vitruvius lib. V. c. 4. Macrob. lib. II. in ſomn. Scip. cap. I. Boët. lib. II. Muſic. cap. 27. Chalcid. in Tim. Plat. pag. 47. & ſeq. Bacchius, Pſellus, Martianus Capella, Heſych. & Suid. IDEM.

15 *Admirabile Pythagorae referam commentum*] Qua ratione Pythagoras ſonituum intervalla invenerit, tradunt Iamblich. lib. I. de vita Pythag. cap. 26. Boëth. lib. I. Muſic. cap. 10. & II. Macrob. lib. II. in Somn. Scipion. cap. I. Caſſiodor. de Muſica, in pr. IDEM.

16 *Pythagorae referam commentum*] Noſtri phyſicas cauſas melius & plenius quam illi Veteres perveſtigaverunt; nam ex quo compertum eſt, librationum, vel in chordis vibrationum numerum augeri vel minui pro ratione rei libratae aut chordae, cauſae ſymphoniarum faciliter inventae ſunt. hoc autem Veteres illi neſciebant. Duae chordae aequaliter tenſae, caeteris paribus, ejuſdemque longitudinis ſunt ὁμόφωνοι Si altera duplo fue-

Digitized by Google

commentum: qui, ſecreta naturae [a] ſcrutando, reperit, phthongos muſicorum convenire ad rationem numerorum; nam chordas aeque craſſas, parique longitudine diverſis ponderibus tetendit: quibus ſaepe pulſis, nec phthongis ad ullam ſymphoniam concordantibus, pondera [b] mutabat, [17] & id identidem frequenter expertus, poſtremo deprehendit, tunc duas chordas [c] concinere id, quod eſt διὰ τεσσάρων, cum earum pondera inter ſe conlata rationem haberent, quam tria ad quatuor, quem phthongum arithmetici Graeci ἐπίτριτον vocant, Latini Supertertium. [d] At eam ſymphoniam, quae διὰ πέντε dicitur, [e] ibi invenit, ubi ponderum diſcrimen in [f] ſeſquitertia [g] eſt proportione, [h] quam duo faciunt ad tria conlata; quod ἡμιόλιον adpellant. [i] cum autem altera chorda, duplo majore pondere, quam altera, tenderetur, [k] & [18] eſſet [l] διπλασίῳ locus, διὰ πασῶν ſonabat. Hoc & in ti-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* ſervando. b *Germ. & Ald.* mutabat inter ſe collata & identidem. c *Lugd. Bat.* convenire. d *Lugd. Bat. & Germ.* ad eam. e *Germ. & Ald.* ubi invenitur pond. *Lugd. Bat.* in ponderum diſcrimine. f *Germ.* ſeſquialtera. g *Lugd. Bat.* eſt *delet.* h *Lugd. Bat.* quae. i autem *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deeſt.* k *Lugd. Bat.* ut. l *Germ.* diſplaſion.

NOTAE.

fuerit longior (caeteris paribus) tum erunt σύμφωνοι; atque id ſymphonia διαπασῶν; quoniam ſcilicet, recurſus vibrationis altera quaque vice ſimul fient. ſic quoque reliquae ſymphoniae, quaeque pro ratione ſua. ratio τῆς διαπέντε eſt ſeſquialtera, διατεσσάρων ſeſquitertia: adeo ut ſi hae duae jungantur fiet conſonantia διαπασῶν. Qui plura ſcire avent conſulant Merſennum. & D. Holderi tractatum elegantem Anglice ſuper hac re conſcriptum. Ed. Cantabr.

17 *Et id identidem frequenter*] Τὸ *frequenter*, utpote gloſſema praecedentis vocis *identidem*, tollendum cenſeo. Lind.

18 *Eſſet* διπλασίῳ *locus*] An hoc rectum? an potius legendum διπλάσιος λόγος? Idem.

Digitized by Google

tibiis, [a] ſi conveniret, tentavit: nec aliud invenit. nam quatuor tibias pari [b] cavo paravit, inpares longitudine. Primam (verbi cauſſa) longam digitos ſex: ſecundam, tertia parte addita, id eſt, digitorum octo; tertiam, digitorum novem, [c] ſeſcuplo longiorem, quam [d] primam: quartam vero [e] duodecim digitorum, quae primam longitudine duplicaret. His itaque inflatis, & binarum facta collatione, omnium muſicorum auribus adprobavit, primam & ſecundam reddere eam convenientiam, quam reddit διὰ τεσσάρων ſymphonia, ibique eſſe [f] proportionem ſupertertiam. Inter primam vero, ac tertiam tibiam, ubi ſeſcupla [g] proportio eſt, reſonare διὰ πέντε. Primae autem, [h] quartaeque intervallum, quod habet duplam proportionem, διάστημα facere διὰ πασῶν. Sed inter tibiarum, chordarumque naturam, hoc intereſt, quod tibiae incremento longitudinis fiunt graviores, chordae autem, augmento additi ponderis, acutiores. [i] utrobique tamen eſt eadem proportio.

VARIAE LECTIONES.

a *Ald.* an. b *Ald.* cano. c *Ald. non habet.* d *Lugd. Bat.* prima. e *Germ.* ſeptem. f *Lugd. Bat.* portionem. g *Lugd. Bat.* portio. h *Lugd. Bat.* quartae interv. duplum proport. i *Lugd. Bat. quinque hae voces deſunt.*

CAPUT XI.

HIs expoſitis, [a] forſitan obſcure, ſed quam potui lucidiſſime, redeo ad propoſitum: ut doceam, quid Pythagoras [b] de numero dierum ad partus [c] pertinentium ſenſerit. Primum, [1] ut ſupra memoravi, generaliter [d] duos eſſe partus dixit: alterum minorem, quem vocant [e] ſeptemmeſtrem, qui decimo & ducenteſimo die poſt conceptionem exeat ab utero; alterum majorem, decemmeſtrem, qui edatur die CCLXXIV. quorum prior ac minor ſenario maxime continetur numero. Nam quod ex ſemine conceptum eſt, [2] ſex, ut ait, primis diebus humor eſt lacteus: deinde proximis octo, ſanguineus: [3] qui octo, cum ad primos ſex acceſſerunt, faciunt primam ſymphonian διὰ τεσσάρων; tertio gradu novem dies accedunt, jam carnem facientes: hi cum ſex illis primis conlati, ſeſcuplam faciunt rationem, & ſecundam ſymphoniam διὰ πέντε. tum deinceps ſequentibus duodecim diebus, fit corpus jam formatum. horum quoque ad eoſdem ſex collatio, tertiam διὰ

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* forſitan quidem obſcure. b *Lugd. Bat.* de numeris. c *Lugd. Bat.* pertinerent. d *Lugd. Bat.* duos *delet.* e *Lugd. Bat.* ſeptimeſtrem.

NOTAE.

1 *Ut ſupra memoravi*] Cap. IX. LIND.

2 *Sex, ut ait, primis diebus*] Vide Macrobium lib. I. Somn. Scip. cap. 5. D. Auguſtin. in octoginta tribus quaeſtionibus, quaeſtion. 56. LIND.

3 *Qui octo cum ad primos ſex*] Numerus ſenarius eſt quaſi baſis numerorum Harmonicorum, & à Mathematicis perfectus dicitur. Vitruvius: *Mathematici ea re perfectum eſſe dixerunt numerum, qui ſex dicitur, quod is numerus habet partitiones eorum rationibus ſex numero convenientes.* Vide caetera quae ſequuntur. ED. CANTABR.

4 Hi

διὰ πασῶν reddit ſymphoniam, duplici [a] ratione ſubjectam. [4] Hi quatuor numeri, VI. VIII, IX, XII, conjuncti, faciunt dies XXXV. Nec immerito ſenarius fundamentum gignendi eſt. nam eum [5] *τέλειον* Graeci, nos autem perfectum vocamus: quod ejus partes tres, ſexta, & tertia, & dimidia, id eſt, [6] unus, & duo, & tres, eumdem ipſum [b] perficiunt. Sed, ut initia ſeminis, & lacteum illud conceptionis fundamentum, primitus hoc numero [c] abſolvitur: ſic hoc initium formati hominis, & velut alterum matureſcendi fundamentum, quod eſt quinque & triginta dierum, ſexies ductum, cum [7] ad diem CCX. [d] pervenit, maturum procreatur. Alter autem ille partus, qui major eſt, majori numero continetur, [8] ſeptenario

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* rationi. b *Ald.* perficiant. c *Germ.* abſolvit. d *Ger. & Ald.* pervenerit.

NOTAE.

4 *Hi quatuor numeri.*] V. Clement. Alexand. Stromat. 6. pag. 279. LIND.

5 *Τέλειον* Graeci] Euclides lib. 7. Element. defin. 22. numerum perfectum ſive *τέλειον* ita definit: *τέλειος ἀριθμός ἐστιν, ὁ τοῖς μέρεσιν ἴσος ὤν.* Adde Vitruv. lib. III. c. I. Nicomachum Geraſenſ. lib. II. Theolog. arithm. pag. 22. Auguſtin. lib. XI. de Civit. Dei cap. 30. & lib. IV. de Trinit. cap. 4. Caſſiodor. lib. I. Variar. Epiſt. 10. Item in lib. de Arithmetica, & lib. de amicit. Martian. Capell. lib. VII. Boët. lib. I. Arith. cap. 15. Philon. Jud. *περὶ κοσμοποι.* p. 2. Joh. Damaſcen. de transfigur. Domini. pag. 29. Auſon. epiſt. 18. Coel. Rhodigin. lib. 22. Lect. Antiq. c. 11. IDEM.

6 *Unus, & duo, & tres*] Colloca figuras hac ſerie.

1.	Sexta	pars
2.	Tertia	pars
3.	Dimidia	pars
6.		

7 *Ad diem ducenteſimum decimum*] Hippocrates lib. de Septimeſt. part. in princ. & Polybius apud Clement. Alexand. Strom. VI. pag. 290. Ulpianus in L. *Inteſtato.* 3. §. fin. D. *De ſuis & legit.* brevius tempus recipiunt, videlicet dies centum octoginta duos. IDEM.

8 *Septenario ſcilicet*] Vid. Gell. lib. III. cap. 10. & Macrob. lib. I. in Somn. Scipion. cap. 5. Hanc vero numerorum virtutem ridet & explodit Galen. lib. III. de dieb. decret. cap. 8. IDEM.

rio ſcilicet, quo [a] tota [9] vita humana finitur; [b] ut & [10] Solon ſcribit, & [11] Judaei in dierum omnium numeris ſequuntur, & Etruſcorum libri [12] Rituales videntur indicare. [13] Hippocrates quoque, aliique medici, in corporum valetudinibus non aliud oſtendunt. [c] namque ſeptimum quemque diem κρίσιμον obſervant. Itaque, ut alterius partus origo in ſex eſt diebus, poſt quos ſemen in ſanguinem vertitur: ita hujus in ſeptem: &, ut ibi quinque & triginta diebus infans [14] membratur, ita hîc [d] pro portione, diebus fere quadraginta. Quare in Graecia dies habent quadrageſimos inſignes. Namque praegnans, ante diem quadrageſimum non [e] prodit in fanum. & [15] poſt par-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* vota humana finitur. b *Germ. & Ald.* & ut Solon. c *Lugd. Bat.* nam ſept. b. d *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* pro portione eſt diebus. e *Germ. & Ald.* procedit.

NOTAE.

9 *Vita humana finitur*] Verbum *finitur*, quod in editione Carrionis omiſſum erat, ex Germana & Aldina adjecimus. IDEM.

10 *Solon ſcribit*] Vid. infr. cap. 14. IDEM.

11 *Judaei*] Vid. Baſil. Magn. in Hexaëme. homil. 11. Gregor. Nazianzen. εἰς τὴν ἁγίαν πεντηκοστήν. IDEM.

12 *Libri Rituales*] Citantur iidem infr. cap. 17. & à Feſto in *Rituales*, & Ammiano Marcell. lib. XVII. pag. 106. lib. XXIII. p. 264. IDEM.

13 *Hippocrates quoque*] Hippocrates lib. de Septimeſt. partu. Αἱ μὲν οὖν ἡμέραι ἐπισημότατάι εἰσιν ἐν τοῖς πλείςοις, αἵτε πρῶται καὶ ἑβδομαῖαι. πολλαὶ μὲν περὶ νοῦσαν, πολλαὶ δὲ, καὶ τοῖς ἐμβρύοις &c. Vid. Alexand. Aphrod. lib. II. Problem. 47. Gell. lib. III. cap. 10. Gaudent. Merul. lib. II. Memor. c. 3. Fabric. Paduan. in Catena temp. annulo 30. IDEM.

14 *Membratur*] Διαρθροῦται. quo verbo uſus eſt Hippocrates lib. de natura pueri. IDEM.

15 *Poſt partum, quadraginta diebus*] Lege Moyſis, ſi mulier maſculum peperiſſet, triginta tribus diebus manebat in ſanguine; ſin vero foeminam, ſexaginta ſex. Levit. XII. Hippocrates brevius tempus ſtatuit. Cenſet enim, mulieribus à partu, ſi fœminam ſuſceperint, purgationem fieri duobus & quadraginta diebus; ſin marem, triginta. lib. I. de Morb. mulier. item, de natura pue-

partum quadraginta diebus pleraeque foetae graviores ſunt, nec ſanguinem interdum continent, & parvuli ferme [16] per [a] hos dies morbidi, [17] ſine riſu, nec ſine periculo ſunt; ob quam cauſſam, cum is dies [b] praeterit, diem feſtum ſolent agitare. quod tempus adpellant τεσσαρακοστόν. Hi igitur [18] dies XL. per ſeptem illos initiales multiplicati, fiunt dies [c] CCXXC. id eſt, hebdomades qua-dra-

VARIAE LECTIONES.

a dies *Germ. deeſt. Lugd. Bat.* per os fere morbis diſſimili riſu. b *Lugd. Bat. Ald.* praeteriit. c *Lugd. Bat.* dies CCLXXXI.

NOTAE.

pueri. Ariſtotel. lib. VII. Hiſtor. animal. cap. III. contra ſentire videtur. modo locus ille non ſit corruptus: Αἱ δὲ καθάρσεις, φοιτῶσι ταῖς πλείσταις ἐπί τινα χρόνον συνειληφυίαις· ἐπὶ μὲν τῶν θηλειῶν, τριάκονθ' ἡμέρας μάλιστα. περὶ τετταράκοντα δὲ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων. καὶ μετὰ τοὺς τόκους δὲ αἱ καθάρσεις βούλονται τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν ἀποδιδόναι τούτων. Novell. Leonis 17. IDEM.

16 *Per hos dies morbidi*] Hippocrat. de Septimeſt. part. & Aphor. 28. Plin. lib. VII. cap. 5. Celſus lib. II. cap. I. *Maxime omnis pueritia primum circa quadrageſimum diem periclitatur.* ID.

17 *Sine riſu*] Ariſtotel. lib. VII. de Hiſt. animal. cap. 10. Τὰ δὲ παιδία ὅταν γένωνται περὶ τετταράκοντα ἡμερῶν, ἐγρηγορότα μὲν, οὔτε γελᾷ οὔτε δακρύει, νύκτωρ δ' ἐνίοτε ἄμφω. Idem narrat Antigon. pag. 140. Τὰ δὲ παιδία ἄχρι γένηται τετταράκοντα ἡμερῶν, ἐγρηγορότα μὲν οὐ γελᾶν οὐδὲ δακρύειν. ὑπνοῦντα δὲ ἀμφότερα. Solin. c. 4. *Naſcentium vox primus vagitus eſt. laetitiae enim ſenſus differtur in quadrageſimum diem.* Plinius in prooemio lib. VII. *At hercule riſus praecox ille & celerrimus, ante quadrageſimum diem nulli datur.* Quod tamen negat Hippocrates de Septimeſtri partu. Ἔν τε γὰρ, inquit, τοῖς ὕπνοισιν εὐθὺς ἐπὴν γένωνται, γελῶντα φαίνεται τὰ παιδία καὶ κλαίοντα. ἐγρηγορότα τε αὐτόματα, εὐθέως γελᾷ τε καὶ κλαίει, πρόσθεν ἢ τεσσαράκοντα ἡμέρας γένοιτο. Zoroaſter certe eodem die, quo genitus eſt, riſiſſe fertur. Plinius lib. VII. cap. 16. Solin. cap. 4. De parvulorum riſu quid ſentiendum, vide Hieronym. Garimbert. lib. I. problem. 8. & Laurent. Joubert. lib. III. de riſu cap. 9. IDEM.

18 *Diebus nonaginta*] Sic legendum eſſe, uti & paulo poſt, *ſeptuaginta quinque*, ratio & calculus ipſe indicat. Nam ſi 365¼ dies, quibus annus conſtare putatur, quadripartito dividas, reſultant inde dies 91. & 78. horae. quibus demtis, remanent dies 274. minus ſeſquihora. IDEM.

draginta. Sed, quoniam ultimae illius hebdomadis primo die editur partus, ſex dies decedunt: & CCLXXIV. [a] obſervatur. Qui numerus dierum ad tetragonum illum Chaldaeorum conſpectum ſubtiliter congruit. Nam cum ſigniferum orbem [b] diebus CCCLXV. & aliquot horis Sol [c] circumeat, quarta [d] neceſſe eſt parte demta, id eſt, diebus [e] XC. & uno, aliquotque horis, tres quadras, reliquis diebus [f] ducentis ſeptuaginta [g] quinque non plenis, percurrat, [h] uſque dum perveniat ad id loci, unde conceptionis initium quadratus adſpiciat. [19] Unde autem mens humana dies iſtos commutationis ſpeculari, & arcana naturae [i] rimari potuerit, nemo miretur. haec enim [k] frequens medicorum experientia [l] pervidit: qui, cum [m] multas animadverterent ſemen non retinere conceptum, compertum habuerunt, id, quod intra ſex dies, ſeptemve ejiciebatur, eſſe lacteum, [20] & [n] vocaverunt ἔκρυσιν; quod poſtea autem, [a] ſan-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* obſervantur. b *Ald.* dies. c *Lugd. Bat.* circueat. d *Lugd. Bat.* neceſſaria parte. e *Germ. & Ald.* LXXII. *Lugd. Bat.* LXXII. & uno. f *Germ. & Ald.* CCLXXIV. g *Lugd. Bat.* quatuor. h *Lugd. Bat.* neque dum. i *Lugd. Bat.* minari. k *Lugd. Bat.* medicorum frequens. l *Lugd. Bat.* providet. m *Germ.* multos. n *Germ.* vocari ἤκρυον.

NOTAE.

19 *Unde autem mens humana*] Vide hiſtoriam de fidicina genituram ſex dierum ejiciente, relatam ab Hippocrate lib. de Nat. pueri. Lege ejuſdem librum de carnib. IDEM.

20 *Et vocarunt* ἔκρυσιν] Ita legendum, non ἐκκρίσιν, vel ἤκρυον, ut vulgo, & ſtatim, ἐκτρωσμὸς, non ἄτρωμος aut ἐκτρεμμὸς, docet Ariſtoteles lib. VII. de Hiſt. animal. cap. 3. Καλοῦνται δὲ ἐκρύσεις μὲν αἱ μέχρι τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, διαφθοραί· ἐκτρωσμοὶ δὲ, αἱ μέχρι τῶν τετταράκοντα. Hippocrat. lib. de Septim. part. Αἱ μὲν ἡμέραι ἐπισημόταταί εἰσιν ἐν τοῖς πλείστοις, αἵτε πρῶται καὶ ἑβδομαῖαι. πολλαὶ μὲν περὶ νούσων. πολλαὶ δὲ καὶ τοῖς ἐμβρύοις. τρωσμοί τε γὰρ γίνονται καὶ οἱ πλεῖ-

στοι

[a] ſanguineum, idque [b] ἐκτρωσμὸς adpellatur. [c] Quod vero ambo partus [d] videntur paribus dierum numeris contineri, Pythagoras [e] inparem laudet, tamen à ſecta non diſcrepat, [f] duos enim inpares CCIX. [g] & CCLXXIX. dicit expleri; ad quorum conſummationem aliquid ex ſequentibus accedere, quod tamen diem ſolidum non adferat. Cujus exemplum videmus tam in anni, quam [h] menſis ſpatio ſervaſſe [i] naturam. cum & [21] anni inparem dierum CCCXLV. [k] numerum aliquanto cumulaverit; & menſi lunari ad dies undetriginta aliquid addiderit.

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* ſanguinem. b *Germ.* ἔκτρωμα. *Ald.* ἔκτρωμα. c *Germ.* quia. d *Ald.* videantur. e *Germ.* & *Ald.* in partem. *Lugd. Bat.* in parentem laudat. f *Lugd. Bat.* duos enim inpares CCVIII. & CCLXXIII. g *Germ. deeſt.* h *Germ. deeſt hic numerus. Lugd. Bat.* & *Ald.* CCLXXIII. i *Lugd. Bat.* in menſis ſpatio. k *Germ. non habet. Ald.* numerum.

NOTAE.

σοι ταύταις ταῖς ἡμέραις· ὀνομάζεται δ᾽ τὰ τηλικαῦτα ἐκρύσεις, ἀλλ᾽ οὐ τρωσμοί. IDEM.

21 *Anni imp. dier. trec. ſexaginta quinque*] Perperam legebatur in editione Carrionis, *trecentorum quadraginta quinque.* ID.

CAPUT XII.

NEc vero incredibile eſt, ad noſtros natales muſicam pertinere. haec enim, ſive in voce tantummodo eſt, ut Socrates ait; ſive, ut Ariſtoxenus, in voce & corporis motu, ſive in his, & praeterea in animi motu, ut putat Theophraſtus: certe multum obtinet divinitatis, [1] & ani-

NOTAE.

1 *Et animis permovendis*] Vid. Cicer. lib. II. de Legibus. Macrob. lib. II. in Somn. Scip. cap. 3. Dionyſ. Longin. Περὶ ὕψους pag. 59. Iſidor. lib. III. Orig. cap. 16. Alexand. Aphrod. lib. I. pro-

animis permovendis plurimum valet. Nam, niſi grata eſſet inmortalibus diis, [a] qui conſtant ex anima divina; profecto [2] ludi ſcenici, [3] placandorum deorum cauſſa inſtituti non eſſent: nec [4] tibicen omnibus ſupplicationibus, in [b] ſacris aedibus adhiberetur: non [5] [c] cum tibicine triumphus [d] ageretur; [6] non Apollini cithara, non Muſis tibiae,

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* qui ex a. c. d. b *Ald.* ſacris omnibus. c *Ald.* deeſt. d *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* ageretur: Marti, non Apollini.

NOTAE.

problem. 78. & 119. Hieron. Magium, lib. IV. Miſcell. cap. 13. Joh. Langium lib. III. Epiſt. medicin. 6. IDEM.

2 *Ludi ſcenici*] Vid. Valer. Maxim. lib. II. cap. 4. IDEM.

3 *Placandorum Deorum cauſa*] Arnobius adverſus Gentes lib. VII. *Ponit animos Jupiter, ſi Amphitryo fuerit actus pronunciatusque Plautinus?* Livius lib. VII. *Ludi quoque ſcenici inter alia coeleſtis irae placamina inſtituti dicuntur.* ED. CANTABR.

4 *Tibicen omnibus ſupplicationibus*] Tibicines ſacrificiis adhibitos fuiſſe, omnibus conſtat ex Livio, Horat. Virgil. Iſidor. lib. III. Orig. cap. 20. Ovid. VI. Faſt.

Cantabat fanis, cantabat tibia ludis.

Cicer. Tuſcul. quaeſt. 4. Inſcript. vet. apud Gruter. p. 269. TIBICINES ROMANI QUI SACRIS PUBLIC. PRAEST. SUNT. Macrob. lib. II. Somn. Scip cap. 3. *Ideo canere coelum etiam Theologi comprobantes, ſonos muſicos ſacrificiis adhibuerunt, qui apud alios lyra vel cithara, apud nonnullos tibiis aliiſve muſicis inſtrumentis, fieri ſolebant.* Dion. Chryſoſt. Orat. ad Alexandrinos: θεοῖς μετὰ μέλους θύειν. Hinc Praecentoriae *tibiae*, quarum locus eſt ad pulvinaria praecinendi, teſte Solino cap. II. Et *templorum tibicines*, apud Jul. Firmic. lib. IV. cap. 7. Et *ſacrorum*, apud Gell. lib. I. cap. 12. Joh. Guliel. Stuck. de ſacris ſacrificiiſque gentil. p. 112. LIND.

5 *Cum tibicine triumphus*] Flor. lib. II. cap. II. *Duillius Imperator non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi à coena rediret, praelucere funalia, praecinere ſibi tibias juſſit, quaſi quotidie triumpharet.* Plutarchus tamen triumpho tubam aſſignat, ovationi tibiam; cujus verba in Marcello ſunt haec: Ἔυαν Ἕλληνες, ὄβαν δὲ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, πέμπει δὲ αὐτὸν οὐκ ἐπὶ τοῦ τεθρίππου βεβηκὼς, οὐδὲ δάφνης ἔχων στέφανον, οὐδὲ περισαλπιζόμενος, ἀλλὰ πεζὸς ἐν βλαύταις, ὑπ' αὐλητῶν μάλα πολλῶν καὶ μυῤῥίνης στέφανον ἐπικείμενος. IDEM.

6 *Non Apollini cithara*] Apollinem cum cithara veteres nummi paſſim repraeſentant. Suid. Ἀπόλλωνος ἄγαλμα κιθάραν ἐπὶ χειρῶν ἔχον πλάτισοι. Obſervandum tamen, non Apollini tantum

biae, caeteraque id genus eſſent adtributa; non tibicinibus, per quos numina placantur, eſſet permiſſum, [a] aut [7] ludos publice facere, [b] ac [8] veſci in Capitolio, aut [9] Quinquatribus minuſculis, id eſt, Idibus Juniis, [c] Urbem veſtitu [d] quo vellent, perſonatis temulentiſque pervagari. Hominum quoque mentes, & ipſae (quamvis, [10] Epicuro reclamante) [11] divinæ, ſuam naturam per cantus [e] agnoſcunt. denique, quo facilius [f] ſufferant laborem, vel [12] in navis metu à vectore ſymphonia ad-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* ut. b *Germ. & Ald.* aut. c *Germ. & Ald.* urbes. d *Lugd. Bat.* quoquo vellent. e *Lugd. Bat.* agnoſcerent. f *Ald.* ferant.

NOTAE.

tum & Muſis, inſtrumenta muſica artributa fuiſſe ab antiquis, ſed etiam reliquis Diis. Cauſam ejus rei exponit Plutarch. Περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογ. circa fin. οἵ τε πάλαι θεολόγοι, πρεσβύτατοι φιλοσόφων ὄργανα μουσικὰ θεῶν ἐνεχείριζον ἀγάλμασιν· οὐχ' ὡς λύραν που καὶ αὐλὸν, ἀλλὰ οὐδὲν ἔργον οἰόμενοι θεῶν οἷον ἁρμονίαν εἶναι καὶ συμφωνίαν. Vid. eundem περὶ μουσικῆς, pag. 2081. IDEM.

7 *Ludos publice facere, ac veſci in Capitolio*] Vid. Liv. lib. IX. Val. Max. lib. II. cap. 5. Plin. Secund. de Vir. Illuſt. in Appio Claudio. IDEM.

8 *Veſci in Capitolio*] Summus hic honos, qui forſan originem à Graecis accepit; nam & Athenis erat ſolummodo eorum, qui optime de Rep. meruiſſent. qua de re Ariſtoph. Scholiaſtes ad Equites pag. 222. Baſ. 1547. quid enim aliud eſt ἡ ἐν πρυτανείῳ τράπεζα (σίτησιν vocabant) quam *Veſci in Capitolio*. fortaſſe & illud, *Urbem veſtitu quo vellent pervagari*, à Graecorum Pompis derivatum & ut fieri ſolet depravatum. Vide & Strabon. Geogr. l. 17. ED. CANTABR.

9 *Quinquatribus minuſculis*]. Varro lib. IV. de Ling. Lat. *Quinquatrus minuſculae dictae Juniae Eidus, ab ſimilitudine majorum, quod tibicines tum feriati per urbem vagantur, & conveniunt ad aedem Minervae.* Vid. Feſt. in *Minuſculae quinquatrus*. Ovid. lib. VI. Faſt. Plutarch. Quaeſt. Rom. 55. ſed ibi perperam legitur *Idibus Januariis*, pro *Juniis*. LIND.

10 *Epicuro reclamante*] Vide Cicer. lib. I. Tuſc. Quaeſt. IDEM.

11 *Divinae, ſuam naturam*] Leg. *Divinam ſuam naturam*. MEURSIUS.

12 *In navis metu*] An *motu* legendum? an ut alii volunt *meatu*, vel *metatu*? diſpicias. Caeterum de ſymphonia nautica Aſcon. Pedian. in Orat. Cicer. in Verrem: *Cani remigibus celeuma per ſymphoniacos ſolebat, & per aſſam vocem, id eſt, ore prolatam, &*,

adhibetur. [13] legionibus quoque in acie dimicantibus, etiam metus mortis claſſico depellitur. [14] [a] Quamobrem Pythagoras, ut animum ſua ſemper divinitate imbueret, prius quam ſe ſomno daret, & cum eſſet [15] [b] expergitus, cithara, ut ferunt, cantare conſueverat. [16] & Aſclepiades me-

VARIAE LECTIONES.

a *Ald.* Ob quam rem. b *Germ. & Ald.* experrectus.

NOTAE.

ut in Argo navi, per citharam. Quintil. lib. I. cap. 14. *Siquidem remiges cantus hortatur.* Iſidor. Orig. lib. III. c. 16. Pet. Chryſolog. ſerm. 10. in pr. Lind.

13 *Legionibus quoque*] In praeliis alii tuba, alii tibia, alii cithara, alii aliis denique inſtrumentis utebantur. Teſtantur Polyb. lib. IV. pag. 289. & ſeq. Plutarch. lib. de Muſica pag. 2088. Val. Max. lib. II. cap. 6. num. 2. Athen. lib. XIV. pag. 626. & ſeq. Dion. Chryſoſt. Orat. ad Alexandrinos. Polyaen. lib. I. in *Procles.* AElian. lib. II. Var. Hiſt. c. 44. Lucian. περὶ ὀρχήσ. Seneca lib. III. de Ira, cap. 9. Gell. lib. I. cap. II. Martian. Capell. lib. 9. Boët. lib. de Muſica cap. I. Pollux lib. IV. cap. 9. Iſid. lib. III. Orig. cap. 16. Idem.

14 *Quamobrem Pythagoras*] Quintilian. lib. IX. Inſtit. Orat. cap. 4. *Pythagoreis certe moris fuit, & cum evigilaſſent, animos ad lyram excitare, quo eſſent ad agendum erectiores: & cum ſomnum peterent, ad eandem prius lenire mentes, ut ſi quid fuiſſet turbidorum cogitationum, componerent.* Cicer. Tuſcul. Quaeſt. 4. Senec. l. 3. de Ira c. 9. Malch. de vita Pythag. Iamblich. l. I. de vita Pythagorae c. 25. circa fin. Plutarch. de Iſide & Oſir. non longè à fin. AElian. lib. XIV. Var. Hiſt. cap. 23. Athen. lib. XIV. pag. 624. D. Ambroſ. lib. III. de Virginib. Boët. de Muſica, lib. I. cap. I. Indi, à quibus Pythagoras illud fortaſſe accepit, idem fecerunt. Nam illi regem ſuum dormitum euntem, cum ſymphonia accedebant, ut Philoſtratus narrat lib. II. de vita Apollonii cap. 14. hiſce verbis: Τοιαῦτα διαλεγομένων αὐτῶν, ἐπεισῆλθεν ὁ ὕμνος αὐλῷ ἅμα. ἐρομένου δὲ αὐτοῦ τοῦ Ἀπολλωνίου τὸν βασιλέα, ὅ, τι ἐθέλοι ὁ κῶμος, Ἰνδοὶ, ἔφη, παραινέσεις τῷ βασιλεῖ ᾄδουσιν, ἐπειδὰν πρὸς τὸ καθεύδειν γίνηται, ὀνείρασί γε ἀγαθοῖς χρῆσθαι, χρηστόν τε ἀνίστασθαι καὶ ξύμβουλον τοῖς ὑπηκόοις. Idem.

15 *Expergitus*] Al. *experrectus.* ſed *expergitus* antique. Lucret. lib. III. pag. 102.

> —— *nec quiſquam expergitus extat,*
> *Frigida quem ſemel eſt vitai pauſa ſecuta.*

Idem.

16 *Et Aſclepiades medicus*] Martian. Capella lib. IX. *Perturbationibus animorum corporeiſque morbis medicabile crebrius carmen inſonui. Nam phreneticos ſymphonia reſanavi. Quod Aſclepiades quoque medicus imitatus; cum, con-ſu-*

medicus phreneticorum mentes, morbo turbatas, ſaepe per ſymphoniam ſuae naturae [a] reddidit. [17] Erophilus autem, artis [b] ejuſdem profeſſor, venarum [18] pulſus rhythmis muſicis ait moveri. Itaque, ſi & in corporis, [c] & animi motu eſt harmonia: proculdubio à natalibus noſtris muſica non eſt aliena.

VARIAE LECTIONES.

a *Ald.* reddit. b *Ald.* ejus. c *Lugd. Bat.* & in animi motu.

NOTAE.

ſulentibus urbium patribus. plebis inconditae vulgus infremeret, ſeditiones accenſas crebrior cantus inhibuit. Vid. Apollon. de Mirabil. Hiſt. Sect. 48. Vid. Pet. Meſſiam l. 3. Var. Lect. c. 12. J. Brod. l. 4. Miſc. c. 31. Idem.

17 *Erophilus*] Martian. dicto loco. Plin. lib. xxix. cap. 1. Vitruv. lib. 1. cap. 1. Gell. lib. iii. cap. 10. Achil. Stat. in prolegom. in Arat. pag. 89. Idem.

18 *Pulſis rhythmis muſicis moveri*] De his Galenus in libris xvi. Seres vero haec adeo callere feruntur, ut percepto pulſus motu & rhythmo ſtatim de morbo poſſint judicare: & an ſanari poſſit, nec ne. De vivis & ſanis quoque non male judicium ferre, quot annos aliquis ſit victurus; modo ne quid aliunde accidat violentum. Ed. Cantabr.

Caput XIII.

AD [a] haec [b] accedit, quod [1] Pythagoras prodidit, hunc totum mundum muſica factum ratione: ſeptemque ſtellas inter coelum & terram

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* hoc. b *Germ.* procedit.

NOTAE.

1 *Pythagoras prodidit*] Athen. lib. xiv. Dipnoſoph. pag. 632. Καὶ γὰρ ὁ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος τηλικαύτην δόξαν ἔχων, ἐπὶ φιλοσοφίᾳ καταφανής ἐστιν ἐκ πολλῶν, οὐ παρέργως ἁψάμενος μουσικῆς. ὅσγε καὶ τὴν τοῦ παντὸς οὐσίαν διὰ μουσικῆς ἀποφαίνει συγκειμένην. Vid. Boët. lib. de Muſic. c. 11. Chalcid. in Timaeum Plat. pag. 61. & 72. Sidon. Apollinar. carm. 15. Lind.

ram [2] vagas, quae [3] mortalium [4] geneſes moderantur, motum habere ἔνρυθμον, & [5] intervalla muſicis [a] diaſtematis congrua, ſonituſque varios reddere, pro ſua [b] quamque altitudine, ita con-

cor-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* diaſtematis motum habere congrua. *Ald.* diaſtematis habere congrua. b *Germ.* quoq. *Ald.* quaeque.

NOTAE.

2 *Vagas*] *Vagae* hae ſtellae dicuntur, quod inordinatum (ut Apulejus libro de mundo inquit) ordinem ſervent. *Errones* Nigidio apud Gell. lib. XIV. cap. 1. Vid. Cicer. lib. II. de Nat. deor. Macrob. lib. 1. in Somn. Scip. cap. 14. Iſidor. lib. III. Orig. cap. 56. Plato lib. VII. de legib. pag. 582. Plin. lib. II. cap. 6. IDEM.

3 *Mortalium geneſes*] Γένεσιν Vitruvius dixit *naſcentiam* lib. IX. cap. 7. Spartianus in Anton. Geta, *genituram*. Tertull. de Idolol. cap. 9. *nativitatem*. IDEM.

4 *Geneſes moderantur*] Id eſt, quod ſupra cap. 8. ex opinione Chaldaeorum dixit, actum vitamque noſtram ſtellis tam vagis, quam ſtatis eſſe ſubjectam. Jul. Firmic. lib. 1. Aſtron. cap. 3. Auſon.

Omnia quae vario rerum metimur in actu,
Aſtrorum dominatus agit, Terrenaeque tantum
Membra homini; è ſuperis fortuna & ſpiritus auris.

Seneca Conſol. ad Marc. cap. 18. *Videbis quinque ſidera diverſas agentia vias, & in contrarium praecipiti mundo nitentia: ex horum leviſſimis motibus fortunae populorum dependent, & maxima ac minima proinde formantur, prout aequum iniquumve ſidus inceſſit.* Sed hanc Genethliacorum vanitatem damnat ridetque Cic. lib. II. de Divin. Sext. Empir. adverſ. Mathem. cap. 21. Gell. lib. XIV. cap. 1. Simplic. in Epictet. cap. 1. Bardeſanes Syrus apud Euſeb. lib. VI. de praepar. Evang. Origenes homil. III. in Jerem. Tertull. de Idolol. cap. IX. Baſil. Magn. hom. VI. in Hexaemer. Theodoret. quaeſt. in Geneſ. 15. D. Joh. Chryſoſt. Orat. 3. de fato. Auguſtin. lib. V. de civit. Dei, cap. 1. Leo pp. ſerm. 6. de paſſ. Domini. in fi. Nemeſ. de Nat. homin. cap. 36. Conc. Bracarenſ. 1. cap. 9. Iſidor. lib. III. Orig. circa fin. Joh. Saresber. lib. II. Policr. cap. 19. & 24. Jul. Siren. lib. 9. de fato. Caſpar. Peucer. de Divinat. gen. IDEM.

5 *Intervalla muſicis diaſtem.*] De hac coeleſti harmonia vid. Heraclid. Pontic. in allegoriis Homer. pag. 104. Chalcid. in Timaeum Platon. pag. 72. Macrob. lib. II. in Somn. Scip. cap. 4. Nicet. Choniat. lib. 1. Theſaur. orthod. cap. 8. Malch. in vita Pythag. Iſidor. lib. III. Orig. cap. 16. D. Anſelm. lib. 1. de imag. mundi, cap. 23. Exploditur autem ab Ariſtotel. lib. II. de coelo. cap. 9. Baſil Magno homil. III. in Hexaëmer. & D. Ambroſ. lib. Hexaëm. cap. II. Adducitur quidem in hanc rem illud Jobi cap. 38. v. 37. *Quis enarrabit caelorum rationem, & concentum coeli quis dormire faciet?* Sed à doctiſſimis Theologis locus ille aliter exponitur. IDEM.

6 Nam

cordes, ut dulciſſimam quidem concinant melodiam, ſed nobis inaudibilem, propter vocis magnitudinem, [a] quam capere aurium noſtrarum anguſtiae [b] non poſſunt. 6 Nam, ut Eratoſthenes geometrica ratione [c] collegit, maximum terrae circuitum eſſe ſtadiorum CCLII. millium: ita Pythagoras, quot ſtadia inter terram & ſingulas ſtellas eſſent, [d] indicavit. 7 Stadium autem in hac mun-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* & *Ald.* quam non caperent. b *Germ.* & *Ald.* *deſunt.* c *Lugd. Bat.* colligit. d *Ald.* judicavit.

NOTAE.

6 *Nam ut Eratoſthenes*] Citatur hic locus à Caſſiodoro lib. de Geomet. Eratoſthenem autem laudat Strabo lib. II. pag. 90. ὑπερβεβλημένοις, ὥσπερ ἐκεῖνος, εἶναι τὸ μέγεθος τῆς γῆς σταδίων εἴκοσι πέντε μυριάδων καὶ διςχιλίων, ὡς καὶ Ἐρατοσθένης ἀποδίδωσιν. Et Vitruvius lib. I. cap. 6. Plin. II. cap. 108. Eratoſtheni aſtipulatur Dionyſiodorus apud Plin. lib. II. cap. ult. & Macrob. lib. II. in Somn. Scip. cap. 20. Cleomedes autem lib. I. Meteor. cap. I. Eratoſthenis ſententiam referens, de ſumma aliquantum detrahit. Ait enim, ambitum terrae continere ducenta quinquaginta millia ſtadiorum. Martianus autem Capella lib. VIII. aliquid addit, cum CCCCVI. millia ſtadiorum, & decem ſtadia circulo terrae aſcribit. A quo non longe diſcedit Ariſtoteles lib. II. de coel. cap. ult. in fin. his verbis: καὶ τῶν μαθηματικῶν ὅσοι τὸ μέγεθος ἀναλογίζεσθαι πειρῶνται τῆς περιφερείας (terrae ſcilicet) εἰς τετταράκοντα λέγουσιν εἶναι μυριάδας σταδίων. Vide ſis Gulielm. Philandr. annotationes ad ſup. citatum locum Vitruvii, & Robert. Hueſ. in tractatu de globis, part. III. cap. II.

7 *Stadium autem*] Tria facit ſtadiorum genera; Italicum, Olympicum, & Pythicum, unumquodque diſpari menſura. Nam Italico tribuit pedes ſexcentos viginti quinque, uti etiam Plin. lib. II. cap. 23. Columell. lib. V. de re ruſt. cap. I. Iſidor. lib. XV. Orig. cap. 16. Olympico pedes ſexcentos. quot etiam Herodot. lib. II. pag. 167. Gell. lib. I. cap. I. Suid. in στάδιον, item μίλιον, & πλέθρον. Pythico pedes mille. Sed inter Italicum & Olympicum ſtadium nullam eſſe differentiam, acutiſſime animadvertit Lucas Paetus lib. I. de Menſur. & ponderib. pag. 3. & Robert. Hueſ. tractat. de glob. part. III. cap. II. Nam pes Graecus excedit pedem Romanum ſemuncia. Sexcentae autem ſemunciae conſtituunt pedes illos viginti quinque, quibus pes Graecus Romano pede longior eſt. Porro notandum, octo ſtadia facere milliare Italicum. Polyb. lib. III. pag. 193. ταῦτα γὰρ νῦν βεβημάτισται καὶ σεσημείωται κατὰ σταδίους ἐκ-

Digitized by Google

mundi menſura id potiſſimum intelligendum eſt, [a] quod Italicum vocant, pedum DCXXV. nam ſunt praeterea & alia, longitudine diſcrepantia. ut Olympicum, quod eſt pedum DC. item Pythicum, pedum CIↃ. Igitur ab terra Lunam [8] Pythagoras putavit eſſe ſtadiorum circiter CXXVI. millia, idque eſſe toni intervallum: à Luna autem [b] uſque ad [9] Mercurii ſtellam, quae στίλβων vocatur, dimidium ejus, veluti ἡμιτόνιον: hinc ad φωσφόρον, [10] quae eſt [11] Veneris ſtella, fere tantundem, hoc

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* quod Itali connumerat. b *Lugd. Bat. Ald.* judicavit.

NOTAE.

ὀκτὼ διὰ Ῥωμαίων ἐπιμελῶς. Strabo lib. VII. pag. 223. λογιζομένων δὲ ὡς μὲν οἱ πολλοὶ τὸ μίλιον ὀκταστάδιον. A quo non diſcrepat Plutarch. in Gracchis, pag. 1535. τὸ δὲ μίλιον ὀκτὼ σταδίων ὀλίγον ἀποδεῖ. Reſpexit enim ad pedem Graecum. Quod autem Suidas tradit, ἑπτὰ στάδια ἥμισυ ποιοῦσι μίλιον, pertinet ad morem ſui temporis; ut evidentiſſime patet ex Juliano Aſcalonita, citato ab Harmenopulo lib. II. Prompt. tit. 4. §. 21. LIND.

8 *Pythagoras putavit eſſe ſtad. cir. CXXVI. mil.*] Eandem diſtantiam ſecundum Pythagorae opinionem, refert Plinius lib. II. c. 21. Eratoſthenes autem putavit Lunam à terra abeſſe ſeptingenta & octoginta ſtadiorum millia. Plutarch. lib. II. de Placit. philoſoph. cap. 31. IDEM.

9 *Mercurii*] Alii *Apollinis*. Plin. lib. II. cap. 8. Achil. Stat. in Phaenomena Arat. pag. 89. IDEM.

10 *Quae Veneris*] Alii Junonis eſſe voluerunt. Timaeus Locrus de anima mundi, pag. 12. Hygin. lib. II. Aſtron. non procul à fine. Alii Iſidis, alij Matris Deum. Plin. lib. II. c. 8. Eadem ſtella & Lucifer & Veſper dicitur. Plato in Epinom. Nam ὁπόταν ἐπικαταδύηται τῷ ἡλίῳ, Ἕσπερος· ὁπόταν δὲ προανίσχῃ αὐτοῦ, Ἑωσφόρος eſt, teſte Cleomede lib. I. Meteor. cap. 3. Et hanc ejus naturam Pythagoram primum deprehendiſſe, Plinius auctor eſt. lib. II cap. 8. Diogenes vero Laërt. hoc Parmenidi aſſcribit lib. IX. in vita Parmenid. IDEM.

11 *Veneris ſtella*] Ita nempe ex mente Pythagorae. aliter Nicomachus, ipſe Pythagoraeus, qui aſſignat Mercurio τὸ μεταίχμιον ἀφροδίτης καὶ τοῦ ἡλίου; deerat antè καὶ in Editione. caeterum hoc verum eſt juxta quorundam mentem, & Marciani Capellae. verba ejus appoſui. *Cum ſupra ſolem ſunt, propinquior eſt Terris Mercurius: cum intra ſolem, Venus: utpote quae orbe caſtiore diffuſiore que curvetur.* nemo non videt *caſtiore* non Veneri convenire, quare legendum videtur *laxiore*. ED. CANTABR.

12 Stel-

Digitized by Google

hoc eſt, aliud ἡμιτόνιον. inde porro ad Solem ter tantum, quaſi tonum [a] & dimidium. Itaque Solis aſtrum abeſſe à terra tonos tres, & dimidium, quod vocatur διὰ πέντε; à Luna autem duos & dimidium, quod eſt διὰ τεσσάρων: à Sole vero ad [12] ſtellam Martis, cui nomen eſt πυρόεις, tantundem intervalli eſſe, quantum à terra ad Lunam, idque facere τόνον: hinc ad [13] Jovis ſtellam, quae φαέθων adpellatur, dimidium ejus, quod [b] faciat ἡμιτόνιον: tantundem à Jove ad [14] Saturni ſtel-

VARIAE LECTIONES.

a *In German. & Ald. editione additur*, quod vocatur diapente.
b *Germ.* facit.

NOTAE.

12 *Stellam Martis*] Quam alii Herculis dixerunt. Hygin. & Plin. modo dictis locis. Macrob. lib. III. Saturn. cap. 12. Achil. Statius in Phaenom. Arat. pag. 89. Πυρόεις dicitur, quod πάντων ὗτος ἐρυθρότατον ἔχει χρῶμα, ut Plato teſtatur in Epinomide. Lind.

13 *Jovis ſtellam, quae Phaëton*] Ægyptiis *Oſiridis ſtella* dicitur. Achil. Stat. loco dicto. Idem.

14 *Saturni ſtell. c. Phae.*] Καλεῖ τὸ ἄφημον ita dicitur, quum ſit obſcuriſſima. Ægyptiis eſt *ſtella Nemeſis*. Achil. Stat. loco ſup. notato. Illud hoc loco obiter obſervandum, magnam eſſe diſſenſionem inter doctos, de ordine erraticarum ſtellarum. Nam Pythagorae ordinem, quem auctor noſter approbavit, ſequuti ſunt Cic. lib. I. de divinat. & fragm. lib. VI. de republ. in Somn. Scipionis; Plin. lib. II. cap. 23. Manil. lib. I. Aſtron. pag. 25. Gemin. de apparentiis coeleſt. pag. 11. Cleomed. lib. I. Meteor. cap. III. Hygin. de limit. agror. pag. 111. Chalcid. in Timaeum Plat. pag. 60. Suid. in ἐποχή; D. Anſelm. lib. I. de imag. mundi, cap. 8. Nicet. Choniat. lib. I. Theſ. orth. cap. 8. Timaeus Locrus autem, pag. 12. & Eratoſthenes apud Chalcid. p. 61. Macrob. lib. I. Somn. Scip. cap. 19. & 21. ex ſententia Platonis, quae refertur etiam à Plutarcho, lib. II. de Placit. philoſoph. cap. 15. & de procreatione anim. pag. 1891. Stob. in Eclog. phyſ. pag. 54. Jul. Firmic. lib. II. cap. II. hoc ordine illos diſponunt: Luna, Sol, Mercurius, Venus, Mars, Jupiter, Saturnus. At Ariſtoteles lib. de Mund. pag. 376. Cic. lib. II. de Nat. deor. Apul. lib. I. de Mund. Achil. Stat. in Phaenom. in Arat. ita: Luna, Sol, Venus, Mercurius, Mars, Jupiter, Saturnus. Anaximander apud Stobaeum in Eclog. phyſ. pag. 53. Solem omnium ſupremum eſſe voluit, deinde Lunam, tum denique fixas erranteſque ſtellas ſequi. Lind.

15 Ab

Digitized by Google

ſtellam, cui φαίνων nomen eſt, [a] id eſt, aliud ἡμιτόνιον: inde ad ſummum coelum, ubi ſigna ſunt, perinde ἡμιτόνιον. Itaque à coelo ſummo ad Solem diaſtema eſſe διὰ τεσσάρων, id eſt duorum tonorum & dimidii: [b] ad terrae autem [c] ſummitatem 15 ab eodem coelo 16 tonos eſſe ſex, in quibus ſit διὰ πασῶν ſymphonia. Praeterea multa, quae muſici tractant, [d] ad alias retulit ſtellas, & hunc omnem mundum ἐναρμόνιον eſſe oſtendit. Quare Dorylaus ſcripſit, eſſe [e] hunc mundum organum Dei.

VARIAE LECTIONES.


a *Germ.* idem. b *Germ.* ad *non habet. Lugd. Bat.* tenere. c *Lugd. Bat. & Germ.* ſummitate. d *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deeſt.* e *Germ. & Ald. deeſt.*

NOTAE.

15 *Ab eodem coelo tonos eſſe ſex*] Immo vel ſecundum ipſum Cenſorinum cap. 10. Symphonia διαπασῶν eſt quinque tonorum, & duorum hemitoniorum, ut Pythagoras Geometraeque; qui demonſtrant duo hemitonia tonum complere non poſſe. Ariſtoxenum itaque ſequitur hoc loco, ſecus ac promiſerat initio capitis. Quod ad ordinem ſtellarum attinet, Ptolemaeus etiam inſiſtit viam, & invertit ordinem. Ed. Cantabr.

16 *Tonos eſſe ſex*] Ex figura, quae ſequitur, manifeſtius haec cognoſces. Plinius autem lib. 11. cap. 23. & D. Anſelm. lib. 1. de Imag. mund. cap. 23. à terra ad ſummum coelum tomos ſeptem eſſe ajunt. Nam à Saturni ſtella ad ſigniferum auctor noſter ſemitonium, illi ſeſquiplum, eſſe volunt. Pertinet huc etiam locus Achil. Statii in Phaenom. Arati, pag. 89. Οἱ δὲ μουσικοὶ ὑπέθεντο τὸν ζωδιακὸν κύκλον, ὡς ἐν ἁρμονίᾳ τάξιν ἔχειν φθόγγου τοῦ τῆς χρωματικῆς διεζευγμένου· τὸν δὲ τοῦ Κρόνου ἐπέχειν λόγον τῆς ἐναρμονίου τῆς διεζευγμένον. ὁ δὲ τοῦ Διὸς τάξιν ἔχει ἐν μουσικῇ φθόγγου τοῦ καλουμένου διατόνου διεζευγμένου. ὁ δὲ τοῦ Ἄρεως τάξιν ἔχει φθόγγου τοῦ καλουμένου παραμέσου. ὁ δὲ τοῦ Ἑρμοῦ τάξιν ἐπέχει φθόγγου παρὰ μουσικοῖς τῆς μέσης. ὁ δὲ τῆς Ἀφροδίτης τάξιν ἔχει φθόγγου λεγομένου μέσου διατόνου. ὁ δὲ ἥλιος, ἐὰν μὴ τέταρτος, ἀλλ᾽ ἕκτος δοθῇ, ἔσται τάξιν ἐπέχων μέσου λιχανοῦ. ἡ δὲ σελήνη, ἑβδόμη οὖσα, τάξιν ἐπέχει φθόγγου τοῦ λεγομένου ὑπάτης μέσης. τὸ δὲ ἀπὸ γῆς διάστημα μέχρι τῆς σελήνης, θέλουσιν εἶναί τινες ἀπὸ φθόγγου τοῦ παρὰ τοῖς μουσικοῖς ὑπάτων διατόνου. Sed haec jucunda magis, quam neceſſaria ſubtilitate, ut Plinius ait, diſſeruntur.

17



Digitized by Google

Digitized by Google

Dei. alii addiderunt eſſe idem [17] [a] τὸ χορεῖον, [b] quia ſeptem [c] ſunt vagae ſtellae, quae plurimum moveantur. Sed his omnibus ſubtiliter tractandis hic locus non eſt: quae ſi vellem in unum librum [d] ſeparatim congerere, tamen in anguſtiis verſårer. Quin potius (quoniam me longius dulcedo [e] muſica abduxit) ad propoſitum revertor.

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* azonium. *Ald.* Caxomon. *Lugd. Bat.* τα χορεῖον. b *Germ.* qui. c *Germ. & Ald.* ſint. d *Ald.* ſeparatum. e *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* Muſicae.

NOTAE.

17 Τὸ χορεῖον] Atque inde Planetarum ἐναρμόνιον motum, χορείαν dixit Chalcidius in Tim. Plat. pag. 91. *Stellarum vero errantium opera, quae propter modulatam & conſonam celebrantur agitationem, quam iidem appellant χορεῖαν, in progreſſibus & amfractibus earundem ſtellarum perſpicue videntur.* Lucian. περὶ ὀρχήσ. ἡ γοῦν χορεία τῶν ἀστέρων, καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἀπλανεῖς τῶν πλανήτων συμπλοκὴ, καὶ εὔρυθμος αὐτῶν κοινωνία, καὶ εὔτακτος ἁρμονία, τῆς πρωτογόνου ὀρχήσεως δείγματά ἐστι. LIND.

CAPUT XIV.

IGitur, expoſitis iis, quae ante diem natalem ſunt: nunc, ut [1] climacterici anni noſcantur, quid de gradibus [a] aetatis humanae ſenſum ſit, dicam. [2] Varro quinque gradus aetatis aequabiliter pu-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* humanae aetatis ſenſetim ſic dicam.

NOTAE.

1 *Climacterici anni*] De his infra. IDEM.

2 *Varro quinque grad. aet.*] Varronis teſtimonio utitur quoque Servius lib. V. AEneid. verſ. 295. *Aetates Varro ſic dividit: Infantiam, Pueritiam, Adoleſcentiam, Juventam, Senectam.* IDEM.

3 Pue-

putat eſſe diviſos; unumquemque ſcilicet, praeter extremum, in [a] annos [b] xv. Itaque primo gradu uſque ad annum xv. [3] pueros dictos, quod ſint puri, [c] id eſt, inpubes. Secundo ad xxx. annum adoleſcentes, [4] ab adoleſcendo ſic nominatos. In tertio gradu qui [d] erant, uſque xlv. annos, juvenes adpellatos, eo quod rempublicam [5] in re militari [e] poſſunt juvare. [f] In quarto autem [g] aduſque lx. annum, [6] ſeniores eſſe vocitatos, quod tunc primum ſeneſcere corpus incipiat. [7] Inde [h] uſque finem vitae uniuſcujuſque, quintum gradum factum, in quo qui [i] eſſent, ſenes ad-

VARIAE LECTIONES.

a *Ald.* anno. b *Lugd. Bat.* & inpubis. c *Germ.* quartumdecim. d *Germ. & Ald.* erat. e *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* poſſent. f *Germ.* in quarto uſque. g *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* uſque ad. h *Germ.* uſque ad finem. *Lugd. Bat. & Ald.* uſque in finem. i *Germ. & Ald.* eſſet, ſenex appelletur.

NOTAE.

3 *Pueros dictos, quod ſint puri*] Iſidor. lib. xi. Orig. cap. ii. *Puer à puritate vocatus, quia purus eſt, & nec dum lanuginem floremque genarum habens.* In decreto Felicis PP. *Pueris, quod adhuc inveſtes ſunt, à puritate vocabulum eſt.* Qui locus etiam in Capitulari Karoli Mag. extat lib. v. cap. 69. De *Inveſtibus* vid. Feſt. & Non. Marcell. Idem.

4 *Ab adoleſcendo*] Vid. Feſt. in *Adoleſcit*, & *Suboles.* Nonium in *Adolere.* Iſidor. lib. xi. Orig. cap. ii. Idem.

5 *In re milit. poſſ. juvare*] Macrob. lib. i. in Somn. Scip. cap. 6. *Nonnullarum rerumpublicarum mos eſt, ut poſt ſextam* (hebdomadem, id eſt, poſt annum xlii.) *ad militiam nemo cogatur.* Idem.

6 *Seniores eſſe vocitatos*] *Senior* & *Junior*, ſecundum Varronem, citatum à Servio in Comment. ad Virgilii lib. v. AEneid. comparativi ſunt per imminutionem: vel, ut Donatus inquit, ad Terent. Phorm. Act. 2. Scen. 3. qui non habent ſignificationem à poſitivo. Ut:

Jam ſenior; ſed cruda Deo, viridiſque ſenectus.

Vid. Iſidor. lib. xi. cap. ii. Calliſtratus JC. ſeniorum aetatem anno quinquageſimo & quinto definit L. *Non tantum.* 11. *D. de decurionib.* Idem.

7 *Inde uſque finem vitae*] Gradum quintum aetatis à ſexageſimo anno incipere Varro tradit, cum hic, tum lib. ii. de Vita populi Rom. citante Nonio in *Sexagenarios.* At Dionyſius Halicarnaſſ. δεινάρχ. pag. 114. à ſeptuageſimo demum anno ſenes appellari tradit. Ultimus certe hic aetatis gradus, certum terminum,

adpellatos, quod ea aetate corpus [8] ſenio [a] jam [b] laboraret. [9] Hippocrates Medicus in ſeptem gradus [c] aetates diſtribuit. [d] finem primae [e] putavit VII. annum: ſecundae XIV: tertiae [f] XXIIX: quartae XXXV: quintae [g] XLII: ſextae LVI: ſeptimae noviſſimum annum vitae humanae. [10] Solon autem [h] partes fecit decem: & Hippocratis gradum tertium, & ſextum, & ſeptimum, ſingulos bifariam diviſit, ut unaquaeque aetas annos haberet ſeptenos. Staſeas Peripateticus ad has Solonis decem hebdomadas addidit duas, & [11] ſpatium

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald. deeſt. Lugd. Bat.* ſenio jam. b *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* laboret. c *Lugd. Bat. & Germ.* aetatum. d *Germ.* finem vitae uniuſcujuſque primae. e *Germ.* putavit finem vii. *Ald.* putavit eſſe vii. f *Lugd. Bat.* duodetriceſimum. g *Lugd. Bat.* duo de quadraginta. h *Lugd. Bat.* fecit decem partes.

NOTAE.

pum, praeter mortem, non habet. Unde Cicero in Catone Majore inquit: *Omnium aetatum certus eſt terminus: ſenectutis autem nullus certus eſt terminus.* IDEM.

8 *Senio jam laborant*] *Quem enim* (inquit D. Hieronymus ad Pſalm. LXXXIX.) *invenies octogenarium eſſe & ſanum? Dicit & Graeca ſententia: Senectus ipſa morbus eſt.* Reſpexit vir ſanctus ad illud Apollodori, citatum à Donato in Phormionem Terentii Act. 4. Scen. 1. *τὸ γῆρας ἐστὶν αὐτὸ νόσημα.* Et ſenectus inſanabilis morbus, teſte Seneca lib. 1. Epiſt. 108. Vid. Nonium in *Senium.* IDEM.

9 *Hippocrates medicus*] Hippocratis verba de aetatum gradibus, extant apud Philonem Jud. *περὶ κοσμοποιΐας*, pag. 16. & Moſchop. *περὶ σχεδ.* pag. 134. Pollucem lib. II. Onomaſt. in prin. Sed hic in numero annorum à noſtro auctore diſſentit. Vid. D. Ambroſ. lib. VI. Epiſt. 39. Hieronym. in Amoſ. cap. 6. Macrob. l. 1. in Som. Scip. cap. 6. Joh. Gorraeum in Definit. med. in *ἡλικία.* IDEM.

10 *Solon autem partes fec. dec.*] Atque ita terminum vitae, ſeptuageſimum annum ſtatuit: uti etiam in illo colloquio cum Croeſo apud Herodot. lib. 1. pag. 14. *ἐς γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτεα οὖρον τῆς ζωῆς ἀνθρώπῳ προτίθημι.* Sed divinus ille Moyſes multis ſaeculis ante dixerat: *Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorum noſtrorum in ipſis, ſeptuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni; & amplius eorum, labor & dolor.* Pſalm. LXXXIX. verſ. 10. IDEM.

11 *Spatium plenae vitae*] Idem ſpatium Perſae quoque *ζωῆς*

πλή-

tium plenae vitae quatuor & octoginta annorum eſſe dixit. quem [a] terminum ſi quis [b] praeterit, facere idem quod σταδιοδρόμοι ac quadrigae faciunt, cum 12 extra finem [c] procurrunt: 13 [d] Etruſcis quoque libris [e] Fatalibus aetatem hominis duodecim hebdomadibus deſcribi Varro commemorat. 14 [f] quae duo ad decies ſeptenos annos [g] poſſet fatalia deprecando rebus divinis [h] proferri: ab anno autem [i] octogeſimo nec poſtulari debere, nec poſſe ab diis [k] impetrari. Caeterum, poſt annos

nos

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* terminum vitae ſi. b *Lugd. Bat.* praeteriit. c *Germ.* praecurrunt. d *Germ. & Ald.* Etruſciſque. e *Germ. & Ald.* fatalem. *Lugd. Bat. delet.* f duo *Germ. & Ald. non agnoſcunt. al.* quae quam ad. *Lugd. Bat.* quidem etiam *deleto* quae. g *Lugd. Bat.* poſſit. h *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* proferre. i *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* LXX. k *Germ.* impetrare.

NOTAE.

πλήρωμα eſſe voluerunt, teſte Herodoto lib. III. pag. 192. Et in ſacris literis *Octogenarius* valde ſenex dicitur 2 Reg. 19. verſ. 32. Quo reſpexiſſe etiam Varro videtur, Fundaniae uxori ſcribens lib. I. de Re ruſt. in princip. *Cogitans eſſe properandum, quod (ut dicitur) ſi eſt homo bulla, eo magis ſenex. Annus enim octogeſimus admonet me ut ſarcinas colligam, antequam proficiſcar è vita.* Et anus illa apud Plautum in Mercatore, Act. IV. Sc. *Quoniam:*

——— *Quin is ocius?*
SY. *Nequeo mecaſtor, tantum hoc oneris eſt, quod fero.*
DO. *Quid oneris?* SY. *annos octoginta & quatuor.*

Auſon. in Grypho ternarii numeri:

Quique novem novies fati tenet ultima finis.

LIND.

12 *Extra finem*] *Extra lineas*, ut Cicero inquit 3. Parad. IDEM.

13 *Etruſcis quoque libris Fatalibus*] *Librorum Fatalium* fit mentio apud Liv. lib. XXIV. quos eoſdem cum *Acheronticis* eſſe puto, apud Arnob. lib. II. Adverſ. gentes. IDEM.

14 *Quae duo ad decies*] Locus corruptus. Fortaſſean legendum, *quae ad duodecies ſeptenos annos poſſit fatalia deprecando rebus divinis proferri.* Fata enim differri poſſe, indicat Servius lib. VIII. AEneid. ad verſ.

——— *nec fata vetabant*
Stare.

Sciendum, inquit, *ſecundum aruſpicinae libros & ſacra Acherontia, quae Tages compoſuiſſe dicitur, fata decem annis quadam ratione differri.* V. Nemeſ. lib. I. de Nat. homin. cap. 36. LIND. MS. Colon, *quae dum.* Modius, *quae quidem.* ED. CANTABR.

15 A

Digitized by Google

nos octoginta quatuor [15] à mente ſua homines abire, [16] neque his fieri prodigia. Sed ex iis [a] omnibus proxime videntur acceſſiſſe naturam, qui hebdomadibus humanam vitam emenſi ſunt. Fere enim poſt ſeptimum quemque annum articulos quoſdam, & in his aliquid novi natura oſtendit. Ut & [17] in elegia Solonis cognoſcere datur. Ait enim, [18] in prima hebdomade dentes homini cadere; in ſecunda, pubem apparere; in tertia, barbam naſci; in quarta, vires; [19] in quinta, maturitatem ad ſtirpem relinquendam; in ſexta, cupiditatibus [b] temperari; [20] in ſeptima, prudentiam linguamque [c] conſummari; in octava, eadem ma-

ne-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* hominibus. b *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* tentari. c *Lugd. Bat.* confirmari.

NOTAE.

15 *A mente ſua homines abire*] Inde natum proverbium, δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Plato in Axiocho. Suid. in λῆρος. LIND.

16 *Neque his fieri prodigia*] Haec verba quid ſibi velint, neſcio. IDEM.

17 *In Elegia Solonis*] Haec Elegia extat apud Philonem Judaeum περὶ κοσμοποιίας, p. 16. & Clementem Alexand. Strom. VI. pag. 291. ſed mira differentia. Meminit ejuſdem Elegiae etiam D. Ambroſ. lib. VI. Epiſt. 39. IDEM.

18 *In prima hebdom.*] Vid. quae ſup. cap. 7. notavi. IDEM.

19 *In quinta, matur.*] Ariſtol. lib. VII. Polit. cap. 16. διὸ τὰς μὲν ἁρμόττει περὶ τὴν ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν ἡλικίαν συζευγνύναι, τοὺς δ' ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, ἢ μικρόν· ἐν τοσούτῳ γὰρ ἀκμάζουσί τε τοῖς σώμασι σύζευξις ἔσται, καὶ πρὸς τὴν παῦλαν τῆς τεκνοποιίας συγκαταβήσεται τοῖς χρόνοις εὐκαίρως. IDEM.

20 *In ſeptima, prudentiam*] Circa hanc aetatem Ariſtoteles lib. VII. Polit. cap. 16. τῆς διανοίας ἀκμὴν eſſe putavit. Et lib. II. Rhetor. cap. 14. inquit: ἀκμάζει δὲ τὸ μὲν σῶμα, ἀπὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μέχρι τῶν πέντε καὶ τριάκοντα. ἡ δὲ ψυχὴ, περὶ τὰ ἑνὸς δεῖν πεντήκοντα. Quod confirmat Dionyſ. Halicarn. lib. IV. Antiq. Rom. pag. 233. ὃς οὐ πολὺ ἀποδέη πεντηκονταέτης εἶναι. κράτιστα δὲ ἄνθρωποι φρονεῖν πεφύκασιν οἱ περὶ ταύτην μάλιστα γενόμενοι τὴν ἡλικίαν. IDEM.

nere; [a] in qua alii dixerunt [21] oculos albeſcere; in nona omnia fieri languidiora; in decima, hominem [b] fieri morti maturum. * tamen in ſecunda hebdomade, vel incipiente tertia, vocem craſſiorem, & [c] inaequabilem fieri. Quod [22] Ariſtoteles adpellat τραγίζειν, antiqui noſtri hirquitallire, & inde ipſos putant hirquitallos appellari, quod tum corpus [23] hircum olere incipiat. De tertia autem aetate adoleſcentulorum tres gradus eſſe factos in Graecia, prius quam [d] ad viros perve-

VARIAE LECTIONES.

a *In Germ. editione haec non habentur: nec Aldus agnoſcit illa*, in qua alii dixerunt oculos albeſcere. *Deinde ita habet:* In noxa, illa declinare. b *Lugd. Bat.* fieri morti. c *Lugd. Bat.* jam & f. d *Lugd. Bat.* vires.

NOTAE.

21 *Oculos albeſcere*] Haec verba neque in editione Aldina, neque Germanica habentur; monet tamen Aldus in veteri libro fuiſſe. Quid vero *albeſcere* hoc loco ſibi velit, ignoro: fortean *hebeſcere* legendum eſt. Mortis tempore pupillas albeſcere Servius notat. ad Virgil. lib. x. Æn. verſ. *Ut ſenior letho canentia lumina ſolvit.* Quod an huc pertineat dubito. Idem.

22 *Ariſtoteles appellat τραγίζειν*] Ariſtotel. lib. VII. Hiſtor. anim. cap. I. περὶ δὲ αὐτὸν χρόνον τοῦτον, ἥτε φωνὴ μεταβάλλειν ἄρχεται ἐπὶ τὸ τραχύτερον καὶ ἀνωμαλέστερον, οὔτέ τι ὀξεῖα οὖσα, οὔτέ πω βαρεῖα, οὔτε πᾶσα ὁμαλή, ἀλλ' ὁμοία φαινομένη ταῖς παρανενευρισμέναις καὶ τραχείαις χορδαῖς. ὃ καλοῦσιν τραγίζειν. Idem lib. v. Auſon. in monoſyll. *Pubentes annos robuſtior anticipat vox.* V. Non. Marcell. in Gallulare. Ariſtot. de gener. animal. lib. v. cap. 7. Alexand. Aphrod. lib. I. problem. 125. Idem.

23 *Hircum olere incipiat*] *Hircus* eſt foetor alarum. Catull. Epig. 70. & 72. Horat. Epod. 12. Inde *Hircoſus* Ulpiano, L. *Qui clavum.* 12. §. *Is cui.* D. *De aedilit. edict. Is, qui os oleat, an ſanus ſit, quaeſitum eſt. Trebatius ait, non eſſe morboſum, os alicui olere, veluti hircoſum, ſtrabonem.* Mallem legere, *graſonem.* Nam χράσος & χράος teſte Suida, eſt ἡ δυσοσμία τῶν τράγων· καὶ γράσων ἄνθρωπος, ὁ δύσοσμος. Et Gloſſis veteribus γράσων *hircoſus* eſt. Vid. Tzetz. Chil. 13. pag. 476. Polluc. lib. II. tit. περὶ ῥινός, pag. 100. *Hirquitallos* autem Feſtus non à graveolentia, ſed à libidine hircorum dictos autumat. V. Joh. Brodeum. lib. v. Miſcell. cap. 22. Idem.

24 Ut

veniatur, quod vocent annorum quatuordecim παῖδα: μελλέφηβον autem quindecim; dein ſedecim, ἔφηβον; [a] tum ſeptemdecim, ἐξέφηβον. Praeterea multa ſunt de his hebdomadibus, quae medici ac philoſophi libris mandaverunt. unde apparet, [24] ut in morbis dies ſeptimi ſuſpecti [b] ſunt, [25] ac κρίσιμοι dicuntur; ita per omnem vitam, [26] ſeptimum quemque annum periculoſum, & velut κρίσιμον eſſe, & [27] κλιμακτηρικὸν vocari. Sed ex his Genethliaci alios aliis difficiliores eſſe dixerunt. Et nonnulli, eos potiſſimum, quos ternae hebdomades

des

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* tunc. b *Ald.* ſint.

NOTAE.

24 *Ut in morbis dies ſeptimi ſuſpecti ſunt*] Nugas agit, ex his enim ſequeretur, ut in omni morbo acuto dies ſeptimus κρίσιμος eſt, ita in omni geneſi annum ſeptimum quemque, annum eſſe κρίσιμον. ſic enim comparatio rectè procederet. atqui id falſum eſt. Salmas.

25 *Ac κρίσιμοι dicuntur*] Vid. quae ſup. cap. II. notavi. Lind.

26 *Septimum quemque annum periculoſum*] Vid. Gell. lib. III. cap. 10. Idem. Tertius quiſque annus eſt etiam climactericus & Saturnius. Ternarii quippe ad Saturnum referuntur, ut ſeptenarii ad Martem. Durus uterque Deus, & κλιμακτηρικός. Salmas.

27 *Κλιμακτηρικὸν vocari*] Ἀπὸ τοῦ κλίμακος, quod certis numeris, velut per ſcalarum gradus aſcendat atque colligatur. *Scanſilem* vocat Plin. lib. VII. cap. 49. Sunt autem climactericorum duo genera: aut enim ἑβδομαδικοὶ ſunt, aut ἐννεαδικοί. Jul. Firm. lib. IV. cap. 14. ἑβδομαδικοὶ qui numero ſeptenario conſtant. veluti, 7. 14. 21. 28. 35. 42. 49. 56. 63. 70. 77. 84. ἐννεαδικοὶ qui novenario, ut 9. 18. 27. 36. 45. 54. 63. 72. 81. In ἑβδομαδικοῖς periculoſiores à nonnullis putantur, qui ternis hebdomadibus conſtant, ut 21. 42. 63. 84. Sed omnium difficillimos auctor noſter opinatur eſſe, quos complet numerus quadratus, cujuſmodi ſunt 49. & 81. quorum alter conſit ex ſepties ſeptem, alter ex novies novem. Plura de annis Climactericis lege, ſi lubet, apud Feder. Bonavent. lib. VI. de Octimeſt. partu cap. 50. cum quatuor ſequentib. Marcil. Ficin. lib. 2. de triplici vita cap. 20. Pet. Meſſ. lib. I. Var. lect. cap. 46. Fabric. Paduan. in Catena tempor. annul. 31. Lael. Biſciol. lib. XV. Hor. ſubſec. cap. 7. Levin. Lemn. lib. 2. de Occult. nat. mirac. c. 2. Lind.

des conficiunt, putant obſervandos, hoc eſt, unum & [a] viceſimum, & quadrageſimum [b] ſecundum, [c] dein tertium & ſexageſimum, poſtremum octogeſimum & quartum, in quo Staſeas terminum vitae defixit. Alii autem non pauci [d] unum omnium difficillimum κλιμακτῆρες prodiderunt, anno ſcilicet undequinquageſimo, quem complent anni ſepties ſepteni: ad quam opinionem plurimorum conſenſus [e] inclinat. nam [28] quadrati numeri potentiſſimi [f] ducuntur. Denique [29] Plato ille ([g] venia caeterorum) [h] philoſophus ſanctiſſimus, [i] quadrato numero annorum vitam humanam conſummari [k] putavit, novenario, [l] qui complet annos octuaginta & unum. Fuerunt etiam, qui utrumque [m] reciperent numerum, [n] undequinquageſimum & octogeſimum unum: & minorem nocturnis geneſibus, majorem diurnis [o] adſcriberent. Plerique aliter moti, duos iſtos numeros ſubtiliter diſcreverunt, dicentes, ſeptenarium ad corpus, novenarium ad animum pertinere. hunc medicinae corporis, & Appollini adtri-

VARIAE LECTIONES.

a *Ald.* viceſimum, alterum &. b *Ald. deeſt.* c *Germ.* ſecundum & dein. d *Ald. deeſt.* e *Germ.* inclinant. f *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* dicuntur. g *Lugd. Bat.* veniat caeteris. h *Germ. & Ald.* philoſophiae. i *Lugd. Bat.* q. n. k *Germ. & Ald.* putavit ſcilicet novenario. l *Germ.* complent. m *Lugd. Bat. & Germ.* recipiant. n *Lugd. Bat.* unum de quinquaginta. o *Lugd. Bat.* ſcriberent.

NOTAE.

28 *Quadrati numeri*] *Quadratus numerus* eſt, definitore Boëtio lib. II. de Muſic. cap. 6. qui gemina dimenſione in aequa concreſcit, ut bis duo, ter tres, quater quatuor, quinquies quinque, ſexies ſex. Vid. Gell. lib. I. cap. 20. Euclid. in Element. lib. VII. defin. 16. IDEM.

29 *Plato ille (ven. caet.) philoſoph. ſanctiſſimus*] Platonem *ἱερώτατον* etiam Lucianus appellat περὶ Μακροβ. pag. 605. IDEM.

30 Πά-

tributum; illum Muſis; quia morbos animi, quos adpellant [30] πάθη, muſica lenire ac ſanare conſueverit. Itaque primum κλιμακτῆρα annum quadrageſimum [a] & nonum eſſe prodiderunt; ultimum autem octogeſimum & unum; medium vero, ex utroque permixtum, anno tertio & ſexageſimo, quem [b] vel hebdomades novem, vel ſeptem enneades conficiunt. [31] Hunc licet quidam periculoſiſſimum dicant, [c] quod & ad corpus, [d] & ad animum pertineat; [32] ego tamen [e] caeteris duco infirmiorem. Nam utrumque quidem ſupradictum continet numerum, ſed neutrum quadratum: & ut eſt ab utroque non alienus, ita in neutro potens: [33] nec multos ſane, quos vetuſtas [f] claros nomine celebrat, [34] hic annus abſumſit.

35 Ari-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* octavum. b *Germ.* vel *deeſt*. c *Lugd. Bat. & Germ.* & *deeſt*. d *Lugd. Bat.* ad *deeſt*. e *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* ceteris non duco. f *Germ.* claro.

NOTAE.

30 Πάθη] Gell. lib. I. cap. 26. Idem.

31 *Hunc licet quidam periculoſiſſimum*] Annum ſexageſimum tertium periculoſiſſimum eſſe, frequens opinio eſt. Et idcirco ab Ægyptiis *Androclan* dictum eſſe (quod omnem vitae ſubſtantiam frangat atque debilitet) auctor eſt Jul. Firm. lib. IV. cap. 14. Coel. Rhodig. lib. XXII. Antiq. Lect. cap. 12. D. Auguſtus Imp perquam laetatus eſt, quod illum veluti communem ſeniorum omnium κλιμακτῆρα evaſerit. Vid. epiſtolam ejus ad Caium nepotem ſuum, apud Gell. lib. XV. cap. 7. Idem.

32 *Ego tamen caeteris duco infirmiorem*] Scil. *annum ſexageſimum tertium*. miror qui hoc dicatur cum auctores ferme omnes periculoſiſſimum dicant. Salm.

33 *Nec multos ſane quos vetuſtas claros celebrat, hic annus abſumſit*] Scil. LXIII. Experientia omnium ſaeculorum & hodierna contrarium docet; etiam plebeia & obſcura turba hunc fatalem ſortiuntur. Idem.

34 *Hic annus abſumſit*] Abſumpſit tamen Orphea, teſte Suida in Ὀρφεύς: & Ciceronem, Seneca Suaſor. 7. Gell. lib. XV. cap. 28. Item alios, quos enumerat Bodin. lib. IV. de Republic. cap. 2. Lind.

 35 *Ari-*

Digitized by Google

35 Ariſtotelem [a] Stagiritem [b] reperio: ſed hunc ferunt naturalem ſtomachi infirmitatem crebraſque morbidi corporis offenſiones adeo virtute animi diu ſuſtentaſſe, ut [c] magis mirum ſit, ad annos ſexaginta tres eum vitam [d] pertuliſſe, quam ultra non protuliſſe.

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* ſtagiritam. b *Lugd. Bat. & Germ.* reperit. c *Lugd. Bat.* magis delet. d *Germ.* protuliſſe.

NOTAE.

35 *Ariſtotelem Stagiriten*] Diogenes Laërtius lib. v. in vita Ariſtot. Ammonius in vita ejuſdem, praefixa Commentario de Praedicamentis, itemque Suidas narrant, Ariſtotelem anno ſexageſimo tertio aetatis mortem obiiſſe. Eumelus autem teſte Diogene Laërt. & Cedren. pag. 132. ſeptuageſimo. De genere mortis etiam controvertitur. Nam Diogenes & Cenſorinus imbecillitate ſtomachi, Eumelus & Heſychius veneno, Juſtinus Martyr autem in Paraenet. pag. 30. Gregor. Nazianzen. Stelit. 1. in Julian. pag. 288. Procop. lib. iv. de bello Gothico pag. 327. Auctor Etymolog. Mag. in εὔριπος, taedio & pudore, cum naturam Euripi explicare nequiret, Chalcide vitam finiviſſe ſcribunt. Idem.

Caput XV.

Quare, [1] ſanctiſſime Cerelli, cum iſtum annum, qui maxime fuerat [a] corpori formidoloſus, ſine ullo incommodo tranſieris: caeteros, qui leviores ſunt, κλιμακτῆρας, minus tibi extimeſco, praeſertim cum in te animi potius, quam

VARIAE LECTIONES.

a *Ald. deeſt. Lugd. Bat.* corp. fuerat.

NOTAE.

1 *Sanctiſſime*] Epitheton, ut plurimum parentibus & patronis datum, uti etiam iis, qui pari ſunt honore. Documento ſunt veteres inſcriptiones quam plurimae. L. Liberto 9. D. de Obſeq. parent. & pat. praeſt. Lind.

2 Pla-

quam corporis naturam ſciam dominari: eoſque viros, qui tales fuerunt, non prius vita exceſſiſſe, quam ad annum illum octogeſimum & unum pervenerint, in quo [2] Plato finem vitae & [a] legitimum eſſe exiſtimavit, [3] & habuit. Hoc anno & [4] Dionyſius Heracleotes, ut vita abiret, cibo abſtinuit: & contra [5] Diogenes Cynicus cibi cruditate in choleram ſolutus eſt. [6] Eratoſthenes quo-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* & habuit legitimum.

NOTAE.

2 *Plato finem*] Vid. ſupr. cap. praecedente. Alluſit autem huc Auſonius in Grypho Ternarii numeri:

Quique novem novies fati tenet ultima finis.

Idem.

3 *Et habuit*] Teſtatur Cicero in Cat. Major. his verbis: *Eſt enim quiete, & pure, & eleganter actae aetatis placida ac ſenis ſenectus: qualem accepimus Platonis, qui uno & octogeſimo anno ſcribens mortuus eſt.* Seneca Epiſt. 58. *Nam hoc ſcis, puto, Platoni diligentiae ſuae beneficio contigiſſe, quod natali ſuo deceſſit, & annum unum atque octogeſimum implevit, ſine ulla deductione.* Item Diogen. Laërt. lib. III. in vita Platonis. Lucian. περὶ Μακροβ. pag. 605. Auguſtin. lib. VIII. de Civit. Dei cap. II. Athenaeus tamen annos octoginta duos vixiſſe tradit lib. V. p. 217. cui adſtipulatur Suidas. Neanthes autem, teſte Diogene Laërtio, annos octoginta quatuor. Idem.

4 *Dionyſius Heracleotes, ut vita abiret, cibo abſtinuit*] Paulò aliter Aulus Aſtrologus in Epigrammate Lucillii:

Εἶπεν ἐληλυθέναι τὸ πεπρωμένον, αὐτὸς ἑαυτοῦ
Τὴν γένεσιν διαθεὶς Αὖλος ὁ Ἀστρολόγος·
Καὶ ζήσειν ὥρας ἔτι τέσσαρας, ὡς δὲ παρῆλθεν
Ἡ πέμπτη, καὶ ζῆν εἰδότα μηδὲν ἔδει,
Αἰσχυνθεὶς Πετόσιριν, ἀπήγξατο· καὶ μετέωρος
Θνήσκει μὲν, θνήσκει δ' οὐδὲν ἐπιστάμενος.

Idem cum Heracleote refert Scaliger ad Manil. praef. ſed tacito nomine, de Genethliaco ſuperioris ſaeculi. Cardanum innuit. Ed. Cantabr.

5 *Diogenes Cynicus*] Diogenes Laërt. lib. VI. pag. 413 narrat Diogenem Cynicum nonaginta ferme annorum obiiſſe mortem, devorato bovis pede crudo, unde in choleram ſolutus eſt. Vid. Tatian. contra Graecos, non longe à princip. Lind.

6 *Eratoſthenes*] Huic Suidas annos LXXX. Lucianus vero περὶ Μακροβ. LXXX. tribuit. Idem.

quoque, ille orbis terrarum menſor, & [7] Xenocrates Platonicus, veteris Academiae princeps, ad eundem annum vixerunt. Non pauci etiam, per animi ſpiritum, moleſtiis corporis ſuperatis, limitem iſtum tranſgreſſi ſunt: ut [8] Carneades, à quo tertia Academia eſt, quae dicitur nova; vel [9] Cleanthes, [a] qui uno minus centum explevit. At [10] Xenophanes Colophonius major annorum centum fuit. [11] Democritum quoque Abderiten, & [12] Iſocratem rhetorem, [b] ferunt prope ad id aetatis perveniſſe, quo [13] Gorgian Leontinum, quem omnium veterum maxime ſenem fuiſſe, & octo ſupra centum annos habuiſſe conſtat. Quod ſi cultoribus ſapientiae, ſive per animi virtutem, ſeu lege fati, [c] diutina obtigit vita: non deſpero, quin te [d] quoque, diu corpore atque animo valen-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* qui ad annnm 90. uno minus c. e. b *Germ. & Lugd. Bat.* fere. *Ald. utrumque deeſt.* c *Lugd. Bat.* divina obtigit vita. d *Lugd. Bat.* diu quoque.

NOTAE.

7 *Xenocrates*] Hunc annos 84. vixiſſe ſcribit Lucian. IDEM.

8 *Carneades*] Lucian. ibid. ann. 84. IDEM.

9 *Cleanthes*] Idem teſtatur Lucianus ibid. Diogenes vero Zenonis annos hunc aequaſſe memorat. Fuit igitur annorum nonaginta octo. Tot enim Zenonem vixiſſe ſcribit Diogenes. IDEM.

10 *Xenophanes*] Hunc annos 102. vixiſſe narrat Diogen. Laërt. lib. IX. IDEM.

11 *Democritum*] De hoc Lucian. loco jam ſaepius citato. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς τεσσάρων καὶ ἑκατὸν, ἀποσχόμενος τροφῆς, ἐτελεύτα. Idem teſtatur Phlegon Trallian. pag. 90. Diogenes Laërtius autem lib. IX. annos 109. ei tribuit. IDEM.

12 *Iſocratem*] Philoſtratus de vitis Sophiſtarum in Iſocrate. ἀπέθανε μὲν ἐν Ἀθήνησιν ἀμφὶ τὰ ἑκατὸν ἔτη. Suidas narrat annos centum & ſex vixiſſe. Lucian. vero περὶ Μακροβ. annos, uno minus, centum. IDEM.

13 *Gorgian Leontinum*] De hoc videndus Cicero de Senect. Valer. Maxim. lib. VIII. cap. 13. Quintil. lib. III. cap. I. Lucian. περὶ Μακροβ. Athen. lib. XII. pag. 548. Plin. lib. VII. cap. 48. Suid. IDEM.

14 *He-*

lentem, longior maneat ſenectus. Quem enim [a] veterum nunc memoria [b] ſuſpicimus, [c] quem prudentia, vel temperantia, vel juſtitia, vel fortitudine, tibi antiſtare [d] dicemus? quis eorum, ſi adeſſet, [e] non in te omnium virtutum praedicationem conferret? quis tuis laudibus ſe poſtponi erubeſceret? Illud certe, ut arbitror, dignum eſt praedicatione, quod, cum illis ferme omnibus, quamvis prudentiſſimis, [f] & procul à republica motis, non contigerit ſine offenſione, & odio plerumque capitali, vitam degere: tu tamen, officiis municipalibus functus, [14] honore [g] ſacerdotii in principibus tuae civitatis conſpicuus, ordinis etiam equeſtris dignitate gradum provincialium ſupergreſſus, non modo ſine reprehenſione, & invidia ſemper fuiſti; verum etiam omnium omnino amorem, cum maxima gloria [h] conſecutus es. Quis à te noſci, aut ex ampliſſimo Senatus ordine non expetivit, aut ex humiliore [i] plebis [k] non optavit? Quis mortalium vel te vidit, vel de tuo nomine acceperit, quin & loco fratris [l] germani diligat, & [m] vice parentis veneretur? Quis ignorat, probitatem primam, fidem ſummam, benignitatem incredibilem,

VARIAE LECTIONES.

a *Ald.* veterum quos nunc. b *Germ. & Ald. & Lugd. Bat.* ſuſcepimus. c *Ald. deeſt.* d *Germ. & Lugd. Bat.* dicimus. e *Haec omnia uſque ad* erubeſcimus *in Germ. deſiderantur.* f *Lugd. Bat. delet* &. g *Germ.* ſacerdotis. h es *Germ. deeſt.* i *Ald.* plebe. k *Ald.* non exoptavit. l *Lugd. Bat. & Germ.* te diligat. m *Germ.* jure.

NOTAE.

14 *Honore ſacerdotii*] *Sacerdotiorum provincialium* fit mentio in L. 1. §. *Quod ſi.* D. *de Leg. Jul. ambit.* L. *Sponte.* 17. in princip. D. *de munerib. & honor.* L. *In honorib.* 3. D. *de vacat.* Jul. Paul. lib. v. Sentent. tit. 30. IDEM.

15 *Au-*

lem, modeſtiam, verecundiamque ſingularem, caeteraque humanitatis officia penes te unum eſſe? & quidem majora, quam poſſint digne à quoquam referri. Quare & ego his nunc commemorandis ſuperſedebo. De eloquentia quoque ſileo: quam omnia [a] noſtrarum provinciarum tribunalia, omnes praeſides [b] noverunt: quam denique urbs Roma, & [15] auditoria ſacra mirata ſunt. Haec ſe & ad praeſens & in futura ſaecula ſatis ipſa nobilitat.

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* provinciarum noſtrarum. b *Lugd. Bat. abeſt* noverunt.

NOTAE.

15 *Auditoria ſacra*] *Auditorium ſacrum*, id eſt, Principis. L. *Minor.* 18. §. *Sin autem.* D. *de minorib.* L. *Nonnulli.* 13. C. Th. *de appell.* Dicitur & *Conſiſtorium ſacrum.* L. *Cum anterioribus* 5. §. *In his.* C. *de tempor. appellat.* Idem.

Caput XVI.

Nunc vero, quatenus de die natali ſcribo, meum munus inplere conabor; [a] tempuſque hodiernum, quo maxime flores, quam potero lucidiſſimis notis ſignabo: ex quo etiam primus ille tuus natalis liquido noſcetur. Tempus autem non diem tantummodo, [b] vel menſem, vel annum vertentem adpello: ſed & quod quidam luſtrum, [c] aut annum magnum vocant, & quod ſaeculum nominant. [1] Caeterum de aevo, quod

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* tempus quoque. b *Germ.* id eſt. c *Germ. & Lugd. Bat.* aut unum annum.

NOTAE.

1 *Caeterum de aevo*] *Aevum* Varro lib. v. de Ling. Lat. pag. 46. ab aetate omnium annorum dictum putat. Graecis eſt αἰὼν,

ἀπὸ

quod eſt tempus unum & maximum, non multum eſt, quod in praeſentia dicatur. eſt enim inmenſum, ſine origine, ſine fine, quod eodem modo ſemper fuit, & [a] ſemper futurum eſt, neque ad quemquam hominum magis, quam ad alterum pertinet. [2] Hoc in tria dividitur tempora, praeteritum, praeſens, futurum. ex quibus praeteritum initio caret, exitu futurum: [3] praeſens autem, quod medium eſt, adeo exiguum, & incomprehenſibile eſt, ut nullam [b] recipiat longitudinem, neque aliud eſſe videatur, quam tranſacti futurique conjunctio; adeo porro inſtabile, ut ibidem ſit nunquam; & quidquid tranſcurrit, à futuro [c] decerpit, [d] & adponit praeterito. Haec inter ſe tempora, anteactum dico, & [e] futurum, neque [f] paria ſunt, neque ita, ut alterum altero lon-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. Lugd. Bat. & Ald.* & *non habent.* b *Germ.* accipiant. *Ald. & Lugd. Bat.* accipiat. c *Ald.* decerpat. d *Haec tria verba à Lugd. Bat. Germ. & Ald. edit abſunt.* e *Lugd. Bat. & al.* venturum. f *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* propria.

NOTAE.

ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ὄντος. Plotin. lib. VII. Ennead. cap. 3. de aetern. & temp. Sect. 3. Gregor. Nazianz. in nativit. Chriſt. *αἰὼν οὔτε χρόνος, οὔτε χρόνου τι μέρος.* Vid. Timaeum Locrum de Mundi anima pag. 12. Chalcid. in Tim. Plat. pag 31. 73. & 77. Mar. Victorin. in Rhetor. Cicer. pag. 151. Iſidor. lib. v. Orig. cap. 38. Idem.

2 *Hoc in tria*] Vel in duo; praeteritum & futurum. Nam nonnulli philoſophi, ut Marius Victorinus dicto loco indicat, praeſens eſſe negaverunt, quod in eo quod praeſens dicimus, ſi quid jam ex parte aliqua confectum eſt, praeteritum ſit: ſi quid mox perfici habeat, futurum eſt. Vide Mercurium Triſmeg. ad Tatium apud Stobaeum in Eclog. phyſ. c. 11. pag. 20. Idem.

3 *Praeſens autem*] Eleganter Seneca de Brevit. vitae, cap. 10. *Praeſens tempus breviſſimum eſt, adeo ut quibuſdam nullum videatur. In curſu enim ſemper eſt, fluit & praecipitatur: ante deſinit eſſe, quam venit.* V. Baſilium M. homil. 1. in Hexaëm. pag. 3. ἢ οὐχὶ τοιοῦτος ὁ χρόνος; οὗ τὸ μὲν παρελθὸν ἠφανίσθη, τὸ δὲ μέλλον οὔπω πάρεστι, τὸ δὲ παρὸν πρὶν γνωσθῆναι διαδιδράσκει τὴν αἴσθησιν. Idem.

4 Brev

longius, breviuſve videatur: quidquid [a] enim non habet finem, collationem menſurae non recipit. Quapropter aevum neque annorum, neque ſaeculorum numero, nec denique ullo [b] finiti temporis modulo metiri conabor. [c] haec enim ad aetatem infinitam non ſunt [4] brumalis unius inſtar horae. Itaque, ut ſaecula poſſim percurrere, & hoc noſtrum praeſens deſignare, [5] omiſſis aureis, argenteiſque, & hoc genus poëticis, à conditu urbis [6] Romae, patriae noſtrae communis, exordiar.

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* etiam. b *Germ. & Ald.* finito. c *Germ.* haec etiam.

NOTAE.

4 *Brumalis un. inſt. horae*] *Bruma* dicta, quod breviſſimus dies eſt. Varro lib. v. de Ling. Lat. pag. 45. Vitruv. lib. IX. cap. v. Inde *brumalis hora*, id eſt, breviſſima, quae & *hiberna* dicitur Plauto Pſeud. ſcen. ult. Cui opponitur *aeſtiva*, id eſt, longa. Martial. lib. XII. Epig. I. Idem.

5 *Omiſſis aureis argent.*] De quibus Heſiod. lib. I. ἔργ. Arat. Phaenom. pag. 118. & ſeq. Ovid. lib. I. Metamorph. Lactant. lib. v. cap. 5. Idem.

6 *Romae, patriae noſtrae com.*] Roma communis patria. L. *Roma.* 33. D. *ad municip.* L. *Si duas.* 6. §. *Romae.* D. *de excuſat. tut.* L. *Tempore.* 21. C. Theod. *de praetorib.* Liv. lib. III. *Diſſolvi licentia militandi morem, nec pro communi jam patria Romam eſſe.* Athen. lib. I. Dipnoſoph. pag. 3. Aur. Symmach. lib. I. Epiſt. 61. & lib. v. Epiſt. 94. Seneca conſol. ad Helv. cap. 6. Sidon. Apollin. lib. I. epiſt. 6. *In qua unica totius orbis civitate* (de Roma loquitur) *ſoli barbari & ſervi peregrinantur.* Idem.

Digitized by Google

CAPUT XVII.

[a] ET quoniam ſaecula aut naturalia ſunt aut civilia, prius de naturalibus dicam. Saeculum [b] autem eſt ſpatium vitae humanae longiſſimum, partu & morte definitum. Quare qui annos triginta ſaeculum [c] putarunt, multum videntur erraſſe. Hoc [d] enim tempus [e] γενεὰν vocari [1] Heraclitus auctor eſt. Quia orbis aetatis in eo ſit ſpatio. Orbem autem vocant aetatis, dum natura humana [f] à ſementi ad [g] ſementem revertitur. Hoc quidem γενεᾶς tempus [2] alii aliter definie-

VARIAE LECTIONES.

a *Haec uſque ad* dicam, *in Lugd. Bat. Germ. & Ald. non habentur.* b *Lugd. Bat.* autem *delet.* c *Lugd. Bat.* putante d *Germ.* etiam. e *Germ.* genena. f *Germ. & Ald. & Lugd. Bat.* a ſementi *deſunt.* g *Germ. & Ald. & Lugd. Bat.* ſementem.

NOTAE.

1 *Heraclitus auctor eſt*] Sic legendum, non *Herodicus.* Plutarch: περὶ τῶν ἐκλελ. χρησ. pag. 739. ἔτη τριάκοντα ποιοῦσι τὴν γενεὰν καθ' Ἡράκλειτον. Et ſtatim ſubjungit: ἐν ᾧ χρόνῳ γεννῶντα παρέχει τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννημένον ὁ γεννήσας· Quae verba ſunt interpretamentum eorum, quae auctor noſter ſubnectit: *Quia orbis aetatis in eo ſit ſpatio. Orbem* autem vocant *aetatis*, dum natura humana à ſementi ad ſementem revertitur. Nam Plato lib. V. de Republ. triceſimum annum in maſculis aptum proli procreandae cenſuit. Uti etiam in ſacris literis legimus, pleroſque anno triceſimo aetatis filios genuiſſe. Ariſtoteles lib. VII. Polit. requirit annos triginta & ſeptem. LIND.

2 *Alii aliter definierunt*] Γενεᾶς vocabulo ſaepe utuntur auctores, Hiſtorici inprimis. Quot vero annos γενεὰ contineat, inter ipſos non convenit. Nam quidam unum annum γενεὰν eſſe voluerunt, teſte Plutarcho lib. περὶ τῶν ἐκλελ. χρησ. pag. 739. alii annis ſeptem eam definierunt, ut refert Artemidorus lib. II. Ὀνειροκρ. cap. 75. in pr. Suid. in γενεὰ & Ὀρφεύς. Alii viginti. Heſych. in γενεά. Alii viginti quinque, uti Heraclitus, quem hoc loco auctor noſter citat, itemque Heſych. dict. loco. Alii annis viginti ſeptem, ut colligitur ex Dionyſio Halicar. lib. I. Rom. antiq. pag. 8. ubi tradit, ab Ilio capto uſque ad conditam Romam, geneas eſſe ſedecim, id eſt, ut ipſe colligit eodem lib.

Digitized by Google

nierunt. [a] Herodicus annos quinque & viginti [b] ſcribit dici γενεάν, Zenon triginta. 3 Saeculum autem quid ſit, uſque adhuc arbitror ad ſubtile examinatum non eſſe. Poëtae quidem multa incredibilia ſcripſerunt, nec minus hiſtorici Graeci: quamvis [c] eos à vero [d] non par fuit [e] recedere.

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* Heraclitus. b *Ald.* ſcribi dicit. c *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deeſt.* d *Lugd. Bat.* par non fuit. e *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* decedere.

NOTAE.

lib. pag. 57. annos 432. Diviſis igitur illis 432. annis per 27. exſurgunt geneae ſedecim. Sed non ſatis ſibimet ipſi conſtat, ut videre eſt, cum ex aliis ejuſdem ſcriptoris locis, tum ex illo qui eſt lib. II. pag. 120. ubi de Pythagora agit. Alii triginta, ut Zenon & Heraclitus, quos Cenſorinus noſter auctores laudat. Vid. Plutarch. περὶ ἐκλελ. χρησ. pag. 739. Artemidor. lib. II. Ὀνειροκρ. cap. 75. Suid. loco ſup. citato, & in τελγέρων. Euſtath. Iliad. α. p. 37. Porphyr. quaeſt. 14. in Homer. Latini hoc tempus *Aevum* quandoque vocant, ut Horat. lib. II. Od. IX.

At non ter aevo functus amabilem
Ploravit omnes Antilochum ſenex
Annos.

Nonnulli largius geneae ſpatium tribuunt: tres enim geneas, centum annos eſſe volunt. Herodot. lib. II. γενεαὶ γὰρ τρεῖς ἑκατὸν ἔτεά ἐστι. Clem. Alexand. Strom. I. pag. 145. εἰς μὲν τοι τὰ ἑκατὸν ἔτη, τρεῖς ἐγκαταλέγονται γενεαί. Vid. Herodian. lib. III. pag. 527. ubi de ludis ſaecularibus agit. Sunt etiam qui centum annis genean determinant, ut Gen. XV. verſ. 13. & 16. Dionyſ. Halicar. lib. I. pag. 2. narrat, Medorum imperium quatuor geneas duraſſe, id eſt, annos fere quadringentos. Alii adhuc extendunt in centum & octo annos. Vide Plutarch. ſupr. dicto loco. IDEM.

3 *Saeculum autem quid ſit*] *Saeculum* interdum indefinite pro quovis tempore accipitur. Terent. Eunucho. Act. II. Scen. II.

Olim iſti fuit generi quondam
quaeſtus apud ſaeculum prius.

Et Virgil. lib. VIII. AEneid.

Aureaque (ut perhibent) illo ſub
rege fuere
Saecula.

Interdum pro certo & determinato, de quo auctor noſter hic agit. Et quidem in ſacris literis pro quinquaginta annis interdum capitur; ut Exod. XXI. verſ. 6. & Levit. XXV. verſ. 39. 40. Iſidor. lib. V. Orig. cap. 38. Alii autem *Saeculum* triginta annis, alii centum & decem, alii mille definiunt. Servius lib. VI. AEneid. ad verſ. *Sed mihi tarda gelu*, &c. *Notandum*, inquit, *dicta ſaecula etiam in uno homine, ſecundum eos, qui dicunt ſaeculum triginta annos habere. Nam alii centum & decem, alii mille annis putant ſae-*

Digitized by Google

dere. Ut [4] Herodotus; apud quem legimus, [a] Arganthonium [b] Tarteſſiorum regem, centum & quinquaginta annorum fuiſſe. [c] Ut [5] Ephorus; qui [d] tradit, Arcadas dicere, apud ſe reges antiquos aliquot ad trecentos vixiſſe annos. Verum haec, ut fabuloſa, praetereo. [6] Sed inter ipſos Aſtro-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* Argantoninum. *Ald.* Argathonium. *Lugd. Bat.* Argonthoxionon. b *Lugd. Bat.* Tharesſiorum. c *Germ.* aut *Lugd. Bat.* ante. d *Lugd. Bat.* tradidit.

NOTAE.

ſaeculum contineri. Quo pertinet illud Plauti in Milit. Act. IV. Scen. *Jam eſt.*

PY. *Quin mille annorum perpetuo vivunt, ab ſaeculo ad ſaeculum.*

Vid. Zoſim. lib II. Hiſt. in pr. & Etymol. magn. in αἰών, LIND.

4 *Herodotus; apud quem legimus, Arganthonium*] Herodoti locus eſt lib. I. his verbis: ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὸν Ταρτησσὸν, προσφιλέες ἐγένοντο τῷ βασιλέϊ τῶν Ταρτησσίων, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Ἀργανθώνιος, ἐτυράννευσε δὲ Ταρτησσοῦ ὀγδοήκοντα ἔτεα, ἐβίωσε δὲ πάντα, εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Ubi diſerte annos centum & viginti Arganthonium vixiſſe ſcribit. Ut & Cicero in Catone majore. *Exſpectemus* (inquit) *Tarteſſiorum regis aetatem. Fuit enim (ut ſcriptum video) Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum & viginti vixit.* Quibus aſſentitur Val. Maxim. lib. VIII. cap. 13. & Plin. lib. VII. cap. 48. At Cenſorinus noſter, item Strabo lib. III. pag. 104. Lucian. περὶ Μακροβ. pag. 60. Phlegon. Trallian. περὶ Θαυμασ. καὶ μακροβ. pag. 92. Anacreon poëta, à ſupra nominatis & Plinio lib. VII. cap. 48. citatus, centum & quinquaginta annos Arganthonium vixiſſe volunt. Aſinius Pollio, teſte Valerio Maximo lib. VIII. cap. 13. centum triginta. Silius Italicus trecentos. ejus hi verſus ſunt lib. III.

Arganthoniacos armat Carteia nepotes;
Rex proavis fuit humani ditiſſimus aevi,
Ter denos decies emenſus belliger annos.

IDEM.

5. *Ephorus, qui tradit, Arcadas*] Ephorus hujus rei teſtis citatur etiam à Plinio lib. VII. cap. 48. Pertinet huc quoque Servius lib. VIII. AEneid. *Arcadas bis oris. Conſtat* (inquit) *Arcadas plurimum vixiſſe, in tantum, ut quidam uſque ad trecentos annos vivendo pervenerint.* IDEM.

6 *Sed inter ipſos aſtrologos*] Servius in Comment. ad Virgil. lib. IV. AEneid. *Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi. Tribus humana vita continetur; Natura, cui ultra centum & viginti ſolſtitiales annos conceſſum non eſt; Fato, cui nonaginta anni, hoc eſt, tres Saturni curſus, exitium creant,*

 niſi

Digitized by Google

Aſtrologos, qui in ſtellarum ſignorumque ratione verum ſcrutantur, nequaquam etiam convenit. 7 Epigenes [a] in centum duodecim annis longiſſimam vitam conſtituit; Beroſus autem [b] in centum [c] ſedecim; alii ad centum viginti annos produci

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* in *non habent.* b *Germ. deeſt.* c *Germ. & Ald.* vi. *Lugd. Bat.* ſexdecim.

NOTAE.

niſi forte aliarum ſtellarum benignitas etiam tertium ejus ſuperet curſum; Fortuna, id eſt, caſu, qui ad omnia pertinet, quae extrinſecus ſunt, ad ruinam, incendia, naufragia, venena. Vid. Jul. Firmic. lib. II. cap. 27. Plinius lib. VIII. cap. 49. Idem.

7 *Epigenes in centum duodecim*] Varia fuit veterum opinio de longiſſimo termino vitae humanae. Alii enim ſtatuerunt annos LXX. Herodot. lib. I. pag. 14. Alii nonaginta ſex. Heſiod. apud Plutarch. lib. περὶ τῶν ἐκλειπ. χρηστ. & Auſonius, qui Heſiodum latine vertit, Eidyll. XVIII. Alii centum. Eccleſiaſt. cap. 18. verſ. 8. *Numerus*, inquit, *dierum hominum, ut multum, centum anni.* Et Artemidor. lib. II. Ὀνειροκρ. cap. 75. καθ' ἡμᾶς γὰρ ἑκατὸν ἔτη εἶναι τὸν τέλειον τῆς ζωῆς χρόνον, ἐπειδὴ τοὺς πλείστους ἢ ὀλίγῳ ἀποδέοντας ζῶντας ὁρῶμεν, ἢ ὀλίγῳ ὑπεραίροντας. Quam ſententiam ſequuntur JCti quoque L. *An uſusfructus.* 56. D. *de uſufr.* l. *Si uſusfructus.* 8. D. *de uſufr. leg.* L. *Ut inter.* 23. C. *de Sacroſ. eccleſ.* Euſtathius περὶ χρονικῶν διαστημ. tit. περὶ ε' χρόνων. Juſtinian. Imp. Novell. 9. Alii annos centum & octo. Videndus Plutarch. περὶ τῶν ἐκλειπ. χρηστ. 739. Sibylla, centum & decem:

> Ἀλλ' ὁπόταν μήκιστος ἔχῃ χρόνος ἀνθρώποισι
> Ζωῆς, εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύων.

Epigenes centum & duodecim, vel ut à Plinio citatur lib. VII. cap. 49. centum viginti duobus annis vitam longiſſimam hominis definivit. Beroſus autem centum & ſedecim, vel ut eſt apud eundem Plinium ibid. centum ſeptendecim. Alii terminum vitae eſſe putavere annum centeſimum viceſimum. Geneſ. VI. verſ. 3. Fl. Joſeph. lib. I. Antiquit. Judaic. cap. 4. & 7. circ. fin. Lactant. lib. II. Inſtit. cap. 13. & ſeq. Adde his Quinctilian. Dialog. de Oratorib. pag. 697. Trebell. Pollion. in D. Claud. non longe à princip. Arnobius lib. II. Adverſ. gentes. *Vultis* (inquit) *Faunus, Latinus, & Picus annis vixerint vicenis atque centenis? ultra enim negatur poſſe hominis vita produci.* Sed locum Geneſeos modo citatum, multi non de termino vitae humanae, ſed de tempore ad reſipiſcendum uſque ad diluvium hominibus relicto accipiunt. Vid. D. Hieron. quaeſt. in Geneſ. Auguſt. lib. XV. de Civit. Dei, cap. 24. Gratian. cap. *Praedixerat.* De poenitent. diſt. I. Idem.

8 Quod

Digitized by Google

duci poſſe, quidam etiam ultra [a] crediderunt. Fuerunt, qui non idem putarent ubique obſervandum, ſed varie per diverſas regiones, prout in ſingulis ſit coeli ad circulum finitorem inclinatio, [8] quod vocatur κλίμα. Sed, [9] licet [b] veritas in obſcuro lateat, tamen in unaquaque civitate quae ſint naturalia ſaecula; [10] Rituales Etruſcorum [c] libri videntur docere: [d] in quis ſcriptum eſſe fertur, initia ſic poni ſaeculorum; quo die urbes atque civitates conſtituerentur: de his, qui [e] eo die nati eſſent, eum, qui diutiſſime vixiſſet, die mortis ſuae primi ſaeculi modulum finire. eoque die, qui eſſent reliqui in civitate, de his rurſum ejus mortem, [f] qui longiſſimam [g] aetatem egiſſet, [h] finem eſſe ſaeculi ſecundi. Sic deinceps tempus reliquorum terminari. Sed ea, quod ignorarent homines, portenta mitti divinitus, quibus admonerentur, unumquodque ſaeculum eſſe finitum. Haec portenta Etruſci, pro haruſpicii diſciplinaeque

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* credidere factum, qui &c. b *Lugd. Bat.* varietas. c *Germ. & Ald. deeſt.* d *Lugd. Bat.* in quibus. e *Lugd. Bat.* ea die. f *Germ. & Ald.* qui quam long. g *Lugd. Bat.* egiſſet aetatem. h *Lugd. Bat.* finem eam.

NOTAE.

8 *Quod vocatur κλίμα*] Vitruvius lib. I. cap. I. *Inclinationes coeli, quas Graeci κλίματα dicunt.* Item Gell. lib. XIV. cap. I. Columell. lib. I. de Re ruſt. Declinatio. Achill. Stat. in prolegom. in Arat. pag. 91. κλίματα δὲ εἴρηται, διὰ τὸ τὴν γῆν μὴ εἶναι ὁμαλὴν, ἀλλ᾽ ἔχειν οἷον κλίματά τινα, ὑψηλοτέρων ὄντων καὶ ταπεινοτέρων τῶν μερῶν αὐτῆς, καὶ τὰς οἰκήσεις τῶν ἐθνῶν ἄλλας ἀλλαχοῦ εἶναι. Vid. Iſidor. lib. III. Orig. cap. 41. IDEM.

9 *Licet veritas*] Democriti ſententia eſt: ἐν βυθῷ κεῖται ἡ ἀλήθεια. Cic. lib. I. Acad. quaeſt. prope finem. Seneca lib. VII. de benefic. cap. I. *Involuta veritas in alto latet.* Et lib. VII. Natur. quaeſt. cap. 32. in fin. IDEM.

10 *Rituales*] Ritualium librorum ſup. cap. II. facta eſt mentio. IDEM.

que ſuae peritia, diligenter obſervata in libros retulerunt. Quare in Tuſcis hiſtoriis, quae octavo eorum ſaeculo ſcriptae ſunt, ut Varro teſtatur, & [a] quot numero ſaecula ei genti data [b] ſint, & tranſactorum ſingula quanta fuerint, quibuſve oſtentis eorum exitus deſignati ſint, continetur. Itaque ſcriptum eſt, quatuor prima ſaecula, [11] annorum fuiſſe centum & quinque: quintum, centum [c] viginti trium, ſextum, undeviginti & centum: ſeptimum, totidem: octavum tum demum agi: nonum, & decimum [d] ſupereſſe. Quibus tranſactis finem fore nominis Etruſci. Romanorum autem ſaecula quidam [12] ludis ſaecularibus putant diſtingui. Cui rei fides ſi certa eſt, modus Romani ſaeculi eſt incertus. Temporum enim intervalla, quibus ludi iſti debeant referri, non modo quanta fuerint retro, ignoratur: ſed ne quanta [e] quidem eſſe debeant, ſcitur. Nam ita inſtitutum eſſe, [f] ut centeſimo quoque anno fierent, [13] id, [g] cum Antias aliique hiſtorici auctores ſunt, tum Varro de Scenicis Originibus libro primo ita ſcriptum reliquit: *Cum multa portenta fierent, & murus ac turris, quae ſunt* [h] *intra portam*

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* quo. b *Lugd. Bat.* ſunt. c *Lugd. Bat.* triginta trium. d *Lugd. Bat.* ſuperaſſe. e *Lugd. Bat.* quidem *delet.* f *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deeſt.* g *Germ. & Ald.* tum Ant. h *Lugd. Bat.* inter.

NOTAE.

11 *Annorum fuiſſe centum*] Addidi ex Aldina & Germanica editione *quinque*: & ſtatim legendum, *quintum centum viginti trium.* Quod etiam admonuit Carrio lib. II. Emendat. cap. I. IDEM.

12 *Ludis ſaecularibus*] De ludis ſaecularibus videndus Feſtus. Valer. Maxim. lib. II. cap. 4. Herodian. lib. III Zoſim. lib. II. Hiſt. & qui plena manu de illis diſſeruit Onuphrius Panvin. IDEM.

13 *Id cum Antias*] Sic Aldina & Germanica editio, itemque membranae Fr. Modii. IDEM.

14 *Li*

tam Collinam, & [a] Eſquilinam, de coelo eſſent tacta, & ideo [14] *libros Sibyllinos X-viri adiſſent;* [b] *renuntiarunt, uti Diti patri, & Proſerpinae, ludi* [c] *Terentini in campo Martio* [d] *fierent, &* [15] *hoſtiae furvae inmolarentur; utique ludi centeſimo quoque anno fierent.* Item T. Livius libro CXXXVI. *Eodem anno ludos ſaeculares Caeſar ingenti adparatu fecit; quos centeſimo quoque anno (*[16] [e] *is enim terminus ſaeculi) fieri mos.* [17] [f] At contra, ut decimo centeſimoque anno repetantur, tam Commentarii quindecimvirorum, quam D. Auguſti edicta teſtari videntur. Adeo ut [18] Horatius Flaccus in carmine, [g] quod ſaecularibus ludis cantatum eſt, id tempus hoc modo deſignaverit:

Certus undenos decies per annos
Orbis ut cantus referatque ludos
Ter die clara, [h] *totienſque grata*
Nocte frequentes.

At

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. & Germ.* Exquilinam. b *Lugd. Bat.* renunciaverunt. c *Lugd. Bat.* Tarentini. d *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* fierent tribus noctibus, & hoſtiae. e *Lugd. Bat. & Germ.* his. f *Germ. & Ald.* utque. *Lugd. Bat.* ut contra nonageſimo quoque. g *Germ.* quod de ſaecul. h *Ald.* totidemque.

NOTAE.

14 *Libros Sibyllinos X-viri*] Sic Aldus & Germanica editio; idque verius eſſe puto. Quindecim virorum enim inſtitutio poſterior fuit. Vid. Auſon. in Grypho Ternarii numeri in fin. IDEM.

15 *Hoſtiae furvae*] Id eſt, nigrae. Valer. Maxim. lib. II. c. 4. IDEM.

16 *Is enim terminus ſaeculi*] Sic Aldus, quae lectio melior. videtur. LIND. MS. Colon. *quae dum.* Modius, *quae quidem*, ED. CANTABR.

17 *At contra ut decimo centeſimoque*] Ludos ſaeculares centeſimo decimo quoque anno factos, indicant verſus Sibyllini, apud Phlegont. Trallian. περὶ Θαυμασ. pag. 94. & Zoſim. lib. II. Hiſt. pag. 670. idque verius eſſe, erudite docet Joſephus Scaliger lib. II. de Emend. temp. pag. 137. & Onuphrius Panvin. de Lud. ſaecul. IDEM.

18 *Horatius*] Epod. lib. IDEM.

19 *Pri-*

At enim, temporum [a] ſi veterum revolvantur annales, longe [b] magis in incerto invenietur. [19] [c] Primos enim ludos ſaeculares exactis [d] regibus poſt Romam conditam [20] annis [e] CCXLV. à Valerio Publicola inſtitutos eſſe, [f] Valerius Antias ait: [g] at XV-virorum [h] Commentarii [i] annis [k] CCLXXXXVIII, M. Valerio, [l] Sp. Verginio Coſs. [m] ſecundos ludos; ut Antias vult, anno poſt urbem conditam [n] quinto trecenteſimo: ut vero in Commentariis [o] quindecim-virorum ſcriptum [p] eſt [q] anno octavo & quadringenteſimo; [21] M. Valerio [r] Corvino [s] iterum, C. [t] Poetilio Coſs. Tertii ludi fuerunt, Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, [u] C. Junio Pullo Coſs. [x] aut, ut in libris quindecim-virorum ſcriptum eſt, anno quin-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* veterum ſi. b *Lugd. Bat.* magis incerti. c *Germ.* primo. d *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* regibus cum poſt. e *Germ.* CCL. *Ald.* CCLV. f *Haec Aldus & Lugd. Bat. non habent.* g *Lugd. Bat. & Ald.* eſſe ad XL. virorum. *cui congruit Germ. praeter* τὸ eſſe, *quod non agnoſcit.* h *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* Commentarios. i *Lugd. Bat. & Ald.* ante. k *Germ.* CCXCIX. l *Germ. & Ald.* Sp. Virginio. m *Haec in Lugd. Bat. Germ. & Ald. editione non habentur.* n *Lugd. Bat. Germ.* VIII. & XL. *Ald.* VII. & XL. o *Lugd. Bat. & Germ. & Ald.* XII. p *Lugd. Bat. delet* eſt. q *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* CCCCX. r *Ald.* Corvo. s *Germ. deeſt.* t *Ald.* Poetelio. u *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* L. Junio. x *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deſunt.*

NOTAE.

19 *Primos enim ludos ſaeculares*] Magnae de temporibus horum ludorum crrae olim contentiones inter Robertellum & Sigonium; ſed praeſtat Lectorem amandare ad C[illegible]eri Facem Artium, Tom. ſecundo Emendavit & hunc locum ſatis prolixè Onuphrius in libro de Ludis ſaecularibus pag. 9. ED. CANTABR.

20 *Annis ducentis quadraginta quinque*] Primo igitur ſuo conſulatu Val. Publicola ludos ſaeculares fecit, juxta ſententiam Valerii Antiatis, & Zoſimi lib. II. Hiſt. pag. 668. Nam regnatum eſt Romae An. CCXLIV. teſte Livio lib. I. in fin & Cenſorino inf. hoc capite. LIND.

21 *M. Valer. Corvino*] In Faſtis Onuphrii eſt: *M. Valerio. M. F. M. N. Corvo II. C. Poetilio. C. F. C. N. Libone Viſolo.* At Zoſimus ſecundos ludos ſaeculares in quartum conſulatum M. Popilii refert, lib. II. pag. 669. IDEM.

22 *Cae-*

quingenteſimo duodeviceſimo, P. Cornelio Lentulo, C. [a] Licinio Varo Coſs. De quartorum ludorum anno triplex opinio eſt. Antias enim, & Varro, & Livius, relatos eſſe prodiderunt, L. [b] Marcio Cenſorino, M. Manilio Coſs. poſt Romam conditam anno DCV. At Piſo Cenſorius, & Cn. Gellius, ſed & Caſſius Hemina, qui illo tempore vivebat, poſt annum factos tertium adfirmant, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico Coſſ. id eſt, [c] anno DCVIII. In quindecim-virorum autem Commentariis notantur ſub anno [d] DCXXVIII. [e] M. Æmilio Lepido, L. Aurelio Oreſte Coſſ. Quintos [f] ludos C. Furnio, C. Junio [g] Silano Coſſ. anno [h] DCCXXXVII, [22] Caeſar Auguſtus & Agrippa fecerunt. Sextos autem fecit [23] T. Claud. Caeſar, [i] ſe IV. & L. Vitellio III. Coſſ. [k] anno IƆCCC. [24] Septimos [25] Domitianus, [l] ſe XIV. &

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* Livio Varro. b *Lugd. Bat.* Valerio. c *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* DCIII. d *Germ. & Ald.* annis DCXXIX. e *In Germ. Lugd. Bat. & Ald.* M. *omiſſum eſt.* f *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* ludos Furnio. g *Lugd. Bat. Germ.* Syllano. h *Germ.* DCXXXVII. i *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* ſe III. k *Ald.* DCCXLI. l *Germ. deeſt.*

NOTAE.

22 *Caeſar Auguſtus*] Horum ludorum meminit Plin. lib. VII. cap. 48. Sueton. in Auguſto c. 31. Dion. Caſſ. lib. LIV. pag. 610. Ovid. lib. II. Triſt. Eleg. I.

Juſſerat & Phoebo dici, quo tempore ludos
Fecit, quos aetas aſpicit una ſemel.

Huc pertinet nummus Sebaſtiani Erizzii, pag. 145. At Zoſimus lib. II. Hiſt. pag. 669. hos ludos L. Cenſorino & C. Sabino Coſſ. factos eſſe auctor eſt. IDEM.

23 *Tib. Claudius*] Sueton. in Claud. cap. 21. Tacit. lib. XI. Annal Plin. lib. VII. cap. 48. & lib. VIII. cap. 42. Zoſimus lib. II. Hiſt. IDEM.

24 *Septimos Domitianus, ſe XIV. & L. Minutio Rufo Coſſ.*] Sic correximus ex nummis antiquis apud Gulielmum Choul. pag. 284. & ſeq. Idemque monuit ante Lud. Carrio lib II. Emend. cap. I. Videndus Sueton. in Domitiano cap. 4. Zoſim. lib. II. Hiſt. IDEM.

25 *Domitianus anno* IƆCCCXLI.] Joſeph. Scaliger legit IƆCCCXLII. ED. CANTABR.

& L. Minucio Rufo Coſſ., anno [a] IↃCCCXLI. [26] Octavos [b] imperatores Septimius & [c] M. Aurelius Antoninus, Cilone & [d] Libone Coſſ. anno [e] IↃCCCCCLVII. Hinc animadvertere licet, neque [f] poſt centum annos, [g] ut hi referrentur ludi, [h] ſtatum [i] eſſe, neque [k] poſt centum decem. Quorum etiamſi alterutrum retro fuiſſet obſervatum, non tamen [l] id ſatis argumenti eſſet, quo quis his ludis ſaecula diſcerni conſtanter adfirmet; praeſertim cum ab urbis primordio, ad reges exactos, [27] annos CCXLIV. factos eſſe, nemo [m] ſit auctor. Quod tempus proculdubio naturali majus eſt ſaeculo. Quod ſi quis credit, ludis ſaecularibus [n] ſaecula diſcerni, ſola nominis origine inductus: ſciat, ſaeculares dici potuiſſe, quod plerumque ſemel [o] fiunt, hominis aetate. Ut multa alia, quae [p] raro fiant. poſt ſaeculum evenire, loquentium conſuetudo uſurpat. Sed noſtri majores, [28] quod na-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* CC∞XLI. b *Ald.* Imperatores L. Sept. c *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* inde Aurelius. d *Germ.* Jubeno. *Ald.* Jubone. e *Lugd. Bat. & Germ.* DCCCLVII. *Ald.* CC. ∞ LXVII. f *Germ.* poſt CX. g *Germ. & Ald.* uti referuntur. h *Lugd. Bat. & Germ.* ſtatutum. i *Germ. & Ald.* eſſe ſaeculum neque. k *Germ.* poſt XC. l *Lugd. Bat.* ſatis id. m *Germ. & Ald.* annis. n *Lugd. Bat.* auctor ſit. o *à Germ. & Ald. abſunt.* p *Germ.* raro ſunt. *Lugd. Bat. & Ald.* rara ſunt.

NOTAE.

26 *Octavos Imperatores Septimius & M. Aurelius Antoninus*] Sic legendum, non *Antonius*, ut Carrio edidit. Vid. Æl. Spartian. in Severo. & paulo poſt, *anno* IↃCCCLVII. non IↃCCLVII. ut eſt in eadem editione. Vid. Onuphr. de Ludis ſaecul. Mentionem horum ludorum faciunt Herodian. lib. III. pag. 527. Zoſim. lib. II. pag. 669. Vid. nummum Sebaſt. Erizzi pag. 566. LIND.

27 *Annos* CCXLIV.] Sic Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. I. pag. 61. Liv. lib. I. in fin. At Feſtus Rufus in Breviario, & Auguſtin. lib III. de Civit. Dei. cap. 15. à primordio urbis, uſque ad reges exactos, numerant annos CCXLIII. omiſſo nimirum anno interregni, inter Romulum & Numam. IDEM.

28 *Quod naturale ſaeculum*] Sic Aldus, idque rectius. Carrionis

Germ.

naturale ſaeculum quantum eſſet, exploratum non habebant, [a] civile [29] ad certum annorum [b] modulum centum ſtatuerunt; [30] teſtis eſt Piſo, in cujus Annali ſeptimo ſcriptum [c] eſt ſic: [d] *Roma condita anno* [e] IↃXCVI *ſaeculum accipit, his conſulibus* [f] *quis proximi ſunt Conſules M. AEmilius M. F. Lepidus, C. Popilius II. abſens.* Sed, ut hunc [g] numerum conſtituerent noſtri, nonnihil cauſae fuit; [h] primum, quod multos ſuorum civium ad hanc aetatem [i] vitam producere videbant. Dein quod Etruſcos, [31] quorum prima ſaecula centenum fuerant annorum, etiam hic, ut in aliis plerumque, imitari voluerunt. Praeterea fieri poteſt, quod refert Varro, [k] quodque [l] Dioſcorides aſtrologus [m] ſcripſit, [32] Alexandriae inter eos, qui mortuos ſo-

VARIAE LECTIONES.

a *à Germ. & Ald. abeſt.* b *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* modulum annorum centum. c *Lugd. Bat.* ſic eſt. d *Ald.* A Roma. e *Germ.* CCLVIII. *Ald.* DVII. *Lugd. Bat.* CLVII. f *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* qui. g *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* hunc annorum numerum. h *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deeſt.* i *Ald.* centum fuere. k *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* quod. l *Germ.* Diaſcorides. *Lugd. Bat.* Dioſtorides. m *Lugd. Bat.* ſcribit.

NOTAE.

Germ. editio, *natura, ſaeculum.* Idem.

29 *Ad certum annorum modulum*] Varro lib. v. de Ling. Lat. *ſaeculum ſpatium annorum centum vocarunt, dictum à ſene, quod longiſſimum ſpatium ſeneſcendorum hominum id putarunt.* Idem.

30 *Teſtis eſt Piſo*] Vid. Joſeph. Scalig. lib. v. de Emendat. temp. pag. 367. Idem.

31 *Quorum prima ſaecula centenum*] Sup. hoc cap. Idem.

32 *Alexandriae inter eos, qui mortuos ſolent conſervare*] *Conſervare*, id eſt, ταριχεύειν, vel ſalire, ut Varro inquit lib. xv. Rerum citante Diomede Grammat. lib. I. De condiendorum vero cadaverum ritu apud AEgyptios, vide ſis Geneſ. cap. 50. verſ. 2. & 26. Herod. lib. II. pag. 135. Sextum Empir. lib. III. Pyrrhon. hypotheſ. cap. 24. Diodor. Sicul. lib. I. pag. 57. & 58. Lucian. de luctu. Silium Ital. lib XIII. Pompon. Melam. lib. I. cap. 9. Gell. lib. x. cap. 10. Diogen. Laërt. lib. IX. in Pyrrhone. Idem.

 33 *Plu*

ſolent conſervare, [a] conſtare, hominem [33] plus centum annis vivere non poſſe: id cor humanum declarare eorum, qui integri [b] perierunt ſine corporis tabe. [c] Eo, quod [d] id multis annis [e] pendendo, omnis aetatis [f] incrementa & [g] deminutiones [h] obſervent: & anniculi pendere duas drachinas, bimi quatuor, & ſic in annos ſingulos, uſque ad quinquaginta, [i] accedere binas; [k] ab iis centum drachmis ab anno quinquageſimo item decedere in unoquoque binas. Ex quo perſpicuúm ſit, centeſimo anno redire ad anni primi pondus, nec longius [l] vitam poſſe [m] produci. Quoniam igitur civile Romanorum ſaeculum centum annis tranſigitur, ſcire licet, in decimo ſaeculo [n] & primum natalem tuum fuiſſe, & hodiernum eſſe. Quot autem ſaecula urbi Romae debeantur, dicere meum non eſt: ſed, quid apud Varronem legerim, non tacebo. Qui libro Antiquitatum duodeviceſimo ait, fuiſſe [o] Vettium Romae in augurio non ignobilem, ingenio [p] magno, cuivis [q] docto in diſceptando parem: eum ſe audiſſe dicentem: Si ita eſſet, ut [r] traderent hiſtorici, de Romuli urbis condendae auguriis, ac [34] duodecim vulturibus: quoniam cxx. annos incolumis praeteriiſſet populus

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald. deeſt.* b *Germ. & Ald.* perierint. c *Lugd. Bat. Ger. & Ald.* ideo. d *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deeſt.* e *Lugd. Bat. & al.* pependit cor hominis. f *al.* incrementa aetatis &c. g *Germ.* diminutiones. h *Germ. & Ald.* conſervent. *Lugd. Bat.* conſervant. i *Germ. editio non habet.* k *Lugd. Bat.* ab his. l *Germ. deeſt.* m *Lugd. Bat.* producere. n *Lugd. Bat* ut. o *Germ.* Vectium, *Lugd. Bat.* Vetium. p *Germ. deeſt.* q *Germ. & Ald.* doctori. r *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* tradebant.

NOTAE.

33 *Plus centum annis*] Idem narrat Plin. lib. XI. cap. 37. Idem.

34 *Duodecim vulturibus*] De hoc augurio Liv. lib. I. Aurel. Vict. de Orig. gent. Rom. Idem.

35 *Ad*

Digitized by Google

lus Romanus, [35] ad mille & ducentos perventurum.

NOTAE.

35 *Ad mille & ducentos*] Reſpexerunt ad hoc vaticinium Claudianus lib. de bello Getico. verſ. 265. & Sidonius Apollinaris in Panegyr. Avito dicto. verſ. 357. Vid. Coel. Rhodig. lib. XXVII. cap. 8. IDEM.

CAPUT XVIII.

HActenus dictum de ſaeculo. Nunc de annis majoribus dicam. Quorum magnitudo adeo diverſa, [a] tam gentibus obſervata, quam auctoribus tradita eſt, ut [b] alii annum magnum eſſe in annis vertentibus duobus, alii in multis [c] annorum millibus arbitrati ſint. quod quale ſit, [d] jam nunc conabor abſolvere. Veteres in Graecia civitates cum animadverterent, dum Sol annuo curſu [e] orbem ſuum circuit, [f] Lunam interdum ter decies exoriri, idque ſaepe alternis fieri: arbitrati ſunt, lunares XII. menſes, & dimidiatum, ad annum naturalem convenire. Itaque annos civiles ſic ſtatuerunt, ut interkalando facerent alternos XII. menſium, alternos XIII. utrumque annum [g] ſeparatim, vertentem; junctos [h] ambos, annum magnum vocantes. Idque tempus τριετηρίδα adpellabant, quod tertio quoque anno [i] interkalabatur, quamvis biennii circuitus, & revera διετηρὶς eſſet. unde [1] myſteria, quae Libero

a pa-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* etiam. b *Lugd. Bat. Ald.* alii unum annum. c *Lugd. Bat.* millibus annorum. d *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* hinc. e *Lugd. Bat.* orbem circuiret. f *Lugd. Bat.* Lunam novam interdum. g *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* ſeparatum. h *Germ.* ambo. i intercalabatur, q. bi. circ. & rev. διετ. eſſet. d. m. q. L. p. al. f. an. tr. a. poët. d. Poſtea, cog. er. h. t d. & τριετ. f. ſed. eam, quod q. quoque anno. *Haec omnia in Lugd. Bat. Collat. & in Germ. Editione deſiderantur.*

NOTAE.

1 *Myſteria*] Vid. Diodor. Sicul. lib. IV. pag. 211. fuerunt autem trina Liberalia, Athenis, ut eleganter id docet Joſephus Scali-

[a] patri alternis fiunt annis, [2] trieterica à poëtis dicuntur. Poſtea, [3] cognito errore, hoc tempus duplicarunt, & τετραετηρίδα fecerunt. [b] Sed eam, quod quinto quoque anno redibat, [c] πενταετηρίδα [d] nominabant. Qui annus magnus [e] ex quadriennio commodior viſus eſt. [f] Ut annus [g] Solis [h] conſtaret ex diebus CCCLXV. & diei parte circiter quartæ, [4] quae [i] unum [k] in [l] quadriennio [m] diem conficeret. Quare Agon & [5] in Elide Jovi Olympio, & [6] Romae Capitolino, quinto quoque anno redeunte celebratur. Hoc [n] quoque tempus, [o] quod ad Solis modo curſum, nec ad Lunae, con-

VARIAE LECTIONES.

a *Ald. deeſt.* b *Ald.* ſed & eam. *Lugd. Bat* ſed ad eam. c *Germ.* Penteterida. d *Germ. adjicit* quod quinto quoque anno. e *Germ. deeſt.* f *Lugd. Bat. Germ. & Ald. non habet.* g *Lugd. Bat. tranſponit* annum ſolis. *Germ. adjicit* annum. h *Germ. & Ald.* conſtare. i *Germ.* primum. k *Germ. deeſt.* l *Germ. & Ald.* quadriennium. m *Germ. deeſt.* n *Germ. & Ald. deeſt.* o *Ald.* quoniam.

NOTAE.

liger lib. I. de Emendat. temp. pag. 29. LIND.

2 *Trieterica*] Virgil. lib. IV. AEneid.

—— ubi audite ſtimulant trieterica Baccho
Orgia.

Ovid. lib. I. Faſt.

Feſta corymbiferi celebrabat Graecia Bacchi
Tertia quae ſolito tempore bruma refert.

Pap. Statius lib. II. Thebaid.

—— non haec trieterica vobis
Nox patrio de more venit.

IDEM.

3 *Cognito errore*] Ut errorem hunc noſcas, ſic habeto. Annus ſolaris dies habet 365. & quadrantem. Annus Lunaris autem 345. Duo anni ſolares dies habent $730\frac{1}{2}$ duo vero Lunares anni, continent dies 708. Excedunt igitur duo anni Solares conjuncti annos Lunares duos $22\frac{1}{2}$ diebus, ex quibus conſtituebant menſem embolimum. Sed non habita ratione dimidiati diei, qui ſupererat, interkalabantur tantum dies 22. Cognito igitur hoc errore, rationem ſuperiorem interkalandi mutaverunt. IDEM.

4 *Quae unum in quadriennio diem*] MS. Colon. *quae primum in quadriennio diem conficeret.* MODIUS.

5 *In Elide*] Vid. Pindar. in Olymp. Ode II. VIII. & IX. Pompon. Mela lib. II. cap. III. Iſaac. Tzetz. in Lycophron. pag. 14. Joſeph. Scalig. lib. I. de Emend. temp. pag. 27. LIND.

6 *Romae Capitolino*] Vid. inf. ID.

7 *Nam*

Digitized by Google

congruere videbatur, duplicatum eſt; & ὀκταετηρὶς facta, quae tunc ἐννεαετηρὶς vocitata. Quia primus ejus annus nono quoque anno redibat. Hunc circuitum [a] verum annum magnum eſſe, pleraque Graecia exiſtimavit: quod ex annis vertentibus ſolidis conſtaret, ut proprie in anno magno fieri par eſt. [7] Nam dies ſunt ſolidi, uno minus centum, annique vertentes ſolidi octo. [b] Hanc ὀκταετηρίδα vulgo creditum eſt ab [8] Eudoxo Cnidio inſtitutam. Sed hanc [c] Cleoſtratum Tenedium primum ferunt compoſuiſſe, & poſtea [d] alios aliter. Qui menſibus varie intercalandis ſuas ὀκταετηρίδας protulerunt. Ut fecit Harpalus, Nauteles, [e] Mneſiſtratus, item alii, in quis [f] Doſitheus. Cujus maxime ὀκταετηρὶς, Eudoxi inſcribitur. Ob hoc multae in Graecia religiones hoc intervallo temporis ſumma caeremonia coluntur. [9] Delphis quo-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* vere. b *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* deeſt. c *Lugd. Bat. & Ald.* Leoſtratum. d *Lugd. Bat.* alius *Germ. & Ald.* alii. e *Germ.* Mneſtratus. f *Germ.* Doxitheus. *Lugd. Bat.* Doxitatus.

NOTAE.

7 *Nam dies ſunt ſolidi*] Locus eſt mutilus; qui tamen ex Gemino de Apparentiis coeleſtib. cap. VI. pag. 129. & Solin. cap. II. redintegrari poteſt. Legendum itaque cenſeo: *Nam dies ſunt ſolidi* CIϽ CIϽ DCCCCXXII, *menſes uno minus centum, annique vertentes ſolidi octo.* Vid. Suid. in ἐνιαυτός. IDEM.

Nam dies ſunt ſolidi uno minus centum] Scaliger Emend. Temp. lib. II. legit & ſupplet, *Nam dies ſunt ſolidi ducenti noningenti viginti duo, menſes uno minus centum, &c.* Sed hic proculdubio erratum eſt in utraque Editione; *ducenti* enim poſitum pro *bis mille*. ED. CANTABR.

8 *Eudoxo Cnidio*] Vid. Diogen. Laërt. lib. VIII. in ejus vita, & Suid. in Εὔδοξος. De reliquis Octaëteridum ſcriptoribus, quorum hic fit mentio, vide quae accuratiſſime ſcripſit ſummus vir Joſephus Scaliger. lib. II. de Emend. temp. LIND.

9 *Delphis quoque ludi*] Videndus Scaliger lib. II. de Emendat. tempor pag. 50. ubi agit de periodo Delphorum Pythica. IDEM.

10 Δω-

Digitized by Google

quoque ludi, qui vocantur Pythia, poſt octavum annum olim conficiebantur. [a] Proxima eſt hanc magnitudinem, quae vocatur [10] δωδεκαετηρὶς, ex annis verſentibus duodecim. Huic anno Chaldaico nomen eſt, quem Genethliaci non ad Solis Lunaeque curſus, ſed ad obſervationes alias habent accommodatum: [11] quod in eo dicunt tempeſtates, frugumque [b] proventus, ſterilitates item, morboſque [c] circumire. Praeterea ſunt anni magni complures: ut Metonicus, quem [12] Meton Athenienſis ex annis undeviginti conſtituit, eoque ἐννεαδεκαετηρὶς adpellatur, & interkalatur ſepties, [d] in eoque anno ſunt dierum [13] ſex millia & [e] DCCCCXL. Eſt & [14] Philolai Pythagorici annus, ex annis LIX. in quo ſunt menſes interkalares viginti & unus. Item [15] [f] Callippi [g] Cyziceni, ex annis LXXVI; ita ut menſes duodetriginta [h] interka-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* proxime. b *Lugd. Bat. Germ.* proventus, ac ſterilitates morboſque. c *Lugd. Bat.* circuire. d *Lugd. Bat.* inque eo anno. e *Lugd. Bat. Germ.* CCCCXL. *Ald.* CCCXL. f *Germ.* Calippi. g *Quod ſequitur, non eſt in editione Germanica.* h *Germ. & Ald.* intercalarentur.

NOTAE.

10 *Δωδεκαετηρὶς*] De hac quoque videndus Scaliger lib. II. de Emend. tempor. & lib. III. canon. Iſagog. pag. 175. IDEM.

11 *Quod in eo dicunt tempeſtates*] MS. Colon. plenius & melius, *quod in eo dicunt tempeſtates frugumque proventus, ac ſterilitates, item morbos ſalubritateſque circumire.* MODIUS.

12 *Meton Athenienſis*] AEliano lib. X. Variar. Hiſt. cap. VII. eſt Lacedaemonius. IDEM.

13 *Sex millia* DCCCCXL.] Ita legendum eſſe Joſephus Scaliger lib. II. de Emend. temp. pag. 47. evidentiſſime demonſtrat. IDEM.

14 *Philolai Pythagorici annus*] De quo conſulas eundem Scaligerum lib. II. dicti operis. IDEM.

15 *Callippi Cyziceni*] Achilles Statius in Prolegom. in Arat. annum magnum Callippicum ſeptuaginta annos vertentes duntaxat continuiſſe ſcribit, ſed falſo. Melius te Scaliger docet lib. II. de Emend. temp. pag. 81. IDEM.

16 Et

kalentur. [16] & Democriti, ex annis LXXXII; [17] cum interkalares [a] ſint [b] perinde viginti octo. Sed & [18] Hipparchi, ex annis CCCIV. in quo interkalatur centies bis. Haec annorum magnitudo eo diſcrepat, quod inter aſtrologos non convenit, quanto vel Sol plus quam trecentos ſexaginta quinque dies in anno conficiat, vel Luna minus quam triginta in menſe. Ad AEgyptiorum vero annum magnum Luna non pertinet, [19] quem Graece *κυνικὸν*, Latine canicularem vocamus, propterea quod initium illius ſumitur, cum primo die ejus menſis, [20] quem vocant AEgyptii Thot,

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* proinde *deleto* ſint. b *Germ. deeſt.*

NOTAE.

16 *Et Democriti*] Vid. Diogen. Laërt. lib. IX. in vita Democriti. IDEM.

17 *Cum interkalares ſint viginti octo*] Sic Germanicum & Aldinum exemplar. Carrio male ediderat: *Cum interkalares dies ſint perinde viginti octo.* Non enim viginti octo dies, ſed menſes, in hoc Democriti anno intercalantur. Vid. Scalig. lib. II. de Emend. temp pag. 160. IDEM.

18 *Hipparchi ex annis*] Vid. Scalig. lib. II. de Emendat. temp. p. 105. IDEM.

19 *Quem Graece κυνικὸν*] A ſtella nimirum, quam ἀστρόκυνα quidam, AEgyptii vero σῶθιν appellant. Horus Apol. cap. III. & Plutarch. in lib. de Iſid. Chalcid. in Timaeum Platon. pag. 92. *Quam rationem* (inquit) *ſecutus vates etiam Homerus, ortum caniculae, canem Orionis appellat. Cum hanc eandem ſtellam ἀστρόκυνον quidam, AEgyptii vero σολεχλὼ vocant. Cujus completur annus, qui κυνικὸς vocatur; annis mille quadringentis ſexaginta.* Corrupte; lege ἀστρόκυνα & σῶθιν. Porphyr. de Antro nymph. p. 235. Αἰγυπτίοις δὲ ἀρχὴ ἔτους, οὐχ' ὁ ὑδροχόος, ὡς Ῥωμαίοις, ἀλλὰ καρκίνος· πρὸς γὰρ τῷ καρκίνῳ ἡ σῶθις, ἣν κυνὸς ἀστέρα Ἕλληνές φασι. IDEM.

20 *Quem vocant AEgyptii Thot*] Cic. lib. III. de Divinat. *Hunc (Mercurium) AEgyptii Thoyth appellant, eodemque nomine anni primus menſis apud eos vocatur.* Lactant. lib. I. Inſtit. cap. VI. *Hunc (Mercurium) AEgyptii Thot appellant, a quo apud eos primus anni ſui menſis, id eſt, September, nomen accepit.* Meminit hujus Euſeb. lib. I. de Praeparat. Evangel. pag. 23. Stob. lib. I. Eclog. phyſ. cap. II. in princ. Arnob. lib. II. Adverſ. gent. Theon. Scholiaſtes Arati pag. 158. Plin. lib. XXVII. cap. 12. Sed ibi corrupte legitur *Thiatin.* IDEM.

21 Ca-

Digitized by Google

Thot, [21] caniculae ſidus exoritur. Nam eorum annus civilis [22] [a] ſolos habet dies CCCLXV, ſine ullo interkalari. [23] [b] Itaque [c] quadriennium [d] apud eos [24] uno circiter die minus eſt, quam naturale quadriennium: [e] eoque fit, ut anno [25] [f] MCCCCLXI. [g] ad idem revolvatur principium. [26] Hic annus etiam

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* ſolus. b *Germ. deeſt.* c *Germ.* quadriennio. d *Haec in Germ. Editione deſunt.* e *Germ.* eo. f *Germ.* MCCCLXI. g *Lugd. Bat.* ad diem.

NOTAE.

21 *Caniculae ſidus oritur*] De ortu caniculae vide Plin. lib. II. cap. 47. & lib. XVIII. cap. 28. Varron. lib. I. de Re ruſt. cap. 28. IDEM.

22 *Solos habet dies*] Fortean legendum *Solidos*. IDEM.

23 *Itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus eſt*] Nugatur hic Cenſorinus. civilis annus AEgyptiorum nihil diſcrepabat à naturali: cum enim annum ſuum auſpicarentur ab ortu Caniculae, atque ad alterum ejus Caniculae ortum extenderent ac terminarent, palam eſt quadrantem diei in anno ſuo comprehendiſſe, teſtis eſt Diodorus, Salmaſius ad Solinum. ED. CANTABR.

24 *Uno circiter die minus eſt*] Lucem huic loco praebet Geminus, pag. 123. Vide tamen Scaligerum, qui Cenſorinum aliquoties circa hunc annum κυνικὸν erroris coarguit, lib. II. de Emendat. tempor. cap. de anno AEgyptiaco. LIND.

25 *Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo*] Sic Aldus edidit. Et recte quidem. Nam ſi 1460. quadrantes, quos, ut Cenſorinus opinatur, AEgyptii negligebant, colligas, fiunt dies 365. quibus conſtat annus ſolaris aequalis. Atque ita 1461. anni AEgyptiaci, reſpondent noſtris 1460. annis. Vid. Chalcid. loco paulo ante citato. Germanica & Carriana editio hoc loco vitioſa eſt. IDEM.

26 *Hic annus etiam ἡλιακὸς à q. dicitur*] Annus qui ab Horo vocatur Θεῦ, & à Plinio *Canarius*, ac perinde ἡλιακὸς (ejuſdem enim rei tria ſunt nomina) non eſt magna illa revolutio quam heic innuit Cenſorinus, sed eſt annus dierum $363\frac{1}{4}$ ut Horus ipſe teſtatur in verbis Hierogl. quinti. quare etiam ab eodem ibidem ἔτος ἐνιστάμενον vocatur, Cenſorinus vertentem appellat, nec differt à noſtro praeterquam quod in eo AEgyptii quadrantem admitterent nec quadriennium interkalandi cauſa exſpectarent. Hoc etiam anno uſos Athenienſes probat J. Scaliger Proleg. ad Emend. Temp & ipſo opere. nam etſi anno Lunari uterentur propter quoſdam dies feſtos Neomeniis obſervandos vel Pleniluniis; debebant tamen uti ſolari in quibuſdam caſibus; alioquin quae AEſtate fieri neceſſe erat, Hyeme facta eſſent, qui annus

etiam ἡλιακὸς à quibuſdam dicitur; & ab aliis ὁ [27] [a] θεοῦ ἐνιαυτός. [28] Eſt praeterea annus, quem Ariſto-

VARIAE LECTIONES.

a *Ald.* Διοψενιαυτός. *Germ.* ἐνιαυτός.

NOTAE.

nus utpote lunari major, vel etiam quia in eo fit alluſio ad ἡλιαία & ἡλιαστάς, bilem in naſum conciebat clienti cuidam apud Poetam cujus verba adduxit Dicaearchus, quae partim ab H. Stephano partim jam emendata ex antedictis plana ſunt:

Αὕτη πόλις ἐσθ' Ἑλλήνις ἡ διστὴ ῥόδοις
Εὐωδίαν ἔχουσα καὶ ἁμοὶ ἀηδίαν.
Τὰ γὰρ ἡλιαία μεγάλην εἰς χολήν μ' ἄγει,
Τὸ δὲ ἡλιακὸς ἔτος με μαίνεσθαι ποιεῖ.
Ὅταν δὲ τὴν λευκήν τις αὐτῶν πράξῃς
Ἡλιακὸν εἶναι στέφανον εἴπῃ, πνίγομαι
Οὕτως ἐπ' αὐτοῖς, ὥς τε μᾶλλον ἂν θέλειν
Ἀποκαρτερεῖν ἢ ταῦτ' ἀκούειν.

En jocum! λευκὴν ψῆφον vocant ἡλιακὸν στέφανον qui jocus multo magis ſimili de cauſa, loquentem irritat. ED. CANTABR.

27 Θεοῦ ἐνιαυτὸς] Θεοῦ, id eſt, Solis. Nam vocabulum *Deus* abſolute poſitum, Solem ſignificare exemplis aliquot docet Cartio lib. II. Emend. cap. I. Quibus adde Polſucem lib. I. cap. 7. ubi inter alia anni ſynonyma etiam hoc ponit, περιελθόντος ἐξ ὡρῶν εἰς ὥρας τοῦ θεοῦ. LIND.

28 *Eſt praeterea annus quem Ariſtoteles maximum*] Haut ſcio an innuat locum Ariſtotelis lib. I. Meteor. cap. 14. ἀλλὰ πάντων τούτων αἴτιον ὑπολεπτέον, ὅτι γίγνεται διὰ χρόνων εἱμαρμένων, οἷτε ἐν ταῖς κατ' ἐνιαυτὸν ὥραις χειμών. οὕτω περιόδου τινὸς μεγάλης μέγας χειμών, καὶ ὑπερβολὴ ὄμβρων. De hoc anno magno Plato in Timaeo. ἔστι δ' ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατὸν ὡς ὅγε τέλειος ἀριθμὸς χρόνου τὸ τέλειον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλήν, τῷ τοῦ ταυτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ. Quae verba ita vertit Chalcidius p. 105. *Eſt tamen intellectu facile, quod perfectus temporis numerus perfectum annum compleat, tunc demum, cum omnium octo circumactionum curſus peracti, velut ad originem & caput circumactionis alterius revertentur, quam ſemper idem atque uniformis motus dimetietur.* De anno magno vide praeterea Apul. de dogm. Platon. pag. 34. Theon. in Arat. pag. 152. Plutarch. lib. II. de placit. Philoſ. cap. 32. Achil. Stat. Proleg. in Arat. pag 89. Joſeph. lib. I. Antiq. Judaic. cap. 4. Photii Biblioth pag. 714. Stobaeum Eclog. Phyſ. lib. I. cap. II. pag. 21. Ciceron. lib. II. de Natura Deor. Servium lib. III. AEneid. ad verſum, *Interea magnum Sol circumvolvitur annum.* Jul. Firm. lib. I. Matheſ. in praefat. Feſtum lib. XI. Marium Victorin. lib. I. Rhetor.

G

Digitized by Google

ſtoteles maximum potius, quam magnum, adpellat. quem Solis, Lunae, vagarumque quinque ſtellarum orbes conficiunt, cum ad idem ſignum, ubi quondam ſimul fuerunt, una referuntur, cujus anni hyems ſumma eſt κατακλυσμὸς, quam noſtri [29] diluvionem vocant: aeſtas autem ἐκπύρωσις, quod eſt [a] mundi incendium. [30] Nam his alternis temporibus mundus tum exigneſcere, tum exaqueſcere videtur. Hunc Ariſtarchus putavit eſſe annorum vertentium duum millium [b] CCCCLXXXIV. Aretes Dyrrhachinus, quinque millium DLII. [31] [c] Heraclitus & Linus, decem millium CC∞. [32] Dion.

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. deeſt.* b *Germ.* CCCCLXXXIX. c *Germ.* Herodotus. *Lugd. Bat.* Heroclitus.

NOTAE.

tor. Ciceronis pag. 151. Nicet. Choniat. lib. I. Theſaur. orthod. cap. 9. Macrobius hunc annum *Mundanum* appellat, lib. II. in Somn. Scip. cap. II. IDEM.

29 *Diluvionem*] Gloſſ. *κατακλυσμὸς Dilubies, dilubium, inundatio.* IDEM.

30 *Nam his alternis*] Plato in Timaeo: πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν ἀνθρώπων, καὶ ἔσονται, πυρὶ μὲν καὶ ὕδατι μέγισται, μυρίοις δὲ ἄλλοις ἕτεραι βραχύτεραι. Quem Platonis locum citat Clemens Alexan. Strom. V. pag. 235. Arnob. lib. I. Adverſ. Gent. & Minut. Felix in Octavio. Stoicis idem placuit, teſte Diogene Laërtio in vita Zenonis. Vid. Senecam lib. III. Nat. quaeſt. XXVII. XXVIII. & XXIX. Jul. Firm. lib. III. Matheſ. cap. I. Macrob. lib. II. in Somn. Scipion. cap. 10. Ovid. lib. I. Metamorph.

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaque regio coeli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Videndus D. Auguſtinus lib. XII. de Civit. Dei cap. 10. Nemeſ. de Natura homin. cap. 38. AEn. Gazaeus pag. 38. Cleomed. lib. I. Meteor. cap. I. & ibid. Robert. Belfor. Joh. Stobaeus in Eclog. Phyſ. cap. 24. Suid. χρόνος. Galeot. Marc. de Doctr. promiſc. cap. 25. IDEM.

31 *Heraclitus & Linus decem millium octingentorum*] Imo duodeviginti millium, ſi Plutarcho credendum, lib. II. de Placit. Philoſ. cap. 32. & Stobaeo lib. I. Eclog. Phyſ. cap. II. IDEM.

32 *Dion*] Dion Neapolites, ut opinor, mathematicus nobilis, cujus mentionem facit Auguſtinus lib. XXI. de Civit. Dei. cap. 8. IDEM.

Digitized by Google

[a] X. M. CC∞XXCIV. [b] Orpheus, C. M. XX. Caſſandrus, tricies ſexies centum millium. Alii vero infinitum eſſe, nec unquam in ſe reverti exiſtimarunt. Sed horum omnium 33 πενταετηρίδας maxime [c] notandis temporibus Graeci obſervant, id eſt, 34 quaternum annorum circuitus, [d] quas vocant Olympiadas: & nunc apud eos ducenteſima quinquageſima quarta Olympias [e] numeratur, ejuſque annus hic ſecundus. Idem tempus anni magni Romanis fuit, 35 quod Luſtrum [f] adpellabant: ita

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* XIII. DCCCCLXXXIV. *Ald.* X. M. C. ∞ XXCIV. b *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* Orpheus CXX. c *Lugd. Bat. Germ.* notandas. d *Germ.* quas vocat. e *Lugd. Bat.* nominatur. f *Lugd. Bat.* appellant.

NOTAE.

33 Πενταετηρίδας *max. not. temporibus Graeci obſervant*] In Cenſorino Fr. Pithoei τετραπενταετηρίδες vocantur. J. SCALIGER. *Em. Temp.*

34 *Quaternum annorum circuitus*] Id eſſe verum ſpatium Olympiadis, videre eſt ex Dionyſ. Halicarn. lib. I. Antiq. Roman. pag. 61. Nam centum viginti annos, triginta Olympiadas facere, diſerte memorat. Vid. Africanum citatum ab Euſebio lib. X. Praeparat. Evangel. pag. 286. D. Cyrill. Catech. XII. quique illum locum in ſua collectanea retulit, Suidam, in voce Ὀλυμπιάς. Iſidor. lib. V. Orig. cap. 37. Solin. cap. I. Quia vero hoc temporis ſpatium etiam πενταετηρὶς dicitur, ideo Poëtae pro ſolido quinquennio accepere. Ovid. lib. IV. de Ponto Eleg. VI.

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt.
Jam tempus luſtri tranſit in ulterius.

LIND.

35 *Quod luſtrum appellabant*] *Luſtrum* eſt omnis periodus. Sic *Solis luſtrum*, eſt annus, apud Manil. lib. III. pag. 76.

Luſtra decem tribuet Solis cum menſibus octo.

Et *luſtrum* quadriennii tempus, apud Ovid. lib. III. Faſt.

—— In luſtrum accedere debet
Quae conſumatur partibus una dies

Saepius pro quinquennio ponitur. Unde & Gloſſ. *Luſtrum*, πενταετηρίς. Apul. Apol. p. 401. *Annos computet, quos ſexaginta mulieri aſſignabat, probet quinque & quinquaginta. Luſtro mentitus eſt.* Calliſtrat. L. *Non intelligitur.* 3. §. *Cum quinquennium.* D. *de Jur. fiſci.* Dictum autem *Luſtrum* putant alii à luſtrando, ut Dionyſ. Halicarn. lib. IV. Antiq. Roman. pag. 225. Liv. lib. I. Ulpian. in fragm. Iſidor. lib. V. Orig. cap. 37. Alii à ſolvendo, ut Varr. lib. V. de Ling. Lat. pag. 46. quod quinto quoque anno vecti-

Digitized by Google

ita quidem 36 à Servio [a] Tullio inſtitutum, ut, quinto quoque anno cenſu civium habito, luſtrum conderetur; ſed non ita à poſteris [b] ſervatum. Nam, cum inter primum à Servio rege conditum luſtrum, & id, quod ab Imperatore 37 Veſpaſiano V. & Caeſare III. Coſſ. factum eſt, 38 anni [c] interfuerint paullo minus ſexcentis quinquaginta, luſtra tamen per ea tempora non plura quam ſeptuaginta quinque ſunt facta. Et poſtea plane fieri deſierunt. Rurſus tamen annus idem magnus 39 per Capitolinos agonas coeptus eſt diligentius ſervari: quorum agonum primus, à Domitiano inſtitutus [d] fuit, [e] duodecimo ejus & Ser. Cornelii Dolabellae conſulatu. Itaque hoc nunc anno qui celebratus eſt agon, [f] undequadrageſimus numeratur. Quod ad annos pertinet magnos, in praeſentia ſatis [g] dictum. Nunc de annis vertentibus dicendi [h] locus.

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* Tullo. b *Lugd. Bat.* obſervatum. c *Lugd. Bat.* interfuerunt. d *Lugd. Bat. delet* fuit. e *Germ.* die duodecimo. f *Germ. & Ald.* undequadraginta. g *Germ. & Ald.* dictum eſt, nunc. h *Germ. & Ald. addunt* videtur.

NOTAE.

ctigalia & ultro tributa per cenſores perſolvebantur. Idem.

36 *A Servio Tullio*] Liv. lib. I. Flor. lib. I. cap. 6. & 8. Idem.

37 *Veſpaſiano V. & Caeſ. III. Coſſ.*] Mentionem faciunt hujus cenſus Sueton. in Veſpaſ. cap. 8. & Tito cap. 61. Plin. lib. III. c. 5. & lib. VII. cap. 49. Jul. Capitol. in M. Antonin. Philoſopho in pr. Item nummi antiqui. Idem.

38 *Anni interfuerint paulo minus ſexcenti quinquag.*] Sic omnes editiones habent, quare nihil mutare auſi ſumus: quamvis ex Faſtis Onuphrii & Goltzii conſtet, annos interfuiſſe paulo minus ſexcentos quadraginta. Plin. lib. III. cap. V. Cenſuram Veſpaſiani in annum urbis 828. confert. Vid. Scalig. lib. II. de Emend. temp. pag. 174. Idem.

39 *Per Capitolinos agonas*] Primus agon Capitolinus à Domitiano inſtitutus eſt, A. V. C. 839. Faſt. Capitol. Sueton. in Domit. cap. 4. Clem. Alexand. Strom. I. pag. 145. Vid. Scalig. lib. V. de Emend. temp. pag. 451. & lib. I. Auſon. lect. cap. 10. Idem.

Digitized by Google

Caput XIX.

[1] ANnus vertens eſt natura, dum Sol percurrens duodecim ſigna, eodem, unde profectus eſt, [a] redit. Hoc tempus quot dierum eſſet, ad certum [b] nondum aſtrologi reperire potuerunt. [2] Philolaus annum naturalem dies habere prodidit CCCLXIV. & dimidiatum. [3] [c] Aphrodiſius CCCLXV. [d] & partem diei octavam. [4] Callippus autem CCCLXV. & [5] Ariſtarchus Samius tantumdem, & praeterea diei partem [e] MDCXXIII. [6] Meton vero CCCLXV. & dierum quinque unde-

Vi-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* rediit. b *Germ. deeſt. Lugd. Bat.* mundum. c *Germ. & Ald.* Aplyrodius. d & part. diei oct. Callip. a. CCCLXV. & Ariſt. Sam. tan. & pr. diei part. MDCXXIII. Meton vero CCCLXV. & dier. quin und. p. Oen. CCCLXV. *Haec Germ. Editio non habet.* e *Ald.* MDXXXIII.

NOTAE.

1 *Annus vertens*] *Annus vertens* eſt, dum ſol ad id ſignum ſe denuo vertit, ex quo digreſſus eſt. Macrob. lib. I. Saturnal. cap. 14. Plato in Timaeo: Ἐνιαυτὸς δ' ὁπόταν ἥλιος τὸν ἑαυτοῦ περιέλθοι κύκλον Ammon. in Categor. Ariſtot. pag. 69. b. annum ſimiliter definit, τὴν ἐπὶ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου τοῦ ἡλίου περίοδον. Vid. Pollux. lib. I. cap. 7. Lind.

2 *Philolaus annum nat.*] Philolaum anno ſolari dies tribuiſſe trecentos ſexaginta quatuor & dimidiatum, conſtat ex ejuſdem anno magno, de quo ſup. cap. praecedenti. Vide Scalig. lib. II. de Emend. temp. pag. 159. Idem.

3 *Aphrodiſius*] Sic in MS. fuiſſe teſtatur Fr. Modius in Novantiq. lect. Epiſt. 47. Cur autem legendum cenſeat *Alphrodius* potius quam *Aphrodiſius*, ipſe viderit; rationem enim non addit. In Germ. & Aldina editione eſt *Aplyrodius*. Idem.

4 *Callippus autem trecent. ſexag. quinq.*] Adde & quadrantem. Nam ſi 27759. dies diviſeris per annos 76, quibus conſtat periodus Calippica, annus ſolaris vertens habebit dies $365\frac{1}{4}$. Vid. Ptolem. lib. III. Magnae conſtr. pag. 63. Gemin. pag. 140. & ſeq. Scalig. lib. I. de Emend. temp. pag. 171 Idem.

5 *Ariſtarchus Samius tantund. & praet. diei part. mill.*] In Franc. Modii ſchedis fuit, *partem* XVII. Vid. Epiſt. XLVII. Novantiq. lect. Idem.

6 *Meton vero trecent.*] Ptolem. lib. III. Magnae conſtr. pag. 63. ὁ ἐνιαύσιος καθὸ τοὺς περὶ Μέτω-

Digitized by Google

vigeſimam partem. 7 [a] Oenopides CCCLXV. & dierum duum & viginti undeſexageſimam partem. 8 [b] Harpalus autem CCCLXV. & horas aequinoctiales tredecim. At noſter Ennius CCCLXVI. Plerique praeterea [c] incomprehenſibile [d] quiddam & [e] inenuntiabile eſſe exiſtimaverunt. Sed pro vero, quod proximum putabant, amplexi ſunt, 9 dies ſcilicet CCCLXV. Igitur cum tanta inter viros doctiſſimos fuerit diſſenſio: quid mirum, ſi anni civiles, quos diverſae civitates, rudes etiam tum,

VARIAE LECTIONES.

a *Ald.* Venopides. b *Germ.* Arpalus. c *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* incomprehenſibilem. d *Germ. & Ald.* quidem. e *Lugd. Bat. & Germ.* inenumerabilem. *Ald.* innumerabilem.

NOTAE.

να καὶ Εὐκτήμονα περιέχει ἡμέρας τξε. δ. καὶ ες᾽ μιᾶς ἡμέρας. IDEM.

7 *Oenopides*] Meminit AElian. lib. x. Variar. Hiſtor. cap. 7. Vid. Scalig. lib. II. de Emend. temp. pag. 161. IDEM.

8 *Harpalus autem trec. ſexag. qu. & horas aequinoctiales tredecim*] Imo duodecim: ut evidentiſſime demonſtrat Joſeph. Scalig. lib. II. de Emend. temp. pag. 66. IDEM.

9 *Dies ſcilicet trecentos ſexag. quinq.*] Notat Heliodor. lib. IX. pag. 445. AEgyptios hanc anni quantitatem voce Νεῖλος indicaſſe. καὶ οὐδὲν ἄλλ᾽ ἢ τὸν ἐνιαυτὸν ἀντικρὺς εἶναι τὸν Νεῖλον τοῦτον καὶ τῆς προσηγορίας ἀποβεβαιουμένης. τῶν γοῦν κατὰ τοὔνομα στοιχείων εἰς ψήφους μεταλαμβανομένων, πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακόσιαι μονάδες, ὅσαι καὶ τοῦ ἔτους ἡμέραι συναχθήσονται. Euſtath. ad vſ. 224. Dionyſii Perieg.

Ν	50.
Ε	5.
Ι	10.
Λ	30.
Ο	70.
Σ	200.
	365.

De Perſis Curtius lib. III. *Magos trecenti & ſexaginta quinque juvenes ſequebantur puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero: quippe Perſis quoque in totidem dies deſcriptus eſt annus.* Graeci eundem numerum dierum anni indicare voluerunt ſuis Daphnephoriis: de quibus vide quae ex Procli Chreſtomathia exſcripſit Photius Biblioth. pag. 525. Et Numa Pompilius, apud Romanos ſimulacro Jani manu dextera trecentorum, & ſiniſtra ſexaginta & quinque numerum retinente. Macrob. lib. I. Saturnal. cap. 9. Vide Plin. lib. XXXIV. cap. 7. IDEM.

10 Es

tum, ſibi quaeque [a] ſtatuebant, tam inter ſe diſcrepent, quam cum illo naturali non congruant? [10] Et in AEgypto quidem [b] antiquiſſimum ferunt annum bimeſtrem fuiſſe; poſt deinde [11] [c] ab Iſone rege [12] quadrimeſtrem factum: noviſſime [13] [d] Arminon ad tredecim menſes & dies quinque [e] perduxiſſe. Item in Achaia [14] Arcades trimeſtrem annum [f] primo habuiſſe dicuntur, & ob id [15] [g] προσέληνοι [h] adpellati: non, ut quidam putant, quod ante ſint nati, quam Lunae aſtrum coe-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* ſtatueb. & tam. b *Lugd. Bat.* antiquiſſimi. c *Germ. & Ald.* à Piſone. d *Germ. & Ald.* annum. e *Germ. & Ald.* produxiſſe. f *Germ. & Ald.* primum. g *Germ.* proſelinas appellant. h *Ald.* appellantur.

NOTAE.

10 *Et in AEgypto quidem ant. fer. annum bimeſtrem fuiſſe*] Imo menſtruus fuit, ut ſcribit Diodor. Siculus lib. I. pag. 22. Varro citante Lactantio lib. II. Inſtit. cap. 13. Plutarch. in Numa pag. 131. Plin. lib. VII. cap. 48. Auguſtin. lib. XII. de Civitat. Dei, cap. 10. & lib. XV. cap. 12. Suid. in ἥλιος. Proclus lib. I. in Timaeum Plat. pag. 33. εἰ δὲ καὶ ὅ φησιν Εὔδοξος ἀληθὲς, ὅτι Αἰγύπτιοι τὸν μῆνα ἐνιαυτὸν ἐκάλουν. Macrob. lib. I. Saturn. c. 14. IDEM.

11 *Ab Iſone*] Varia eſt hujus loci lectio. Nam & *Piſone*, *Biſone*, *Bihone*, *Pherone*, legitur. Ultimum placet Manutio ex Herodoti lib. II. IDEM.

12 *Quadrimeſtrem factum*] Solin. c. 3. Plutarch. in Numa, p. 31. Αἰγυπτίοις δὲ μηνιαῖος ἦν ὁ ἐνιαυτὸς, εἶτα τετράμηνος, ὥς φασι. Auguſtin. lib. XII. de Civit. Dei. cap. 10. & lib. XV. de Civit. Dei. cap. 11. IDEM.

13 *Arminon*] Nuſquam hunc inter reges AEgypti invenio. An eſt *Armais*? cujus meminit Joſephus lib. I. contra Appion. pag. 1041. Non liquet. IDEM. Scribi debet, *duodecimo* SCALIGER. & SALMAS.

14 *Arcades trimeſtrem*] Sic Plin. lib. VII. cap. 48. Solin. cap. 3. Macrob. lib. I. Saturn. cap. 12. D. Auguſtin. lib. XV. de Civitat. Dei. cap. 12. At Plutarch. in Numa Arcadas quadrimeſtrem annnm habuiſſe auctor eſt. Vid. Stob. Eclog. Phyſ. pag. 21. LIND.

15 Προσέληνοι] Vid. Lucian. περὶ ἀστρολ. pag. 828. Scholiaſt. Apollon. Rhod. lib. IV. Argonaut. verſ. 264. Scholiaſt. AEſchyli in Prometheo. Stephan. de urbib. in Ἀρκάς. Suid. in Βεκκεσέληνε. Ovid. lib. I. Faſtor. Cicer. pro Fundanio. Johan. Tzetz. Hiſt. Chiliad. 2. 55. & Chiliad. 4. Hiſt. 2. IDEM.

Digitized by Google

coelo eſſet: ſed [a] quod prius habuerint annum, [b] quam is in Graecia ad Lunae curſum conſtitueretur. Sunt qui [c] tradant, hunc [d] annum trimeſtrem [16] [e] Horum inſtituiſſe: [17] eoque ver, aeſtatem, autumnum, hyemem [f] ὥρας, & annum [g] ὧρον dici, & Graecos annales ὥρους, [h] eorumque ſcriptores ὡρογράφους. Itaque quatuor annorum [i] circuitum in modum πενταετηρίδος annum magnum dicebant: [18] Cares autem, & Acarnanes, [k] ſemeſtres habuerunt annos, [l] & inter ſe diſſimiles, quibus [m] alternis [n] dies augeſcerent, aut ſeneſcerent: eoſque [o] conjunctos, veluti [p] τελετηρίδα, annum magnum.

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* quod quem prius. b *Lugd. Bat. & Germ. deeſt.* c *Lugd. Bat.* tradunt. d *Germ & Ald. deeſt.* e *Lugd. Bat.* Horon. f *Ald. & Germ.* ὥρους. g *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deeſt.* h τὸ que *Germ. & Ald. deeſt.* i *Ald. & Germ.* circuitu. k *Germ.* ſemeſtrem. l *Germ. & Ald. deeſt.* m *Lugd. Bat.* alterni. n *Ald.* die. o *Lugd. Bat. & Germ.* cunctos. p *Lugd. Bat.* velut.

NOTAE.

16 *Horum inſtituiſſe*] De Horo Rege AEgypti, vid. Herodot. lib. II. pag. 165. Diodor. Sicul. lib. I. pag. 22. Macrob. lib. I. Satur. cap. 21. Diogenes autem Laërtius in Thalete memorat, Thaletem τὰς ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ inveniſſe. IDEM.

17 *Eoque ver, aeſtatem*] Diodor. Sicul. lib. I. pag. 23. καὶ ἐκείνους γὰρ τοὺς χρόνους τὸν ἐνιαυτὸν ἀπαρτίζεσθαι τέτταρσι μησὶ, τοῖς γινομένοις κατὰ τὰς ἑκάστων τῶν χρόνων ὥρας, οἷον ἔαρος, θέρους, χειμῶνος. ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ παρ' ἐνίοις τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἐνιαυτοὺς ὥρους καλεῖσθαι, καὶ τὰς κατ' ἔτος ἀναγραφὰς, ὡρογραφίας προσαγορεύεσθαι. Annum antiquitus ὧρον Graece dictum teſtatur etiam Plutarchus Sympoſ. lib. v. quaeſt. IV. Heſychius Grammaticus, Etymol. Magn. Emendavimus autem hunc locum ante depravatum, legimuſque: *Eoque ver, aeſtatem, autumnum, hyemem, ὥρας, & annum ὧρον dici, & Graecos annales ὥρους, eorumque ſcriptores ὡρογράφους.* IDEM.

18 *Cares autem & Acarnanes*] Vid. Plutarch. in Numa. pag. 131. Macrob. lib. I. Saturn. cap. 12. Solin. cap. 3. D. Auguſtin. lib. XV. de Civit. Dei. cap. 12. IDEM.

Caput XX.

SEd, ut hos annos [a] mittam, caligine jam profundae vetuſtatis obductos: in his quoque, qui ſunt [b] recentioris memoriae, & ad curſum Lunae vel Solis inſtituti, quanta ſit varietas, facile eſt cognoſcere, ſi quis vel in unius Italiae gentibus, ne dicam [c] peregrinis, velit [d] anquirere. Nam, ut alium Ferentini, alium [1] Lavinii, [e] itemque Albani vel Romani, habuerunt annum: ita & aliae gentes. Omnibus tamen fuit propoſitum, ſuos civiles annos, varie interkalandis menſibus, ad unum [f] verum illum naturalemque corrigere. De quibus omnibus diſſerere quoniam longum [g] eſt, ad Romanorum annum tranſibimus. [2] Annum vertentem Romae Licinius quidem Macer, & poſtea Feneſtella, ſtatim ab initio [h] duodecim menſium [i] fuiſſe ſcripſerunt. Sed magis [3] Junio [k] Gracchano, & Fulvio, & Varroni, & Suetonio, [4] aliiſque [l] credendum, qui decem menſium

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* omittam. b *Germ. & Ald.* recentiores memoria. c *Lugd. Bat.* pergrinis oris. d *Germ. & Ald.* inquirere. e *Germ.* item. f *Lugd. Bat.* illum virum. g *Lugd. Bat.* eſſet. h *Germ.* XXII. i *Germ. deeſt.* k *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* Graccho. l *Germ. & Ald.* credendum eſt qui.

NOTAE.

1 *Lavinii*] Laviniorum annus tredecim menſibus terminabatur, eratque dierum trecentorum ſeptuaginta quatuor, ut Solinus auctor eſt, cap. III. D. Auguſt. lib. XV. de Civit. Dei. cap. 12. Lind.

2 *Annum vertentem*] Annum Romuli duodecim habuiſſe menſes, Licinii Macri & Feneſtellae opinionem ſequutus, docet Joſephus Scaliger lib. II. de Emend. temp. pag. 165. Idem.

3 *Junio Gracchano*] Sic etiam Ulpiano dicitur L. I. in pr. D. *De offic. quaeſt.* At Varroni eſt *Junius Gracchius* lib. V. de Ling. Lat. pag. 50. Idem.

4 *Aliiſque credendum*] Gell. lib. III. cap. 16. Macrob. lib. I. Saturnal. cap. 12. Solin. cap. III. Ovid.

Digitized by Google

ſium [a] putaverunt fuiſſe: ut tunc Albanis erat, [b] unde orti Romani. [c] Hi decem menſes dies [d] trecentos quatuor hoc modo habebant.

MARTIUS	XXXI.
APRILIS	XXX.
MAIUS	XXXI.
JUNIUS	XXX.
QUINTILIS	XXXI.
[e] SEXTILIS & SEPTEMBER	XXX.
OCTOBER	XXXI.
NOVEMBER & DECEMBER	XXX.

quorum quatuor majores pleni, caeteri ſex cavi vocabantur. Poſtea, ſive [5] à Numa, ut ait Fulvius, ſive, ut Junius, à [f] Tarquinio duodecim facti ſunt menſes, & dies [g] CCCLV. quamvis Luna duodecim ſuis menſibus CCCLIV. dies [h] videatur explere. Sed, ut unus dies abundaret, aut per imprudentiam accidit, aut quod magis credo, [6] ea ſuperſtitione, qua inpar numerus plenus, & magis fauſtus habebatur. Certe ad annum priorem unus & quinquaginta dies acceſſerunt: qui quia menſes duos non inplerent, [i] ſex

a illis

VARIAE LECTIONES.

a *Lug. Bat.* putarunt fuiſſe. b *Lugd. Bat.* orti unde. c *Germ.* in *Lugd. Bat.* duodecim menſem *deleto* hi. d *Ald.* XXXIV. e *Germ.* & *Ald.* Sextilis & September tricenos. f *Germ.* Tarquino. g *Lugd. Bat.* CCCLVI. h *Lugd. Bat.* & *Germ.* videbatur. i *Lugd. Bat.* Sed his.

NOTAE.

Ovid. lib. I. Faſt. Plutarch. in Numa pag. 131. IDEM.

5 *A Numa*] Liv. lib. I. pag. 16. Plutarch. in Numa pag. 132. Plin. Secundus de Vir. illuſt. Macrob. lib. I. Saturn. cap. 13. IDEM.

6 *Ea ſuperſtitione qua impar numerus*] Vid. Servium ad illud Virgilii Eclog. VIII.

——— *numero Deus impare gaudet.*

Macrob. lib. I. Saturnal. cap. 13. Solin. cap. III. IDEM.

7 It-

[a] illis cavis menſibus [b] dies ſunt ſinguli detracti, & ad eos additi, factique [c] ſunt dies quinquaginta ſeptem: & ex his duo menſes, Januarius undetriginta dierum, Februarius duodetriginta. Atque [d] ita omnes menſes pleni, & inpari dierum numero eſſe coeperunt, excepto Februario, qui ſolus cavus, & ob hoc caeteris infauſtior eſt habitus. Denique, cum [7] [e] interkalarem menſem viginti duum, vel viginti trium dierum alternis annis addi placuiſſet, ut civilis annus ad naturalem exaequaretur: in menſe [f] potiſſimum Februario, inter [8] Terminalia & [9] Regifugium, interkalatum eſt. idque diu factum, priuſquam ſentiretur, [10] annos civiles aliquanto naturalibus eſſe majores. Quod delictum ut corrigeretur, [11] Pontifi-

tifi-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* his. b *Germ. & Ald. deeſt.* c *Lugd. Bat.* ſunt *delet.* d *Germ. & Ald. deeſt.* e *Germ. & Ald.* interkalarium. *Lugd. Bat.* interkalarium menſium. f *Lugd. Bat.* potiſſime.

NOTAE.

7 *Intercalarem menſem*] Qui dictus eſt *Merkidinus*, ut Plutarch. in Numa, vel *Merkedonius*, ut idem in Caeſare memoriae prodidit. Rationem vero interkalandi, de qua hic agitur, vide apud Macrob. lib. I. Saturnal c. 13. Solin. cap. III. & Joſeph. Scalig. lib. II. de Emend. temp. IDEM.

8 *Terminalia*] Varro lib. V. de Ling. Latin. pag. 46. *Terminalia, quod is dies anni extremus conſtitutus. Duodecimus enim menſis fuit Februarius, & cum intercalatur, inferiores quinque dies duodecimo demuntur menſe.* Vid. Scalig. lib. I. de Emend. temp. pag. 14. ubi Cenſorinum erroris in hac re coarguit. IDEM.

9 *Regifugium*] De hoc Feſtus, *Regifugium, dies notatur in Faſtis VI. Kal. Martias, ut ait Verrius, ita dictus, quia ea diè rex Tarquinius Roma fugerit.* Ovid. lib. II. Faſt. in VII. Kal. Martii rejicit. IDEM.

10 *Annos civiles aliquanto naturalibus eſſe majores*] Succreſcebat enim ſingulis annis dies unus. IDEM.

11 *Pontificibus datum eſt negotium*] Faſtorum cuſtodia penes Pontifices fuit, commiſſa illis à Numa Pompilio, ut teſtatur Livius lib. I. Qui Faſti, etſi à C. Flavio Scriba, ut idem lib. IX. narrat, poſtea evulgati ſint, interkalandi tamen, dieique vel eximendi vel tranſponendi arbitrium, penes eoſdem permanſit. IDEM.

12 *Sed*

tificibus datum [a] eſt negotium, eorumque arbitrio interkalandi ratio permiſſa. [12] Sed horum [b] pleriſque, ob odium, [c] vel [d] gratiam, quo quis magiſtratu citius abiret, diutiuſve fungeretur, aut publici [e] redemtor [f] ex anni magnitudine in lucro damnove [g] eſſet, plus minuſve ex libidine interkalando, rem ſibi ad corrigendum mandatam, [h] ultro depravarunt. [i] Adeoque aberratum eſt, [13] ut C. Caeſar Pontifex Maximus, ſuo III. & M. AEmilii Lepidi conſulatu, quo retro delictum corrigeret, duos menſes [k] interkalarios dierum ſexaginta [l] ſeptem, in [m] menſem Novembrem & Decembrem interponeret, cum jam menſe Februario dies tres & viginti interkalaſſet, [n] faceretque eum annum dierum [14] CDXLV, ſimul providens in futurum, ne iterum [o] erraretur. nam interkalario men-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. delet.* b *Ald.* plerique vel. c *Lugd. Bat.* vel ex quis in agrum c. a. diutiuſque fungeretur. d *Germ, & Ald. deeſt.* e *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* redemptores. f *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deeſt.* g *Germ. & Ald.* eſſent. h *Germ. & Ald.* vitioſe. *Lugd. Bat.* utrique. i que *Germ. & Ald. non habent.* k *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* interkalares. l *Germ. & Ald.* VIII. *Lugd. Bat.* II. m *Ald.* inter. n *Lugd. Bat.* facerentque. o *Lugd. Bat.* curaretur.

NOTAE.

12 *Sed horum plerique*] Eandem ſacerdotum fraudem notat quoque Sueton. in Jul. Caeſ. cap. 40. Ammian. Marcellin. lib. XXVI. pag. 334. Solin. cap. III. Macrob. lib. I. Saturn. cap. 14. IDEM.

13 *Ut C. Caeſar Pontifex*] De hac C. Julii Caeſaris correctione anni, vid. Dion. Caſſ. lib. XLIII. pag. 227. Appian. lib. II. de Bello civili in fin. Sueton. in Jul. Caeſ. cap. 40. Ovid. lib. III. Faſtor. Plin. lib. XVIII. cap. 25. Plutarch. in Caeſ. pag. 1349. Macrob. lib. I. Saturn. cap. 14. Tangit & Solin. cap. III. ſed ineptiſſime. Optime Scaliger lib. IV. de Emend. temp. IDEM.

14 *Quadringentorum quadraginta quinque*] Macrob. lib. I. Saturnal. cap. 14. habet dies quadringentos quadraginta tres. Corrupte, ut opinor. Legendum itaque, *quadringentos quadraginta quatuor.* Tot enim dies annum confuſionis habuiſſe, evidentiſſime oſtendit Scaliger lib. IV. de Emend. temp. in eoque diſſentit à Cenſorino noſtro, qui menſem

Digitized by Google

menſe ſublato, annum civilem ad Solis curſum formavit. Itaque diebus CCCLV addidit X. quos per ſeptem menſes, qui dies undetricenos habebant, ita diſtribuit, [15] ut Januario, & Sextili, & Decembri bini accederent, caeteris ſinguli: eoſque dies [a] extremis partibus menſium adpoſuit, [16] ne ſcilicet [b] religiones ſui cujuſque menſis à loco [c] ſubmoverentur. Quapropter nunc [17] cum in ſeptem menſibus dies ſinguli & triceni ſint, [18] quatuor tamen illi ita primitus inſtituti eo dinoſcuntur, [d] quod nonas habent ſeptimanas: [19] caeteri, quintanas. Praeterea pro quadrante diei, qui annum verum ſuppleturus videbatur, inſtituit, ut peracto quadriennii circuitu, dies unus, ubi menſis quondam ſolebat, poſt Terminalia

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* externis. b *Germ.* regiones. c *Germ.* ſummo verterentur. d *Lugd. Bat.* quod nonas habent ſeptimas caeteri tres omnes, alii reliqui quintenas.

NOTAE.

ſem Merkedonium ſive interkalarium, eo anno imparem fuiſſe exiſtimat, ipſe vero parem. IDEM.

15 *Ut Januario*] Macrob. lib. I. Saturn. cap. 10. IDEM.

16 *Ne ſcilicet Religiones*] Macrob. haec explicat lib. I. Saturnal. cap. 14. IDEM.

17 *Cum in ſeptem menſib.*] Pertinent huc verſus Auſonii:

Implent tricenas per ſingula menſtrua luces
Junius, Aprilíſque, & cum Septembre November.
Unum ter denis cumulatius adde diebus
Per ſeptem menſes, Jani Martiſque Calendis,
Et quas Majus agit, quas Julius, Auguſtuſque.
Et quas October, poſituſque in fine December.
Unus erit tantum duodetriginta dierum,
Quem Numa praepoſito voluit ſuccedere Jano.
Sic tercentenis decies accedere ſenos,
Quadrantemque, & quinque dies, ſibi computat annus.

IDEM.

18 *Quatuor tamen illi*] Vid. Macrob. lib. I. Saturnal. cap. 12, 13. & 14. IDEM.

19 *Caeteri quintanas*] MSS. Colon. *caeteri tres quintanas.* MODIUS.

20 *Quod*

nalia interkalaretur: [20] quod nunc [a] Biſextum vocatur. Ex hoc anno, ita à Julio Caeſare ordinato, caeteri ad noſtram memoriam Juliani adpellantur, iique conſurgunt ex IIII Caeſaris conſulatu. [21] qui, etiam ſi non [b] optime, ſoli tamen [c] ad annum naturae aptati ſunt. nam & priores alii, [d] etiam ſi qui [e] decimeſtres fuerunt, nec Romae modo, [f] vel per Italiam, ſed & apud gentes omnes, [g] quantum poterat idem, fuerunt correcti. Itaque cum [h] de aliquo annorum numero hic dicetur, non alios par erit, quam naturales accipere. Et, [22] ſi origo mundi, in hominum notitiam veniſſet, inde exordium ſumeremus.

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* biſſextum. b *Lugd. Bat. & Germ.* optimi. c *Lugd. Bat.* ad naturam anni. d *Germ.* etiam. e *Germ.* decem menſes. f *Germ. deeſt.* g *Ald.* quantum iidem poſtea fuerunt. *Germ.* quantum poſtea. *Lugd. Bat.* qu. poſtea idem f. c. h *Lugd. Bat.* die aliquo.

NOTAE.

20 *Quod nunc Biſextum*] Ideo quod eo anno bis dicatur, Sexto Kalend. Martias. L. *deniq.* 3. §. *minorem* D. *de minor.* L. *cum biſextum.* 98. D. *de Verbor. ſignif.* Auguſtin. lib. 4. de Trinit. cap. 4. Macrob. lib. I. Saturnal. cap. 14. Vid. Iſidor. lib. VI. Orig. cap. 17. Ammian. Marcell. lib. XXVI. pag. 334. LIND.

21 *Qui etiamſi non optime*] Locus depravatus, quod vel lectionum varietas facile indicat. IDEM.

22 *Si origo mundi*] De anno conditi mundi mira inter eos etiam, quibus literae ſacrae notae ſunt, diſcrepantia. Secundum Joſephi Scaligeri tamen illuſtriſſimi & exactiſſimi chronographi calculum, annus quo iſta ſcribimus, eſt à conditu mundi 5562. qui eſt à nato Chriſto juxta Dionyſium 1613. IDEM.

Digitized by Google

CAPUT XXI.

NUnc vero [a] id intervallum temporis tractabo [1] quod ἱστορικὸν Varro adpellat. Hic enim tria diſcrimina temporum eſſe tradit. Primum, ab hominum principio ad cataclyſmum priorem: [b] quod propter ignorantiam vocetur ἄδηλον. ſecundum, à cataclyſmo priore [c] ad Olympiadem primam; [d] quod quia [e] in eo multa fabuloſa referuntur, μυθικὸν nominatur: tertium, à prima Olympiade ad nos, quod dicitur ἱστορικὸν, quia res in eo geſtae veris hiſtoriis continentur. [2] Primum tempus, ſive [f] habuit initium, ſive ſemper fuit, certe quot annorum ſit, non poteſt comprehendi: ſecundum non plane quidem ſcitur, [3] ſed tamen ad mille circiter & ıɔc. annos eſſe creditur.

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* ad. b *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deſunt.* c *Lugd. Bat. Germ. & Ald. non habent.* d *Lugd. Bat.* quod *deeſt.* e *Germ. deeſt.* f *Lugd. Bat.* habet.

NOTAE.

1 *Quod dicitur ἱστορικὸν*] Hinc Africanus apud Euſeb. lib. x. Praepar. Evang. & Juſtin. Martyr λόγῳ παραινετ. ajunt, ὅτι οὐδὲν Ἕλλησι πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἀκριβὲς ἱστόρηται. LIND.

2 *Primum tempus*] Vid. Ariſtotel. lib. VIII. Phyſ. cap. I. IDEM.

3 *Sed tamen ad mille circ. & ſexcentos*] De integritate hujus loci vehementer dubito: mutare tamen quicquam abſque auctoritate veterum codicum religio fuit. De tempore certe à cataclyſmo Ogygio, uſque ad primam Olympiadem, inter ſcriptores non convenit. Nam noſter numerat annos MDC. Africanus autem & alii, quos citat Euſebius lib. x. Praeparat. Evangel. pag. 217. & ſeqq. mille & viginti tantum. Deinde Cenſorinus Inachum Ogyge poſteriorem facit, qui tamen prior fuit. Euſeb. ibid. & in Chron. lib. poſteriore. Niſi velis referre ad Inachum Sicyoniorum regem. At hunc non Inachum, ſed Ianiſcum fuiſſe, ex Pauſania docet Joſephus Scaliger in Animadverſionibus in Euſebii Chronic. pag. 44. Vid. eundem lib. III. Canon. Iſagog. pag. 340. IDEM.

4 Ad

Digitized by Google

tur. à priore ſcilicet cataclyſmo, quem [a] Ogygium dicunt, [4] ad Inachi regnum, [b] anni circiter cccc. hinc [5] ad Olympiadem primam paullo plus cccc. Quos ſolos, quamvis mythici [c] temporis poſtremos, tamen, quia à memoria ſcriptorum proximos, quidam certius definire voluerunt. Et [d] quidem [6] Soſibius ſcripſit, eſſe cccxcv: Eratoſthenes autem, ſeptem & cccc. Timaeus ccccxvii. [7] [e] Aretes [f] iↃxiiii. & praeterea multi diverſe. quorum etiam ipſa diſſenſio incertum eſſe declarat. De tertio autem tempore fuit quidem aliqua inter auctores diſſenſio, in ſex ſeptemve tantummodo annis verſata. Sed hoc, quodcumque caliginis, [8] Varro diſcuſſit: & pro [g] caetera

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* Erogitium. *Germ. & Ald.* Ogygis. b *Germ. & Ald.* annis. c *Lugd. Bat. deeſt* temporis. d *Germ.* quod. e *Germ. & Ald.* Orethes. *Lugd. Bat.* Erethes. f *Germ.* cl. g *Lugd. Bat.* certa.

NOTAE.

4 *Ad Inachi regnum anni circiter* cccc] Scaliger aſſerit numerum praecedentem arguere hoc in loco legendum ciↃcc. Ed. Cantabr.

5 *Ad Olympiadem primam*] Iphiti nimirum. Nam Hercules primus hujus ludicri, ut plurimorum eſt opinio, auctor fuit: deinde intermiſſum aliquamdiu Iphitus inſtauravit, ut Solinus tradit. Sed quia Solini locus corruptus eſt, illum ex vetuſtis manuſcriptis codicibus, qui aſſervantur in Illuſtriſſimi Principis Holſatiae bibliotheca, integritati ſuae reſtitutum hic apponere placet. *Certamen Olympicum, quod Hercules in honorem atavi materni Pelopis ediderat, intermiſſum Iphitus Elius inſtauravit, poſt excidium Trojae anno quadringenteſimo octavo.* Ergo ab iſto numeratur Olympias prima. Vid. Patercul. Hiſtor. lib. i. Lind.

6 *Soſibius ſcripſit, eſſe* cccxcv] nequis vexet hos numeros, ſic reſtituit Modius è MS. Colon. Ed. Cantabr.

6 *Aretes*] Hic & alibi MS. Colon. exhibet *Erethes*. Modius.

8 *Varro diſcuſſit*] Par laus Varroni tribuitur à Cicerone lib. i. Academ. quaeſt. *Tu aetatem patriae, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum jura, tu ſacerdotum, tu domeſticam, tu bellicam diſciplinam, tu ſedem regionum & locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſas, aperuiſti.* Lind.

tera ſua ſagacitate, nunc diverſarum civitatium conferens tempora, nunc defectus, eorumque intervalla retro dinumerans, eruit verum, lucemque oſtendit, per quam numerus certus [a] non annorum modo, ſed & dierum perſpici poſſit. Secundum quam rationem, niſi fallor, hic annus, [b] cujus velut [9] index & titulus quidam eſt Ulpii & Pontiani conſulatus, [10] ab Olympiade prima milleſimus eſt & quartus decimus, [11] ex diebus dumtaxat aeſtivis, quibus agon Olympicus celebratur, [12] à Roma autem condita DCCCCXCI, & quidem ex [13] [c] Parilibus, unde urbis anni numerantur. Eorum vero annorum, quibus Julianis nomen eſt, [d] CCLXXXIII, ſed ex die Kal.

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* non annorum ſed etiam dierum. b *Lugd. Bat.* ejus. c *Lugd. Bat. & Germ.* Palilibus. d *Germ.* CCLXXXVIII.

NOTAE.

9 *Index & titulus*] Quod Cenſorino *index & titulus*, id Graecis ἐποχὴ eſt. Idem.

10 *Ab Olympiade prima milleſim.*] Sup. cap. 18. Idem.

11 *Ex diebus duntaxat aeſtivis*] Liv. lib. XXVII. pag. 657. *Olympiae ludicrum ea aeſtate futurum erat, quod maximo coetu Graeciae celebraretur.* Idem.

12 *A Roma autem condita*] De intervallo primae Olympiadis, uſque ad Romam conditam, variae ſunt & diſcrepantes auctorum ſententiae, relatae à Dionyſ. Halicarn. lib I. Antiq. Roman. p. 60. Solin. cap. II. Inter illas autem duae ſunt praecipuae: altera Porcii Catonis, altera M. Varronis. Cato, quique ejus ſectam ſunt ſequuti, uti Dionyſ. Halicarnaſ. lib. I. Antiq. Rom. pag. 57. & 60. & ſeq. item Solin. dict. cap. II. ſtatuunt, Romam eſſe conditam anno primo ſeptimae Olympiadis. Varro autem & qui illum ſequuntur, uti Pomponius Atticus, M. Tullius, citati à Solino, Vellejus Paterculus lib. I. pag. 6. & Cenſorinus, anno tertio ſextae Olympiadis conditam eſſe opinantur. De primis autem Palilibus vide quae differit Joſeph. Scaliger. lib. V. de Emend. temp. pag. 362. Idem.

13 *Parilibus*] Sic ſcribunt Feſtus. Pomp. Var. lib. II. de Re ruſt. cap. I. Cic. lib. II. de Divin. Liv. lib. XL. Dionyſ. Halicarn. lib. I. pag. 75. Solin. cap. II. Alii *Palilia.* Ovid. lib. IV. Faſt. & XIV. Metamorph. Plutarch. in Romul. pag. 42. Plin. lib. XVIII. cap. 26. Idem.

Kal. Jan. unde Julius Caeſar anni à ſe conſtituti fecit principium. At eorum, qui vocantur [14] anni [a] Auguſtorum, CCLXV. [b] perinde [c] ex Kal. Jan. quamvis ex ante diem decimum ſextum Kal. Februarii [d] Imperator Caeſar, D. F., ſententia [e] L. [f] Munacii Planci, à Senatu, caeteriſque civibus, [g] Auguſtus adpellatus eſt, ſe VII. & M. [h] Vipſanio Agrippa [i] III. Coſſ. Sed AEgyptii, quod biennio ante in poteſtatem ditionemque Pop. Rom. venerunt, habent [k] hunc Auguſtorum annum [l] CCLXVII. Nam, ut à noſtris, ita ab AEgyptiis, quidam anni in literas relati ſunt. ut quos [15] [m] Nabonnazaru nominant, quod à primo Imperii ejus anno [n] conſurgunt, [16] quorum hic [o] DCCCCLXXXVI. item

VARIAE LECTIONES.

a *Germ & Ald.* Auguſtani. b *Germ.* pridie. *Lugd. Bat.* proinde. c *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deeſt.* d *Germ.* Jul. Caeſ. Divi filius. e *Germ. & Ald. deeſt.* f *Lugd. Bat. & Germ.* Numacii. g *Lugd. Bat. Germ. & Ald. deeſt.* h *Germ.* Vipſano. *Lugd. Bat.* Veſpaſiano. i *Germ. deeſt.* k *Germ. & Ald. deeſt.* l *Germ. & Ald.* CCLVIII. m *Germ.* Nabonnagarios. *Lugd. Bat. & Ald.* Nabonnagarii. n *Ald.* conſurgant. o *Lugd. Bat. addit* eſt.

NOTAE.

14 *Anni Auguſtorum*] Dicuntur & *Auguſtani*, inf. cap. ſeq. ideo, quod C. Caeſar Octavianus eo anno Auguſti cognomen ſumpſit. Sueton. in Auguſto cap. 7. Dion Caſſ. lib. LIII. pag. 581. Vell. Patercul. lib. II. quod deinceps ſequentes Imperatores retinuerunt. At quod Cenſorinus ſcribit ex ante diem XVI. Kal. Feb. Caeſarem Octavianum Auguſtum appellatum eſſe, id Ovid. lib. I. Faſtor. in Idus Januarias confert:

Idibus in magni caſtus Jovis aede ſacerdos
Semimaris flammis viſcera libat ovis.
Redditaque eſt omnis populo provincia noſtro:
Et tuus Auguſto nomine dictus avus.

IDEM.

15 *Nabonazaru nominant*] De Nabonazaro, & annorum ab ipſo denominatorum epocha, vide quae traduntur à Scaligero lib. V. de Emendat. tempor. pag. 368. IDEM.

16 *Quorum hic nongenteſimus*] A prima igitur Olympiade Iphiti, ad epocham Nabonazari, anni ſunt viginti octo. Ab urbis conditu anni quinque. IDEM.

17 Ab

item Philippi, qui [17] ab exceſſu Alexandri Magni numerantur, & ad [a] hunc uſque [b] perducti, annos DLXII conſummant. [18] Sed horum initia ſemper [c] à primo die menſis ejus ſumuntur, cui apud AEgyptios nomen eſt [d] Thoth: quique hoc [e] anno fuit ante diem VII. Kal. Jul. cum abhinc annos centum, [f] Imperatore Antonino [g] Pio, [h] II. & Bruttio [i] Praeſente Coſſ, iidem dies [k] fuerint ante diem XII. Kal. Auguſt. quo tempore ſolet [19] Canicula in AEgypto facere exortum. Quare ſcire etiam licet, anni illius magni, qui, ut ſupra dictum [l] eſt, & ſolaris, & canicularis, [20] & [m] Dei annus vocatur, nunc agi vertentem annum centeſimum. Initia autem iſtorum annorum propterea notavi, ne quis eos aut ex Kal. Jan. aut [n] ex alio aliquo [o] tempore ſimili putaret incipere:

[21] cum

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. & Germ.* huc. b *Lugd. Bat.* producti. c *Lugd. Bat.* a die primo. d *Lugd. Bat.* Thorith quoque hic. e *Germ.* anno praeſente fuit. f *Ald. & Germ. deeſt.* g *Germ.* Ulpio. h *Germ. & Ald. deeſt.* i *Germ.* Romae. *Lugd. Bat.* Praeſente Romae Coſs. k *Ald.* fuerunt. l *Lugd. Bat. & Germ.* eſt, ſolaris & canic. m *Germ.* trieteris. n *Ald.* τὸ alio *deeſt. In Germ. autem editione totus hic locus ſic concipitur.* Initia autem iſtorum annorum propterea notavi, ne quis neſciat voluntates, quae non minus diverſae ſunt, quam opiniones Philoſ. o *Ald.* tempore ſimul.

NOTAE.

17 *Ab exceſſu Alexandri Magn.*] Mortuus eſt igitur Alexander Mag. Olympiadis CXIII. anno ultimo, vel, ut Joſephus lib. I. Cont. Appion. pag. 1048. exiſtimat, anno primo Olympiadis CXIV. Anno ab U. C. 429. Ab epocha Nabonazari anno 424. IDEM.

18 *Sed horum initia*] Porphyr. in lib de antro Nympharum. *Αἰγυπτίοις δὲ ἀρχὴ ἔτους, οὐχ ὁ* ὑδροχόος, ὡς Ῥωμαίοις, ἀλλὰ καρκίνος. πρὸς γὰρ τῷ καρκίνῳ ἡ σῶθις, ἣν κυνὸς ἀστέρα Ἕλληνές φασι. IDEM.

19 *Canicula in AEgypto*] Vide Scalig. lib. III. de Emendat. temp. cap. de anno AEgyptiaco. IDEM.

20 *Et Dei*] *Dei* legendum eſt, non *diei*, θεοῦ ἐνιαυτὸς, ſup. cap. 18. IDEM.

21 cum his conditorum [a] voluntates, non minus diverſae ſint, quam opiniones philoſophorum. Idcirco aliis 22 à novo Sole, id eſt, [b] à bruma, aliis ab aeſtivo ſolſtitio, pleriſque ab aequinoctio verno, partim ab [c] auctumno aequinoctio, quibuſdam ab ortu vergiliarum, nonnullis ab earum occaſu, multis à canis exortu, incipere annus naturalis videtur.

VARIAE LECTIONES.

a *Ald.* voluntates quae non minus diverſae ſunt, quam philoſophorum *. b *Ald.* à brumali; aliis ab aeſtivo ſolſt. *Germ.* à brumali; aliis ab aeſtivo ſolſtit. *Lugd. Bat.* ab hiemali ab ae. ſ. c *Ald.* aequinoctio *deeſt*.

NOTAE.

21 *Cum his conditorum voluntates*] Simplic. in Comment. in lib. v. Ariſtotel. Φυσ. ἀκροάσ, pag. 205. α. ὡς δὲ ἡμεῖς ποιούμεθα ἀρχὰς ἐνιαυτοῦ μὲν περὶ θερινὰς τροπὰς ὡς Ἀθηναῖοι, ἢ περὶ μετοπωρινὰς, ὡς οἱ περὶ τὴν νῦν καλουμένην Ἀσίαν, ἢ περὶ χειμερινὰς, ὡς Ῥωμαῖοι, ἢ περὶ ἐαρινὰς, ὡς Ἄῤῥαβες καὶ Δαμασκηνοί. Idem.

22 *A novo ſole, id eſt, à bruma*] Varro lib. v. de Ling. Lat. pag. 49. *Nonae appellatae, aut quod ante diem nonum Eidus ſemper, aut quod ut novus annus Kalendae Januariae ab novo Sole appellatae; novus menſis, nova Luna, Nones.* Ovid. lib. I. Faſtor.

Bruma novi prima eſt, veteriſque noviſſima Solis;
Principium capiunt Phoebus & annus idem.

Diſſentit Servius ad Virgilii lib. VIII. AEneid. ad illum verſum,

—— *Vel cum Sole novo.*

inquit enim: *Proprie Sol novus eſt octavo Kalendas Januarias.* Idem.

CA-

CAPUT XXII.

[1] [a] MEnſum genera duo; nam alii ſunt naturales, alii civiles. Naturalium ſpecies duae, quod partim Solis, partim Lunae eſſe [b] dicantur. Secundum Solem fit menſis, dum Sol unumquodque in Zodiaco [c] orbe ſignum percurrit. [2] Lunaris [d] eſt autem, temporis quoddam ſpatium à nova Luna. Civiles menſes ſunt numeri quidam dierum, quos unaquaeque civitas ſuo inſtituto obſervat; ut nunc [e] Romani à Kalendis in Kalendas. Naturales, & antiquiores, & omnium gentium communes ſunt. Civiles, & poſterius [f] inſtituti, & ad unamquamque pertinent civitatem

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* Menſium. b *Germ.* dicuntur. c *al. deeſt.* d *Lugd. Bat.* autem eſt. e *Ald. & Germ.* Roma. f *Germ.* τὸ & *deeſt.*

NOTAE.

1 *Menſum genera*] *Menſum* pro *menſium.* Infr. *nomina quaedam menſum immutarunt.* Sup. cap. 9. *alterum ſeptem menſum, alterum decem.* Ovid. lib. v. Faſt.

Nec tu dux menſum Jane biformis eras.

LIND.

2 *Lunaris eſt autem*] Lunaris menſis triplex eſt, περιοδικὸς, συνοδικὸς, & φάσεως. Menſis περιοδικὸς eſt cum Luna ab eodem puncto zodiaci profecta, ad idem revertitur. Quod tempus conſtat ſecundum Plin. lib. I. cap. 9. & Chalcid. in Timaeum Platon. p. 59. diebus $27\frac{1}{3}$. Secundum Cleomedem lib. I. Meteor. cap. III. diebus $27\frac{1}{2}$. Secundum vero Gellium lib. III. cap. 10. & Macrob. lib. I. Somn. Scip. cap. 6. diebus 28. Vitruv. lib. IX. cap. 4. diebus 28. & una circiter hora amplius. Martian. Capell. lib. IX. diebus 27. & beſſe. Συνοδικὸς menſis eſt, cum Luna à Sole profecta, rurſus ad eum redit. Quod fit ſecundum Cenſorinum hoc capite, die $29\frac{1}{2}$. Geminum pag. 115. die $29\frac{1}{2}\ \frac{1}{33}$. Plinium lib. I. cap. 9. Cleomed. loco ſup. notato, Caſſiodorum lib. II. Var. XXXVI. die 30. Menſis φάσεως eſt, qui incipit ſecundo die à coitu, duratque uſque dum tota rurſus deficiat, exque oculis evaneſcat. Vid. Plin. lib. II. cap. IX. IDEM.

Digitized by Google

tem. Qui ſunt coeleſtes, [a] ſive Solis, ſeu Lunae, [b] neque peraeque inter ſe pares ſunt, nec dies habent totos. Quippe Sol in Aquario moratur circiter undetriginta, in Piſce fere triginta, in Ariete unum & triginta, in Geminis prope triginta & [c] duos: & ſic in caeteris [d] inaequabiliter. ſed [3] uſque adeo non totos dies in ſingulis; ut annum ſuum, [e] id eſt, dies trecentos ſexaginta quinque, & portionem neſcio quam, adhuc Aſtrologis [f] inexploratam, in duodecim ſuos [g] dividat menſes. Luna autem ſingulos ſuos menſes conficit diebus undetriginta circiter, & dimidiato. ſed & hos inter ſe diſpares, [h] alias longiores, alias breviores. At [i] civitatium menſes vel magis numero dierum inter ſe diſcrepant: ſed dies ubique habent totos. Apud Albanos Martius eſt ſex & triginta, [k] Majus viginti & duum, [l] Sexti-

ti-

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald* ſeu. *Lugd. Bat. deeſt.* &. b *Germ.* nec. c *Lugd. Bat.* duo. d *al.* inaequaliter. e *Lugd. Bat.* in dies. f *Lugd Bat.* inexploratum. g *Lugd. Bat.* dividit. h *Germ. & Ald* alios longiores, alios. i *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* civitatum. k *Germ.* Majus XII. *Sed id Typographi vitium arbitror.* l *Germ. & Ald.* Sextilis duodexxx.

NOTAE.

3 *Uſque adeo non totos dies*] Geminus tamen totos dies refert, juxta quem Sol moratur

In	Cancro	XXXI.	dies.
	Leone	XXXI.	
	Virgine	XXX.	
	Libra	XXX.	
	Scorpio	XXX.	
	Sagittario	XXIX.	
	Capricorno	XXIX.	
	Aquario	XXX.	
	Piscibus	XXX.	
	Ariete	XXXI.	
	Tauro	XXXII.	
	Geminis	XXXII.	

Idem.

4 *Fulvius & Junius auct. ſunt*] Varro etiam lib. V. de Ling. Lat. pag. 50. Fulvium Flaccum & Junium Gracchum hujus rei auctores laudat. Adi Macrob lib. I. Saturn. cap. 12. Solin. cap. III. Ovid lib I. Faſt.

Martis erat primus menſis, Venerisque ſecundus.
Haec generis princeps, ipſius ille pater.
Tertius a ſenibus; juvenum de nomine quartus;
Quae ſequitur numero turba notata fuit.

Idem.

5 Mar-

tilis duodeviginti, September ſedecim. Tuſculanorum Quintilis dies habet triginta ſex, [a] October triginta duos. idem October apud Aricinos [b] triginta novem. Minime videntur erraſſe, qui ad Lunae curſum menſes civiles adcommodarunt, ut in Graecia [c] plerique, apud quos alterni menſes ad tricenos dies ſunt facti. Majores quoque noſtri idem ſunt aemulati; cum annum dierum [d] CCCLV. haberent. Sed D. Julius cum videret hac ratione nec ad Lunam menſes, ut oportebat, [e] neque annum ad Solem convenire, maluit annum corrigere: [f] ut ſic etiam menſes, vel cum veris [g] illis ſolaribus, & ſi non ſinguli, univerſi tamen ad anni finem neceſſario concurrerent. Nomina decem menſibus antiquis Romulum feciſſe, [4] Fulvius & Junius auctores ſunt: & quidem duos primos à parentibus ſuis nominaſſe, Martium à Marte patre, Aprilem ab [h] Aphrodite, id eſt, Venere: unde majores ejus oriundi dicebantur. proximos duos à populo, Majum à majoribus natu, Junium à junioribus; caeteros ab ordine, quo ſinguli erant: Quintilem uſque ad Decembrem perinde a numero. Varro autem Romanos à Latinis nomina [i] menſum accepiſſe arbitratur. Auctores eorum [k] antiquiores, quam Urbem fuiſſe, ſatis argute docet. Itaque [5] Martium menſem à Marte

VARIAE LECTIONES.

a *al.* October XXX. b *al.* XXXIV. c *Germ.* plaeraque. *Lugd. Bat.* februum eſt. d *al.* CCCLXV hab. *Germ.* CCCLX. haberent. e *al.* nec. f *Germ.* & ſic. *Lugd. Bat.* ſuis ſunt reddita menſibus. g *Lugd Bat.* & *al.* illius. h *Lugd. Bat. Germ.* & *Ald.* Aphrodite Venere. i *Germ.* & *Ald.* menſium. k *Germ.* & *Ald.* antiquiores fuiſſe, quam urbem; ſatis ἀρχῇ docet.

NOTAE.

5 *Martium menſem*] Idem ἔτυ- lib. v. Orig. cap. 33. Martium μον placet Feſto. At Iſidorus dictum autumat, *Quod eo tempo-*

te quidem nominatum credit, non [a] quia Romuli fuerit pater, ſed quod gens Latina bellicoſa. 6 Aprilem autem non ab Aphrodite, ſed ab aperiendo; quod tunc fere cuncta gignantur, & naſcendi clauſtra aperiat natura. 7 Majum vero non à majoribus, ſed à Maja nomen accepiſſe, quod eo menſe tam Romae, quam antea, in Latio, res divina [b] Majae fiat, & Mercurio. 8 Junium quoque à Junone potius, quam junioribus, [c] quod illo menſe [d] maxime Junoni [e] honores habeantur. 9 Quintilem, quod loco apud Latinos fuerit quinto: item Sextilem, ac deinceps ad Decembrem, [f] à numeris adpellatos. Caeterum, Januarium & Februarium poſtea quidem additos, ſed nominibus jam ex Latio ſumtis: [g] & 10 Januarium ab Jano, cui [h] adtributus eſt, nomen tra-

VARIAE LECTIONES.

a *Ald.* non quod Rom. b *Germ.* Maiae fit. c *Ald.* quia illo. d *Germ. & Ald.* maximi Junoni habentur honores. e *Lugd. Bat.* habentur honores. f *Germ. & Ald.* τὸ à *deeſt*. g *Germ. & Ald.* τὸ & *deeſt*. h *In Germ.* τὸ eſt *deſideratur*.

NOTAE.

pore cuncta animantia ad marem aguntur, & concumbendi voluptatem. Idem.

6 *Aprilem autem non ab Aphrodite*] Cincius apud Macrob. lib. Saturnal. cap. 12 Plutarch. in Numa pag. 132. idem affirmat. Vid. Iſidor. dicto loco. Idem.

7 *Majum vero*] Vid Feſt. in *Majus*. Macrob. & Iſidor. d. l. Servium lib. 1. Georg ad verſ. *Vere novo*, &c. Plutarch. in Numa. Idem.

8 *Junium quoque*] Feſtus & Cincius quoque a Junone ſic dictum putant, alii à Junio Bruto, ut refert Macrob. libro jam toties citato. Idem.

9 *Quintilem*] Vid. Feſt in *Martius*. Macrob. lib. 1. Saturn. c. 12. Iſidor. dict. loc. Idem.

10 Januarium ab Jano] Macrob. lib 1 Saturn. cap. 13. Iſidor. lib. v. Orig. cap. 33. Suaves ſunt Graeci, qui Januarium vel quaſi *αἰωνάρχον* dictum putant, uti Longinus apud Suidam in *Αἰωνάρχος*. *Αἰωνάρχος, ὁ Ἰανουάριος μήν. οὕτω Λογγῖνος αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι βιάζεται, ὡσανεὶ αἰῶνος πατέρα.* Vel à janua, ut Porphyrius in lib. de Antro Nympharum, *διὸ Ἰανουᾶν εἰπόντες τὴν θύραν; καὶ Ἰανουάριον μῆνα τὸν θυραῖον προσ-*

Digitized by Google

traxiſſe, [11] Februarium a februo. [12] [a] Eſt *februum* quidquid [b] piat purgatque, & *februamenta* purgamenta: item *februare*, purgare, & purum facere. *Februm* autem non idem uſquequaque dicitur. nam aliter in aliis ſacris februatur, hoc eſt, purgatur. In hoc autem menſe [13] Lupercalibus, cum Roma luſtratur, ſalem calidum ferunt, quod *Februm* adpellant. unde dies Lupercalium proprie [c] Februatus, & ab eo porro menſis Februarius [d] vocitatur. Ex his duodecim menſibus duorum tantum nomina [e] inmutata; [f] nam, [14] qui Quintilis fuit, Julius cognominatus eſt, C. Caeſare V. & M. Antonio Coſſ., anno Juliano ſecundo. qui

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* & *Ald.* Februum. b *Germ.* & *Ald.* expiat. c *al.* Februarius. d *Germ.* vocitatus. *Ald.* vocitatus eſt. e *Germ.* & *Ald.* mutata. f *Lugd. Bat.* *Ald.* & *Germ.* nam Quinctilis, Julius cognom.

NOTAE.

προστεῖπον. quamvis hoc Latinis nonnullis etiam placuit. Vid. Macrob. lib. I. Saturnal. cap. 9. Tertullian. lib. de Idololat. cap. 15. & lib. de Coron. milit. cap. 15. Hieronym. lib. IX. comment. in Ezechiel. cap. 29. Ovid. lib. I. Faſt. Idem.

11 *Februarium à Februo*] Vid. Feſt. in *Februarius.* Ovid. lib. II. Faſt. Servium lib. I. Georg. ad verſ. *Vere novo, &c.* Iſidor. lib. V. Origin. cap. 33. Plutarchum in Numa, & ſi ridere voles, Suidam in Φεβρουάριος. Athen. lib. III. Dipnoſophiſt. Idem.

12 *Eſt Februum*] *Februum* Sabinorum lingua purgamentum eſt, teſte Varrone lib. V. de Ling. Lat. pag. 46. Auguſtin. lib. VII. de Civit. Dei cap. 7. Inde *Februare*, id eſt, purgare. Idem lib. I. de Vita Pop. Roman. citante Nonio in *Februario.* Idem.

13 *Lupercalibus*] De Lupercalium Feſto vide Dionyſ. Halicarn. lib. I. Antiq. Rom. p. 26. Plutarch. in Numa, pag. 132 & in C. Caeſare, pag. 1350. Ovid. lib II Faſt. Juſtin. lib. XLIII. Hiſtor. Macrob. lib. I. Saturn. cap. 13. Idem.

14 *Qui Quintilis fuit, Julius cognominat.*] In honorem videlicet natalis ejus. Dion Caſſ. lib. XLIV. pag. 275. & Appian. lib. II. de Bell. civili, pag. 424. Macrob. lib. I. Saturnal cap. 12. Plutarch in Numa pag. 132. Auguſtin. lib. II. de Doctrina Chriſt. cap. 21. Idem.

 15 Sex-

qui autem [15] Sextilis fuerat, [a] ex S. C., Marcio Cenſorino, C. Aſinio Gallo Coſſ., in Auguſti honorem dictus eſt Auguſtus, anno [b] Auguſtano xx. Quae nomina etiam nunc ad hanc permanent memoriam. Poſtea vero [16] multi Principes nomina quaedam [c] menſum inmutaverunt, ſuis nuncupando nominibus. quod aut ipſi poſtmodum mutaverunt, aut poſt obitum eorum, illa nomina priſtina [d] ſuis reddita [e] menſibus fuerunt.

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* Qui autem Sextilis fuerat, C. Marco (*Ald.* Marcio) Cenſorino. *Lugd. Bat.* februum eſt. b *Germ. & Ald.* Auguſtio. *Lugd. Bat.* Auguſtino. c *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* menſium mutavere. d *Lugd. Bat.* ſuis ſunt reddita menſibus. e *Germ. & Ald.* fuerunt *deeſt*.

NOTAE.

15 *Sextilis fuerat, ex SC.*] Senatuſconſultum, hujus rei ergo factum, extat apud Macrob. lib. I. Saturn. cap. 12. Vid. Dion. Caſſ. lib. LV. pag. 632. Plutarch. modo dicto loco. Sueton. in Auguſto cap. 31. IDEM.

16 *Multi principes nomina quaedam menſum immutaverunt*] Nam Nero Aprilem menſem *Neroneum* dici juſſit. Sueton. in ejus Vita cap. 55. Domitianus Octobrem *Domitianum* vocavit. Inde Martial. lib. IX. epig. 2. *Dum Janus hiemes, Domitianus* (id eſt, October) *autumnos, Auguſtus annis commodabit aeſtates.* Euſeb. lib. I. Chron. pag. 44. Plutarch. in Numa. Commodus Imp. omnium menſium nomina immutavit, teſte Suida in Κόμοδος, & AElio Lampridio in ejus Vita p. 73. Dione & Herodian. Eadem inſania laboravit etiam Demetrius, qui τ Μουνυχιῶνα nomivit Δημητριῶνα, ut refert Plutarchus in ejus Vita pag. 1638. IDEM.

CA-

CAPUT XXIII.

SUpereſt pauca de die dicere, [a] qui, ut menſis [b] & annus, partim naturalis, partim civilis eſt. [1] Naturalis [c] dies eſt, tempus ab oriente Sole ad Solis occaſum; cujus contrarium [d] tempus eſt nox, ab occaſu Solis, [e] uſque ad exortum. Civilis autem dies vocatur tempus, [f] quod fit uno coeli [g] circumactu, quo dies verus, & nox continetur; ut cum dicimus, aliquem dies triginta tantum vixiſſe; relinquitur enim etiam noctes intelligere. Hujuſmodi dies ab Aſtrologis, & civitatibus, quatuor modis definitur. [2] Babylonii quidem a Solis exortu, ad exortum ejuſdem [h] aſtri, diem ſtatuerunt. at in Umbria plerique a meridie ad meridiem; [3] [i] Athenienſes autem

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat.* quive menſis aut annus. b *al.* aut ann. c *Ald.* dies, temp. d *Ald.* eſt tempus. e *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* ſolis ad exortum. f fit *abeſt à veteri lib.* g *Ald.* circuitu. h *al. deſunt.* i *al.* Athenis.

NOTAE.

1 *Naturalis dies eſt, tempus*] Lege Geminum pag. 79. LIND.

2 *Babylonii quidem à Solis exortu*] Plin. lib. II. cap. 77. Gell. lib. III. cap. II. Macrob. lib. I. Saturn. cap. III. Iſidor. lib v. Orig. cap 30. Beda de Temp. rat. cap. 3. IDEM.

3 *Athenienſes ab occaſu Solis*] Varro apud Macrob. lib. I. Saturn. cap. 3. Plin. lib. II. cap. 77. Judaei quoque, Gen. I. & Nomades Libyes, quemadmodum ex Nicolao de moribus Gent. Stobaeus refert Serm. 165. Et Galli, teſte Caeſare lib. VI. de Bello Gall. *Galli ſe omnes à Dite patre prognatos praedicant, idque à Druidibus proditum dicunt. Ob eam cauſam ſpatia omnis temporis, non numero dierum, ſed noctium definiunt: & dies natales, & menſium, & annorum initia ſic obſervant, ut noctem dies ſubſequatur.* Et Germani, Tacit. de morib. German. *Nec dierum numerum ut nos, ſed noctium computant. Sic conſtituunt, ſic condicunt, ut nox ducere diem videatur.* Exempla paſſim in Cod. LL. Antiquar. Alemann. IDEM.

tem ab occaſu Solis ad occaſum. [a] Caeterum 4 [b] Romani a media nocte ad mediam noctem, diem eſſe exiſtimaverunt. Indicio ſunt ſacra publica, & auſpicia etiam magiſtratuum, quorum ſi quid ante medium noctis eſt actum, diei, qui praeteriit, adſcribitur, ſi quid autem poſt mediam noctem, & ante lucem factum eſt, eo die geſtum [c] dicitur, qui eam ſequitur noctem. [d] Idem ſignificat, quod qui à media nocte, ad proximam mediam noctem, in his horis quatuor & viginti naſcuntur, eumdem diem habent natalem. 5 In horas duodecim diviſum eſſe diem, noctemque in totidem, vulgo notum eſt. Sed hoc credo Romae poſt reperta ſolaria obſervatum. Quorum antiquiſſimum quod fuerit, inventu difficile eſt. Alii enim 6 apud aedem Quirini primum ſtatutum [e] dicunt, alii in [f] Capitolio, nonnulli ad aedem Dianae in Aventino. Illud ſatis conſtat, nullum in foro prius fuiſſe, quam id, quod 7 M. Va-

VARIAE LECTIONES.

a *al.* caeteri. b *al.* Romae. c *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* dicetur. d *Haec* Idem uſque ad noctem *Germ. deſunt.* e *al.* ducunt. f *al.* Capitolino.

NOTAE.

4 *Romani à media nocte*] Praeter auctores paulo ante laudatos, vide Plutarch. Quaeſt. Rom. LXXXIV. & in Pandecte Jur. L. *More* 8. *De feriis* L. *A qua aetate* 5. D. *Qui teſt. fac. poſ.* L. 1. D. *De manumiſſ.* IDEM.

5 *In horas duodecim*] Horae ſunt duum generum, *ἰσημεριναὶ*, & *καιρικαί*. Ἰσημερινὴ, Latine *aequinoctialis* dicta, Plin. lib. II. c. 97. eſt viceſima quarta pars integrae revolutionis aequatoris. Καιρικὴ eſt duodecima pars cujuſque diei vel noctis naturalis. De horis ſi plura deſideras, videas licet Coel. Rhodigin. lib. XII. Antiq. Lect. c. 19. Lil. Gregor. Gyrald. lib. de Ann. & menſibus, pag. 603. Joſeph. Scalig. lib. I. de Emend. Tem. Lael. Biſciolam lib. IX. Horar. ſubſec. cap. 19. IDEM.

6 *Apud aedem Quirini ſtatutum*] Nimirum à L. Papyrio Curſore. Plin. lib. 7. cap. 60. IDEM.

7 *M. Valerius*] Meſſala, Catana ſcilicet capta in Sicilia. Plinius ibid. IDEM.

8 *L.*

Valerius ex Sicilia advectum, ad roſtra in columna poſuit. quod quum [a] ad clima Siciliae deſcriptum, ad horas Romae non conveniret, [8] [b] L. Philippus Cenſor aliud juxta conſtituit. deinde aliquanto poſt [9] P. Cornelius Naſica Cenſor ex aqua fecit horarium, quod & ipſum ex conſuetudine noſcendi a Sole horas, [10] *ſolarium* coeptum vocari [11] [12] Horarum nomen non minus annos ccc. Romae ignoratum eſſe, credibile eſt. [c] Nam in XII. Tabulis nuſquam nominatas horas invenias, ut in aliis poſtea legibus, ſed ANTE MERIDIEM, eo videlicet, quod partes diei bifariam tum di-

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* à climate. b *Germ. & Ald.* horarium. c *Lugd. Bat. & Germ.* nam XII.

NOTAE.

8 *L. Philippus Cenſor*] Plinio eſt Q. Marcius Philippus; quod fortaſſe rectius. IDEM.

9 *P. Cornelius Naſica cenſor ex aqua)* Vid. Plin. ibid. Horologiorum porro ex aqua primus inventor Cteſibius dicitur, teſte Vitruvio lib. IX. cap. 9. De Horologiis autem eorumque diverſis inventoribus, vid. Vitruvium dicto loco. Plin. lib. II. cap. 76 & lib. VII. cap. LX. Blaſium Vignier. in annotat. ad Philoſtrati Icones, part. II. pag. 311. IDEM.

10 *Solarium coeptum vocari*] Ita emendarunt doctiſſimi viri, Petr. Faber lib. II. Semeſt. cap. ult. & Franc. Modius, Novantiq. lect. Epiſt. XIV. itaque edidit Carrio. In aliis retro exemplaribus erat *Horarium*. IDEM.

11 *Horarum nomen*] Horarum diſtinctio antiquitus ex arbitrio Praetoris pendebat, ut Varro indicat lib. V. de Ling. Lat. pag. 62. ex Coſconio: *Praetorem accenſum ſolitum eſſe jubere, ubi ei videbatur horam eſſe tertiam, inclamare horam eſſe tertiam, itemque meridiem, & horam nonam.* IDEM.

12 *Horarum nomen non minus annos* ccc. *Romae ignoratum*] Si horarum obſervatio & appellatio cum Horologiis Romam primitus intravit, ſane uſque ad id locorum, quo Horologium primum viderunt, nomen etiam Horarum ignorarunt. at id contigiſſe conſtat; ut etiam Papyriano fides habeatur, non ante annum ab V. C. CCCCLXI. Sic pluſquam quadringentos quinquaginta annos, & Horarum appellatione & Horologiis caruere. Legendum itaque fuerit apud Cenſorinum, *non minus annos* CCCCL. *Romae ignoratum eſſe credibile eſt.* Vel etiam CCCCLX. SALMAS.

13 Me-

diviſi [13] meridies diſcernebat. Alii diem quadripartito, ſed & noctem ſimiliter, dividebant: [a] idque ſimilitudo teſtatur militaris, ubi dicitur, [14] *vigilia prima*, item *ſecunda*, [b] & *tertia*, & *quarta*.

VARIAE LECTIONES.

a *Germ. & Ald.* id ſimilit. b *abeſt à vetere cod.* & tertia.

NOTAE.

13 *Meridies diſcernebat*] Nam meridies ab eo, quod medius dies. Varro lib. v. de Ling. Lat. IDEM.

14 *Vigilia prima*] Vigiliarum uſus antiquiſſimus, cum apud Judaeos, ut Judic. VII. verſ. 19. 1 Reg. XI. verſ. 11. Pſalm. LXXXIX. vſ. 4. & ibi D. Hieronym. & Pſalm. CXIX. verſ. 6. Matth. XIV. verſ. 25. Luc. XII. verſ. 38. tum Romanos. Veget. lib. III. de Re milit. cap. 8. Vid. Lipſ. lib. v. de milit. Roman. Dial. IX. Suid. in φυλακὴ & προφυλακή. IDEM.

CAPUT XXIV.

SUnt etiam plura noctis & diei tempora, [a] aliis ſubnotata, propriiſque diſcreta nominibus; quae apud veteres poëtas paſſim ſcripta inveniuntur. ea omnia ordine ſuo exponam. [b] Incipiam a nocte media, [1] quod tempus principium & poſtremum eſt diei Romani. Tempus, quod huic proximum eſt, vocatur *de media nocte*: ſequitur *gallici-*

VARIAE LECTIONES.

a *Lugd. Bat. Germ. & Ald.* aliis *deeſt*. b *Germ. & Ald.* incipio.

NOTAE.

1 *Quod tempus principium*] Sup. cap. praecedenti. Eaſdem vero diei noctiſque partes recenſent fere Varro lib. v. de Ling. Latin. & ex Varrone Servius in Commentar. in lib. II. AEneid. Virgilii. Macrob. lib. I. Saturnal. cap. III. Iſidor. lib. v. Orig. cap. 30. & 31. Beda de rat. temp. cap. 5. Vide etiam Jul. Polluc. lib. I. cap. 7. & 8. LIND.

2 *Galli*

licinium, cum [2] galli canere incipiunt. [a] dein *conticinium*, cum [b] conticuerunt. tunc *ante lucem*, & ſic *diluculum*, cum, [c] Sole nondum orto, jam lucet; ſecundum diluculum vocatur *mane*, cum lux [d] videtur Solis; poſt hoc [e] *ad meridiem*; [f] tunc *meridies*, quod eſt medii diei nomen; inde *de meridie*: [g] hinc *ſuprema*; quamvis [h] plurimi *ſupremam*, poſt occaſum Solis eſſe [i] exiſtimant: quia eſt in XII. Tabulis ſcriptum ſic: [3] [k] SOL. OCCASUS. SUPREMA. TEMPESTAS. ESTO. Sed poſtea [4] M. [l] Plaetorius Tribunus plebis ſcitum tulit, in quo ſcriptum eſt: PRAETOR. URBANUS. QUI. NUNC. EST. [5] QUIQUE. [m] POST. HAC. [n] FUAT. DUOS. LICTORES. APUD. SE. HABETO. [o] ISQUE. USQUE. AD. SUPREMAM. JUS. INTER. CIVIS. DICITO. Poſt ſupremam [p] ſequitur *veſpera*, ante ortum ſcilicet ejus ſtellae, quam [6] Plautus *veſperuginem*, [7] Ennius

nius

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* & *Ald.* deinde. b *Germ.* & *Ald.* conticuere. c *Ald.* cum Sole orto jam lucet. *Germ.* tunc ante lucem, & ſic diluculum vocatur. Mane. &c. d *Ald* videtur. Sol. e *Germ.* meridiei. f *al.* tunc. g *Germ.* hinc tempeſtas ſuprema. h *Lugd. Bat.* & *al.* multi. i *Ald.* exiſtiment. k *Lugd. Bat. Germ.* & *Ald.* Solis occaſus. l *Germ.* Plectorius. m *Germ.* Poſthac fuerit. *Ald.* p. h. erit. n *Lugd. Bat.* fiet. o *Lugd. Bat.* & *Ald.* Iiſque ſupremam (*al.* ſeptimam) ad Solem occaſum jus inter cives dicito. *Germ.* Iiſque ſupremum ad Solis occaſum jus inter cives dicito. p *Lugd. Bat. Germ.* & *Ald.* dicitur veſper.

NOTAE.

2 *Galli canere*] Vid. Plin. lib. X. cap. 21. IDEM.

3 *Sol occaſus*] Sic Gellius citat lib. XVII. cap. II. At Varro lib V. de Ling. Latin. pag. 44. Feſt. in *Supremum*. Macrob. lib. I. Saturnal. cap. III. *Solis occaſus*. IDEM.

4 *M. Plaetorius*] Tangit Varro dicto loco. IDEM.

5 *Quique poſthac fuat*] Ita legendum potius cenſeo, quam *fiet*. IDEM.

6 *Plautus veſperuginem*] Plautus in Amphitr. Act. I. Sc. I. Citatus etiam à Varrone lib. V. de Ling. Lat. pag. 74. Feſto Pomp. lib. XX & D. Auguſtino lib. XXI. de Civitate Dei, cap. 8. Vitruv. lib. IX. cap. 4. IDEM.

7 *Ennius veſperum*] Et Horat. lib. II. Od. IX.

—— *nec*

nius *veſperum*, [8] Virgilius [a] *heſperon*, [b] adpellant. Inde porro *crepuſculum*, ſic fortaſſe adpellatum, [c] quod res incertae *creperae* dicuntur; idque tempus [d] noctis ſit, an diei, incertum eſt, [e] poſt id ſequitur tempus quod dicimus, *luminibus accenſis*, antiqui [9] *prima face* dicebant. deinde *concubium*, cum itum eſt cubitum. exinde [10] *intempeſta*, id eſt, multa nox, [f] qua nihil agi [g] tempeſtivum eſt: [h] tunc, *ad mediam noctem*, dicitur: & ſic, *media nox*.

VARIAE LECTIONES.

a *Germ.* heſperum. b *Lugd. Bat.* vocant. c *Ald.* quia. d *Ald.* noctis ne ſit. e *Ald.* id *deeſt.* f *Germ. & Ald.* quia nihil. *Sed & agi, non eſt in vet. lib.* g *Lugd. Bat. & Germ.* tempeſtivum tunc, cum ad med. h *Ald.* Tum.

NOTAE.

—— *nec tibi, veſpero*
Surgente, decedant amores.
Nec rapidum fugiente Solem.

IDEM.

8 *Virgilius Heſperum*] Virgil. Eclog. VIII.

—— *tibi deſerit Heſperus*
Oetam.

Et Eclog. X.

Ite domum ſaturae, venit Heſperus, ite capellae.

IDEM.

9 *Prima face*] Vid. Joh. Brod. lib. IV. Miſcell. cap. 33. IDEM.

10 *Intempeſta*] Vid. Serv. lib. III. AEneid. Virg. ad Verſ.

Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.

IDEM.

FRAG-

Digitized by Google

FRAGMENTUM INCERTI SCRIPTORIS,

Antea *Cenſorino* tributum, & cum ejus de *Die Natali* Libro continenter inpreſſum, nunc ab eodem ſeparatum, correctiuſque, & aliquot Capitibus, ex veteri Libro additis, auctius editum a

LUD. CARRIONE.

CAPUT I.

DE NATURALI INSTITUTIONE.

INitia rerum eadem elementa & principia dicuntur. Ea Stoici credunt tenorem atque materiam. Tenorem, qui, rareſcente materia a medio tendat ad ſummum; eadem concreſcente, rurſus a ſummo referatur ad medium. Thales Mileſius aquam principium omnium rerum dixit. Alias opiniones [1] ſupra retuli. Stoicorum opinio probanda: qui, cum arte compoſitum mundi opus conſide-

ra-

NOTAE.

1 *Supra retuli*] al. *retulit.*] Haec ab aliis huc injecta occaſionem dederunt, ut Cenſorino tribuerentur, cum non diſſimiliter eadem ſuperius tractaſſe videretur. CARRIO.

I 2 Nec

rarent, [a] introduxerunt Naturam providam ac ſapientem, quam ordo inpermutabilis oſtenderet; & induſtria factum pronunciaverunt. Sive perpetuus, ſive longaevus eſt mundus, & in flammas abit, & viciſſim ex flammis renovatur, [b] ac reſtituitur, durantibus tamen principiis: [2] nec recidere ad nihilum videri poteſt, quod in ſe deficit, & in ſe regignitur. Et conſtat quidem quatuor elementis, terra, aqua, igne, aëre. [3] cujus principalem Solem quidam putant, ut Cleanthes; [c] ut Chryſippus, aethera: cujus motu perenni [4] ſubjecta tenentur & adminiſtrantur, & ipſe quidem aether nihil patitur. [5] aër aetherem ſupra, infra aquam, & aër ſupra aquam, infra terram. terra omnia ex omnium permixtione progignit, & temperantia fovetur, intemperantia laeditur. Invicem porro elementa ſuccedere, & interitu ſingulorum univerſa fieri ſempiterna, manifeſtum eſt.

VARIAE LECTIONES.

a *al.* idcirco duxerunt. b ac reſtituitur, poſt quod in ſe deficit. c at Chryſippus.

NOTAE.

2 *Nec recidere ad nihilum*] Haec vulgo male corrupta ſunt, qua à ſcriptura, qua à diſtinctione. CARR.

3 *Cujus principalem ſolem*] Menagius legit *principale*. ED. CANTABR.

4 *Tenentur & adminiſtrantur*] Reliqua vulgo deſunt. CARR.

5 *Et aër ſupra*] Haec corrupta ſunt, deeſt enim quod de igne dici debet: neque ſatis conſiſtunt. CARR. leg. *Aer aetherem ſuprà, infrà aquam, aqua infrà terram, terra omnia, &c.* nec requiritur hic ut *ignis ſphaerae* mentio fiat, cum ſententiam Stoicorum referat non Ariſtotelis. NUNNES.

Digitized by Google

CAPUT II.

[1] DE COELI POSITIONE.

COElum circulis quinque diſtinguitur, quorum duo extremi maxime frigidi, auſtralis humillimus, & aquilonius excelſiſſimus. His utrimque proximi duo paralleli vocantur, [a] aeque, ut ita dixerim, diſtantes, iidem tropici, iidem ſolſtitiales: alter hibernus, per quem Sol, tranſmittens octavam partem Capricorni, ſolſtitium hibernum facit; alter aeſtivus, per quem Sol octava parte Cancri ſolſtitium aeſtivum facit. medius eſt aequinoctialis, qui octava parte Arietis aequinoctium vernum,[b] octava parte Librae auctumnale conſtituit. Ut circuli in coelo, ita in terra zonae vocantur: inhabitabilis infra frigidus circulus ob rigorem, quod ab his longiſſime Sol abeſt: item extenſus in radios aequinoctiales, quod ſub vertice Solis eſt. ſub quo quidam habitare dicunt [2] cydrophe, & AEthiopiae maximam partem. item plurimas inſulas Maris Rubri, alioſque vertices eminentiaſque terrarum noſtris ampliores, ſub tropicis habitare nihil dubium eſt. Noſter ſolſtitialis aeſtivus eſt excelſus atque arduus. diviſi a nobis circulo aequinoctiali Antichthones vo-

VARIAE LECTIONES.

a *Manut.* aequi diſtantes. b octavam partem cancri tranſcurrens.

NOTAE.

1 *De coeli poſitione*] Haec quatuor capita, quae vulgo deſunt, edidimus ex Vet. Cod. item ex vetuſta editione Mediol. CARR.

2 *Cydrophe*] In litura eſt haec vox in V. Cod Pithoeano, & vet. edit., *Cydropiae*. IDEM.

Digitized by Google

vocantur: videntur humiles atque depreſſi. quibuſque Antipodes infra ſunt. quod ut poſſe videatur, efficiunt flexus obliquitateſque terrarum. [3] Antichthones idem [4] Antoecoe nominantur. Incipit ſignifer non ab extremo circulo, nec ad extremum pertenditur, ſed ab [5] imo tropico auſtrali brumalique eodem per aequinoctialem ad ſummum ſolſtitialem eumdemque [a] aeſtivalem per medium longitudinis latitudiniſque porrectus obliquum. Circuli ſigniferi partes CCCLX. ſigna XII. partium ſingula tricenarum, quorum quaedam minora quaedam ampliora [b] & [7] populo . . . * . . . dicuntur ſed compenſatio quinque partes creditur adplicare, ut ſint omnes ſigniferi partes CCCLXV. horum incipientia ab Ariete altera ſunt [8] maſculina, altera feminina: & maſculina quidem maſculorum natalibus, alia feminarum convenientia. Item quartum quodque eorum aut tropicum, aut [9] ſolidum, aut [c] deforme. Incipiet denumeratio ab Ariete, quod ſignum tropicum eſt. Tropicorum duo ſunt aequinoctialia. [10] Aries & Libra: duo ſolſtitialia, Capricornus & Cancer. Tropicis proxima ſolida, antepoſita his deformia.

VARIAE LECTIONES.

a aeſtivum. b *Canchius leg.* πολυανάφορα. c biformi, *ut Graeci:* δίσωμον. *Virgilius lib.* VI. proleſque biformis.

NOTAE.

3 *Antichthones*] Ita recte vetus Mediolan. male alii *actiones*. IDEM.

4 *Antoecoe*] In membranis *antiſchepae.* in aliis, *antiſtochaeret antiſchepae.* IDEM.

5 *Imo tropico*] Pith. & Mediolan. *initio.* IDEM.

6 *Longitudinis*] Pith. *longitudo in his.* IDEM.

7 *Populo * dicuntur*] Haec in litura in membranis. IDEM.

8 *Maſculina*] Haec valde prava in membranis. IDEM.

9 *Solidum aut deforme*] repone *biforme*, & in fine cap. *biformia.* ipſe auctor ſic nuncupat cap. 3. & Graecè δίσωμα ea ſigna vocantur. *Ptolem. lib.* I. Τετραβίβλω. NUNN.

10 *Aries*] Haec deſunt in membranis. CARR.

Digitized by Google

CAPUT III.

DE STELLIS FIXIS ET STANTIBUS.

STellarum aliae cum coelo feruntur, ideoque, quod non excedunt ſuos locos, fixae nominantur: aliae contra coelum, & in ortus coeli eunt, ſed mundi celeritate victae occidere videntur cum eo, quamvis curſum ſuum peragant. Sol maximum ſidus aetheris, medii [a] limite igneſcit, ſingulis diebus & noctibus peragit ſingulas partes: ſigniferum pervadit [b] annum. Luna de Sole flammatur. ambit circuitu breviſſimo terram triginta diebus, adeo vicina vertici terrae, junctaque, ut in umbram ejus incidere ſoleat, & videri deficere eadem cum ſubiit Solem & ſubſtitit radiis, facit [c] obſcurationem, quae defectio Solis videtur: interim tamen cava, paucioribus quam triginta diebus circulum ſuum tranſit. Saturni ſtella per maximum ambitum fertur, ideoque tricenis menſibus ſingulis ſignis reſiſtit, per triginta annos ſigniferum pertranſit: frigida & ſterilis, infecunda, terris naſcentibus non ſalutaris, facit adverſa diurna [1] & ſubita. Jovis ſtella in ſingulis ſignis annum manet, ſigniferum duodecim annis evadit, ſalutaris & temperata, & [2] univerſis [d] euntibus proſpera. Martis ſtella non eodem ſpatio

VARIAE LECTIONES.

a lumine. *Cauchius*, limine. b anno, *Cauchius*. c obſcuritatem. d eventibus.

NOTAE.

1 *Et ſubita*] Mediol. *nte ſubite*. CARA.

2 *Univerſis euntibus*] corr. *exiſtentibus*. NUNN.

tio ſignis ſingulis haeret, ſed ſigniferum [3] novem fere annis pervagatur, ignea, intemperans, & in adverſis & in [a] mortalibus ſubita, vel [b] ferit repentinis morbis, vel ferro perimit. Stellae Mercurii & Veneris Solem ſequuntur, eademque ſpatia cuſtodiunt. Stella Mercurii fit ſimilis illi, quam videt; Veneris, genitalis & roſcida, & proſpera, & ſalutaris. Luna globum ſuum creditur habere, ſed ignem à Sole concipere, &, quantum percutitur, ardeſcere. Quando igitur à Sole diſcedit, augetur: cum vero contra ſtetit, toto feritur adverſo, & velut ſpeculum, non vim, ſed imaginem reddit. Hac univerſa gignentia creſcente pubeſcunt, [4] tenueſcente tenuantur. Humor etiam & ſpiritus omnis augeſcit: tumeſcit Oceanus, deinde cum ipſius fulgore conſidit, [5] Diverſo ergo [6] coeli & [7] vagantium ſtellarum concurſu, quod temperatur, utrimque deteritur, & infra fluit. Id excipit Luna, & Soli tradit: quo & animalia vigeſcunt, & humus quodammodo animatur genitali calore, &, ut ita dixerim, [c] vivo. Plurimum in originibus valent, quae in ortu [8] ſunt, languent in occaſu. Ortum facit ſtella, quam Sol praeterit, deinde ſtationem matutinam cum à quinto loco Solis ſteterit: in eodem

VARIAE LECTIONES.

a Mortibus, *Cauchius.* b *Manut.* perit. *fortaſſe* petit. c *Cauch.* vivifico.

NOTAE.

3 *Novem fero annis*] Cujuſnam fuerit haec ſententia requirendum. Ab opinione publica longiſſime abhorret. Ex notis autem numerorum facillime errata multa naſcuntur. IDEM.

4 *Tenueſcente*] Membran. *pubeſcente.* CARRIO.

5 *Diverſo*] *Diverſi.* IDEM.

6 *Coeli &*] q. *circuli.* IDEM.

7 *Vagantium*] *Vagantia* IDEM.

8 *Sunt*] Aliquid deletum in libro vetere. IDEM.

dem manet ſigno, donec ab eodem Sole moveatur. Quae contraria eſt Soli, mane occidit. Oritur ſimul nocte, & vocatur [8] * deinde rurſus altero latere à quinto ſigno deprehenſa poſt meridianam ſtationem facit; donec ingreſſo Sole idem ſignum ſub radiis ejus deliteſcat, & in totum occidat. Adſpiciunt inter ſe ſtellae ex quinto ſigno, quod dicitur trigonon: & habent maximam conſenſionem. Item à quarto, quod dicitur tetragonon, & [9] centrum vocatur, & in alterutrum maximum praeſtant effectum. Item ex contrario, quod eſt [10] ſextum ſignum, & diametron vocatur, eſtque maxime adverſum. Caetera diſſident, vel leviter adſpiciuntur. Tertium quodque [a] dicitur hexagonon. Signa tropica peregrinationibus praeſunt, & omnino mobilibus, & in conſiliis ſubinde variant atque permutant: biformia geminatione rerum omnium repetitionem ſignificant; & interim dilatione ſolida vehementer & inſtanter efficiunt, & ad exitum vel proſpera vel adverſa perducunt, ſicut adſpiciuntur à ſtellis, vel faventibus, vel repugnantibus. Multum tamen refert cujus quaeque ſtella domus ſit, alienae an ipſius. Domus Solis eſt Leo, Lunae Cancer, Mercurii Virgo & Gemini, Veneris Libra & Taurus, Martis Scorpio & Aries, Jovis Sagittarius

VARIAE LECTIONES.

a quod dicitur.

NOTAE.

8 * *Deinde rurſus*] Membranae, *acronicos*. Pith. *Acronicos aronicus*: Mediol. *Acronios*. in optimis eſt litura. IDEM.

9 *Centrum*] Haec in Membr. in litura. IDEM.

10 *Sextum ſignum*] Correctum in vet. lib. *ſeptimum*; uti eſt in Pith. & Med. IDEM.

rius & Piſcis, Saturni Capricornus & Aquarius. Nocturnis originibus favent Luna, Mars, Venus: plus die poſſunt Sol, Saturnus, Jupiter: Mercurius varie, & quomodo conſenſit aut viſus eſt.

CAPUT IV.

DE TERRA.

TErra omnium rerum eſt media, forma globoſa. Aquis cingitur, in [a] aëra prominet, excipit coelum: aque omni vel [b] temperie quantum adficitur, ita quaecunque ſuſtinet, adficit & movet. [1] Poterat finem liber, plenus omnibus neceſſariis, jam videri conſecutus; ſed cum & mundi dimenſiones, & plurima praeterea in univerſis rebus, ratio Geometrica inpleverit, pauca de numeris menſuriſque dicamus.

VARIAE LECTIONES.

a aëre. b tempore.

NOTAE.

1 *Poterat finem liber*] Vel hinc Cenſorini libro eſſe aliena videri poteſt, haec a ſuperiore CARR.

CAPUT V.

DE GEOMETRIA.

GEometria eſt ſcientia dirigendi figuras, & numeros emetiendi cum ſuis reſolutionibus. Numerus eſt congregatio ſingulorum, finita ſemper, [1] & infinita natura.

NOTAE.

1 *Et infinita natura*] Ita membranae corrigunt, ut & Pith. & Mediolan. ſed in iis ante aberat copula. *Et*. Vid. Euclidem principio Element. 1. CARR.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VI.

DE FORMIS.

NOta eſt, cujus pars nulla eſt. Linea longitudo ſine latitudine. Lineae autem [a] finis, notae. Recta linea eſt, quae ſuper ſe [b] politis notis aequabiliter poſita & ſubmiſſa eſt. [1] Quod longitudinem tantum habet ſummitatis. Finis lineae ſuper plana, quae dicitur ἐπίπεδος. Summitas eſt, quae ſuper [2] ſe poſitis rectis lineis aequabiliter poſita eſt, [3] vel quae ſuis finibus aequabiliter poſita eſt. Planus angulus eſt, in planicie duarum linearum, non è regione poſitarum, ad unum ſignum contingens curvatio. Hae lineae, quae angulum continent, cum rectae ſint, is angulus rectis lineis contineri dicitur. Si recta linea ſupra rectam lineam ſtans continuos angulos inter ſe pares facit, tum uterque ex paribus angulis rectus dicitur; & ea linea Graece κάθετος, Latine [4] norma dicitur. Rectus angulus, eſt modicus & ſibi congruens; hebes, major recto; acutus, minor [5] recto.

VARIAE LECTIONES.

a *Cauch.* fines, Euclid. γραμμῆς δὲ πέρατα σημεῖα. b *Cauch.* *ita*: ſita eſt, Summitas eſt, quae longitudinem tantum habet. Summitatis fines lineae ſunt. Plana dicitur ἐπίπεδος ſummitas eſt, &c.

NOTAE.

1 *Quod longitudinem*] *legend.* quod longitudinem & latitudinem tantum habent. Summitati fines lineae. Superplana, quae dicitur ἐπίπεδος, ſummitas eſt quae &c. NUNN.

2 *Se poſitis*] *Sic* Pith. alii, *ſe-poſitis*. CARR.

3 *Vel quae*] Haec addunt membranae & ver. editio. IDEM.

4 *Norma*] q *Normales*. IDEM.

5 *Recto*] Deeſt vulgo. male. IDEM.

Caput VII.

DE FIGURIS.

Figura eſt, quae aliquo fine, aut aliquibus finibus continetur. Circulus eſt figura plana, una linea comprehenſa, intra quem mediae omnes lineae inter ſe pares ſunt. Centron eſt nota circuli medii. Diametros eſt recta linea per centron emiſſa, & in utramque partem ſecans circulum. Hemicyclium eſt circuli dimidium. Euthygrammoi formae ſunt, quae rectis lineis continentur. [a] Trigonum, trilaterum; tetragonum, quod quatuor: multilaterum, quod pluribus. Triangulum aequilaterum, quod paribus trinis lateribus [b] concurrit; iſoſceles, quod duo tantum latera paria habet. Scalenon, quod tria latera inaequalia habet. [1] Orthogonum, quod habet [2] (rectum angulum: amphigonum quod

VARIAE LECTIONES.

a *Cauch. ex Euclide*, τρίπλευρον quidem quod tribus; τετράπλευρον autem quod quatuor; ac πολύπλευρον quod pluribus quam quatuor rectis lineis continetur. Triang. &c. b continetur.

NOTAE.

1 *Orthogonum*] *Haec ſic legenda ſunt*, Orthogonion, quod habet rectum angulum: amblygonion, quod habet unum angulum hebetem: oxygonion, quod acutos omnes tres angulos habet. Quadrilaterarum formarum quadratum eſt, quod omnia quatuor latera paria habet, & angulos rectos: heteromeces, quod rectos angulos nec latera paria habet; ſcutula, id eſt, rhombos, quod latera paria habet; nec angulos rectos: ſimile ſcutulae, cujus contraria latera, & contrarii anguli inter ſe pares ſunt; ſed neque aequaliter, nec undique aeque rectis angulis: Trapezia caetera nominantur. *Hic* ſimile ſcutulae *eſt* ῥομβοειδής. Nunn.

2 *Rectum ang.*] His notis [ ] incluſa ab editionibus abſunt. Carr.

3 *In-*

quod habet hinc [3] inde angulum hebetem: oxygonon, [4] quod acutos omnes tres angulos habet:) quadrilaterum, formarum quadratum eſt, quod omnia quatuor latera habet, & angulos rectos; heteromeces, (quod nec angulos, nec latera paria habet. Scutula, id eſt, rhombos) quod latera paria habet, nec angulos rectos, ſimiles ſcutulae: cujus contraria latera, & contrarii anguli, inter ſe pares [5] ſunt, ſed neque aequaliter nec undique aeque rectis angulis. Trapezia, caetera nominantur. Parallelae lineae, quae ſunt in eadem planitie poſitae, nunquam inter ſe contingunt.

NOTAE.

3 *Inde angulum*] Vet. Cod. *habet inde angulum hebetem.* Corr. *habentem* & in litura. IDEM.

4 *Quod acutos*] Et haec ab editionibus abſunt. IDEM.

5 *Sunt, ſed*] Haec ineptiſſime ſcribuntur vulgo. IDEM.

CAPUT VIII.

DE POSTULATIS.

Poſtulata Geometrarum ſunt quinque, ut liceat ab omni ſigno ad omne ſignum rectam lineam ducere, & omnem finitam rectam lineam è regione [1] ejicere, & [2] omni modo [3] & intervallo circulum ſcribere; [4] & omnes rectos angulos

NOTAE.

1 *Ejicere*] *Pith.* ducere. CARR.

2 *Omni modo*] Fort. medio, i. e. centro. NUNN.

3 *Et intervallo*] Interponunt vulgo, *ſigno ex intervallo.* CARR.

4 *Et omnes*] Haec omnia turpiſſime vulgo corrupta ſunt. IDEM. *Interponendum eſſet* ante haec verba, communes animi conceptiones. *Moxque legend.* & ſi in rectas lineas linea immiſſa interiores angulos minores duobus rectis fecerit, erectas lineas concurrere. NUNN.

1 *Mu-*

Digitized by Google

los inter ſe pares eſſe; & ſi in lineam recta linea inmiſſa interiores angulos minores duos rectis pares fecerit, erectas lineas [a] concurrere. Si paribus paria adjecta fuerint, omnia paria erunt: & ſi paribus paria demta, reliqua erunt paria; & quae eiſdem paria ſunt, & inter ſe paria ſunt.

VARIAE LECTIONES.

a *al.* continere.

Caput IX.

DE MUSICA.

PRior eſt [1] Muſica inventione metrica. Cum ſint enim antiquiſſimi poëtarum Homerus, Heſiodus, Piſander, & hos ſecuti elegiarii, [2] Callimachus, Mimnermus, [3] Euhemerus: mox Archilochus & Simonides, trimetrum jambicum, [4] chorium catalecticum, tetrametron compoſuerunt. Archilochus etiam commata verſibus adplicando variavit. [5] Eupolis per plurimas ſpecies ſecuit, Alcman numeros etiam minuit in carmen [6] hinc poetriae melicae; ac [7] Teleſilla etiam Argiva minutiores edidit numeros. Quae ſpecies cum jam diſpliceret, & integra brevior videretur,

NOTAE.

1 *Muſica*] *auferendi caſus*, Metrica, *rectus*. Nunn.

2 *Callimachus*] In V. C. *Gallinus*, ſed & ſequentia nomina ibidem corrupte, *Minervus Eurectus*. Carr.

3 *Euhemerus*] *Lubens reponerem* Euenus. Nunn.

4 *Choricon*] *Repono*, & choricon catalecticonque tetrametron compoſuerunt. Idem.

5 *Eupolis*] Vet. Cod. *ea potius*. & in litura. Carr. *Mallem*, Epodos, nam &c. Nunn.

6 *Poëtriae melicae*] Vulgo, *poëticae*. Carr. *Melius* Poëtice melice. Nunn.

7 *At Teleſilla*] Ἀτελὴς *illa*. vulgo In membr. ἄτλης *illa*. Scribe. *At Teleſilla*. de qua vide Pauſaniam. Carr.

8 *In-*

tur, magnitudine Pindari adſerta eſt; qui etiam libros [8] innumeris modis edidit; hoc ſecuti muſici [9] Timotheus, [a] & Pondos, & [10] [b] Hyperides, & Follis, & clariſſimus cum peritia tum eloquentia Ariſtoxenus, modulati protinus cantus. [11] Nec tamen non putes antiquiores cantus eſſe numeris, ſed ruſticos & inconditos: poſt quos poëtica valuit, [12] veluti legitima; Muſica licentior, magiſque modulata.

VARIAE LECTIONES.

a Terpander, *Cauch.* b Baſil. Hypericles.

NOTAE.

8 *Innumeris*] Recte. Tale eſt illud, *numeri innumeri*, ut in Gellio diximus. IDEM.

9 *Timotheus*] Vide Plutarchum & Suidam. Tria ſequentia nomina vereor ut recte ſe habeant. IDEM.

10 *Hyperides*] ἐπισκεπτέον an Hippoclides, *qui* ὀρχηστὴς *nobilis:* ἡ δ᾽ ὀρχηστικὴ *muſicae ſubjecta apud Veteres. Hic Cauchius legebat* Hipponax & Hyperides. *mox*, & Phyllis, *è Plutarcho.* NUNN.

11 *Nec tamen non put.*] Membranae & vetus editio, *nec tamen an putes*. Correct. in membr. *nec tamen an putes.* CARR.

12 *Veluti legitima*] ὑποσιγικτέον hic. NUNN.

CAPUT X.

[1] DE RHYTHMO.

Rhythmus creditur dictus à Rhythmonio Orphei filio, & [2] Idomoneae nymphae Maricae,

NOTAE.

1 *De Rhythmo*] *Rhythmus eſt compoſitio quaedam ex ſenſilibus collata temporibus ad aliquem habitum ordinemque connexa.* M. Capella. Bacchius. Τούτων (ῥυθμῶν) ἁπλοῖ πόδες; ἓξ ἡγεμὼν, ἴαμβος, χορεῖος, ἀνάπαιστος, ὄρθιος, σπονδεῖος. Συμπεπλεγμένοι δὲ πόδες; Τέσσαρες. παιὼν, βακχεῖος, δόχμιος, ἐνόπλιος. Haec damus, quoniam totum caput in Fragmento corruptum eſt. ED. CANTABR.

2 *Idomoneae Nym.*] Membran. *Et id nomen AEnymphae Maricae.* CARR.

cae, ut tradit [3] Nicoſtratus, libro quem compoſuit de Muſico fratre Rhythmonii: [4] tradit Hymenae Varrithonis autem & Chloridis [5] Tireſae filiae Periclymenum & [6] Perimedem, qui primus cecinerit res geſtas heroum muſicis cantibus.

NOTAE.

3 *Nicoſtratus*] Vulgo, *Nicratus*, Membr. *Nicoſtratis*. aliae, *Nicoſtratus*. CARR.

4 *Tradit*] Locus faede corruptus. Membr. *tradit Hymene Varri, Tonis.* IDEM.

5 *Tireſae*] Ita Carrio, & Lindenbrogius, rectius Baſileenſis, *Tireſiae*. ED. CANTABR.

6 *Periclymenum &*] Ita Vet. Cod. vulgo, *Pendemenum & Peridemen*. Alius Vet. Cod. *Periclimenum & Perimedium*. CARR.

CAPUT XI.

DE MUSICA.

MUſica eſt peritia faciendorum & canendorum modorum. Ejus partes harmonica, organica, crouſmatica. Crouſmata, [a] pulſus decori [b] ſine carmine vocantur. [1] Harmonia, eſt conſonantia Organica, rhythmos Graece, modus dicitur Latine. Nominatur verſus ab eo, quod fluat, ſeque ipſe circumeat. Modus autem, eſt lex quaedam & ordo vocalium intervallorum & differentia; [2] vel, ut Ariſtoxenus definit, non ut-

VARIAE LECTIONES.

a *al.* pulſu decori. b ſine carminis, *Manut.*

NOTAE.

1 *Harmonia eſt Conſonantia organica*] *Ita lege ſublata* τελείᾳ σιζυγῇ. NUNN.

2 *Vel, ut Ariſtoxenus*] Prout haec leguntur & diſtinguuntur, non crederes prius membrum eſſe Ariſtoxeni, ſed poſterius: ita ut pro una duas hic habere definitiones videamur, verum non ſic ab auctore ſcriptum, cum enim

utcumque compoſitum vocalium temporum intervallum. 3 * a Carmen eſt modus motus. Tempus, eſt ſyllabae ſpatium. hujus elementum brevis ſyllaba. diviſio, brevis alia, longa alia, & neutrius ratio eſt.

VARIAE LECTIONES.

a carmen eſt modus vocibus junctus. *Manuſ.*

NOTAE.

nim perpetuo ſequatur Ariſtoxenum, ita hic ab illo non recedit, quare legimus, & diſtinguimus, *velut Ariſtoxenus definit*; eaque verba per parentheſin ſunt conſtruenda. Ariſtoxenus lib. I. pag. 18. Ἐπειδὴ οὐ μόνον ἐκ διαστημάτων τε καὶ φθόγγων συνεστάναι δεῖ τὸ ἡρμοσμένον μέλος, ἀλλὰ προσδεῖται συνθέσεώς τινος ποιᾶς, καὶ οὐ τυχούσης. ED. CANTABR.

3 *Carmen eſt modus, motus*] Baſileenſis Editio habet, *Carmen eſt modus vocibus junctus, cujus diſcrimina cantus, modus, motus.* hoc quoque probat Nunneſius; quoniam, inquit, ᾠδὴ eſt dulcedine ſoni verbum lexiſve pronunciata, prout χρώματα vocantur quae ſunt ἄνευ τῆς λέξεως, μετὰ ῥυθμοῦ δὲ καὶ μέλους ut loquitur Ariſtides, ideoque ᾠδὴ ſeu carmen, eſt modus (μέλος) vocibus junctus. IDEM.

CAPUT XII.

DE MODULATIONE.

1 MOdulatio, eſt modorum prudens diſpoſitio. 2 Ejus tres ſpecies, a τόνος, χρῶμα, ἁρ-

VARIAE LECTIONES.

a Cantab. διάτονος.

NOTAE.

1 *Modulatio*] Τοῦ μὲν ἐπιτηδείως γινομένου μέλους, τὴν διαστηματικὴν χρῆσθαι τῇ τῆς φωνῆς κινήσει διοίσει τὸ μουσικὸν μέλος. Haec ſunt in Ariſtoxeno quae propius abſcedunt ab hoc ſcriptore. ED. CANTABR.

2 *Ejus tres ſpecies*] Τρία γένη τῶν μελῳδουμένων ἐστί· διάτονον, χρῶμα, ἁρμονία. ſed neque ma-

I

ἁρμονία. [3] Species carminum tredecim: ex quibus primae ſunt, [4] Dorium, Phrygium, Lydium. His acceſſerunt graviſſimum Hypodorium, mox duo Hypophrygii, gravior & acutior, ([5] deinde Hypolydii totidem, & perinde gravior & acutior:) deinde Dorius medius, tum Phrygius gravis & alter excelſus: totidem Lydii, gravis & acutus: tum [6] Mixolydii pari diverſitate: poſtremo Hypermolydii pari diverſitate: poſtremo Hypermyxolydius acutiſſimus. Organum quondam habuit tres intenſiones, gravem, mediam, & acutam. inde Muſae quoque tres olim aeſtimatae, Hypate, Meſe, Nete. Nunc in ampliore numero ſoni conſiderantur, [7] [a] ut ſit proſlambanomenos Hypaton

VARIAE LECTIONES.

[a] veluti, *Manut.*

NOTAE.

le Cauchius, διάτονος; ita Ariſtides uſurpat. Nunneſius retinet τόνος, quod dicit poni pro διάτονον, ut ἁρμονία & χρῶμα, pro γένος ἐναρμόνιον & χρωματικόν. quod poſterius etſi verum eſt de Ariſtoxeno & Ariſtoxenicis, non memini tamen me legiſſe τόνον poſitum pro διάτονον. ſed neque ille profert exemplum. Idem.

3 *Species Carminum*] Hoc eſt, τρόποι τῶν μελῶν. vocantur & τόνοι. Euclides pag. 19. Εἰσὶ δὲ κατὰ Ἀριστόξενον τρισκαίδεκα τόνοι. deinde enumerat; alii quindecim. Alypius, εἰς τοῦτο λεγομένους τρόπους τε καὶ τόνους, ὄντας πεντεκαίδεκα τὸν ἀριθμόν. praemittuntur enim illi ab Ariſtoxeno admiſſis in acutum duo *Hyperlydius* & *Hyperaeolius*. ita quoque Ariſtides Quintilianus pag. 22. Idem.

4 *Dorium*] In membranis videtur fuiſſe, *Dorio*, *Phrygio*, *Lydio*. Carr.

5 *Deinde*] Notis incluſa vulgo deſunt. Idem.

6 *Mixolydii*] Vulgo. *meſolydii*. Sed ita Vet. Cod. ut etiam, *postea mixolydius*, non *hypermeſolydius*. Idem.

7 *Ut ſit*] *Totum hunc locum ad hunc modum legendum eſſe patet è Muſicis:* Ut ſit proſlambanomenos, hypate hypaton, deinde parhypate hypaton, lichanos hypaton, deinde hypate, deinde hypate meſon, deinde parhypate meſon, deinde lichanos meſon, deinde meſe, trite ſynemmenon, paranete ſynemmenon, nete ſynemmenon, parameſe, trite diezeugmenon, paranete diezeugmenon, nete diezeugmenon, trite hyperbolaeon, pa-

Digitized by Google

pate hypaton, deinde parypate hypaton, deinde Lycanos hypaton, deinde hypates meſon, deinde Lycanos meſon, deinde [8] triſcelmeumenon netes mommenon, parameſe, trite diezeugmenon, paranete diezeugmenon, trite hyperboleon: Quas animadvertiſſe cum reſonantia ſuavitatis in arcu ſororis Apollinem tradunt, & intendiſſe protinus citharam, tum notaſſe, quod adſtrictiora fila nervorum in acumen excitarentur, gravibus reſponderent remiſſa. inde feciſſe tres primos, de quibus ſupra dictum eſt: hanc excepiſſe intenſionem Linon, quem quidam Apollinis filium tradunt, & nymphae Parameſae [9] Chryſthemidi reliquiſſe: ab ea adjunctum modum, qui ſynemmenos dicitur: hunc numerum auxiſſe Terpandrum adjectione diezeugmenon, qui primus à gravibus in acumen [a] avertitur; deinde [10] Timotheus addidit duos, pa-

VARIAE LECTIONES.

a avertit, *Manut.*

NOTAE.

paranete hyperbolaeon, nete hyperbolaeon: quas animadvertiſſe, &c. NUNN.

8 *Triſcelmeumenon*] *Trite ſyneumenon, nete ſyneumenon*, Vet. Cod. Vulgo, *& intendiſſe potius dytarantium notaſſe.* CARR.

9 *Chryſthemidi*] Vet. Cod. *Chryſothemidi.* IDEM.

10 *Timotheus addidit duo, parameſon & hyperbolaeon*] Addidit Timotheus in tetrachordo hypaton, parhypaten hypaton, & lichanon hypaton chromaticas; in tetrachordo meſon, parhypaten meſon, & lichanon meſon, itidem chromaticas. BULLIALDUS. Vixit Spartae aliquando Timotheus, cumque chromaticum diatonico adjungeret, accuſatus eſt coram Rege & Ephoris de corrumpenda Muſica, juſſuſque eſt ſuperfluas reſecare chordas, & lyram ad priſtinum ſtatum ſeptem chordarum reducere. Apud Boethium lib. I. de Muſica extat hoc ψήφισμα Laconum. Emendatum vero dedit Bullialdus ad Theonem. Nuſquam alibi, nedum in Ariſtophane, tanta copia Laconicae dialecti apparet. Sed audeſis τὸ πόδα. σίγα πᾶς.

ΕΠΕΙΔΗ Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος παραγινόμενος ἐς τὰν ἁμετέραν πόλιν, τὰν παλαιὰν μῶσαν ἀτιμάσδη, καὶ τὰν διὰ τᾶν ἑπτὰ χορδᾶν κιθάριξιν ἀποστρεφόμενος,

K πο-

paramesſon & hyperboleon. Initium modi dicitur diesis: [11] dimidium, hemitonium, totum, tonos. Toni duo & dimidius, diateſſaron nominatur; tres & dimidius, diapente; ſex, diapaſon. Haec Muſicae ſumma eſt.

NOTAE.

πολυφωνίαν εἰσάγων λυμαίνεται τὰς ἀκοὰς τῶν νέων. διά τε τᾶς πολυχορδίας καὶ τᾶς καινότατος τῶ μέλεος ἀγεννῆ καὶ ποικίλαν, ἀντὶ ἁπλόας καὶ τεταγμένας ἀμφιέννυται τὰν μῶαν, ἐπὶ χρώματος συνιστάμενος τὰν τῶ μέλεος διασκευάν· ἀντί τε ἑνὸς νόμω ποιῶν ἀντίστροφον ἀμοιβαίαν. παρακλαθεὶς δὲ καὶ ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τᾶς Ἐλευσινίας Δάματρος ἀπρεπῆ διεσκευάσατο τὰν τῶ μύθω διασκευάν· τὰς γὰρ Σεμέλας ὠδῖνας οὐκ ἔνδικα τὰς νέως δίδακκε.

ΔΕΔΟΧΘΑΙ φᾶν περὶ τούτων, τὼς Βασιλέας, καὶ τὼς Ἐφόρως μέμψασθαι Τιμόθεον. ἐπαναγκάξαι δὲ καὶ τᾶν ἕνδεκα χορδᾶν ἐκταμόντα τὰς περιττὰς, ὑπολειπόμενον τὰς ἑπτά· ὅπως ἕκαστος τὸ τᾶς πόλιος βάρος ὁρῶν, εὐλαβῆται ἐπὶ τὰν Σπάρταν ἐπιφέρειν τι τῶν μὴ καλῶν ἠθῶν, μήποτε ταράττηται κλέος ἀγώνων.

Quod dixi alibi tantam copiam hujus dialecti non apparere, id intelligendum de frequenti permutatione τοῦ σ' in ρ'. praeterea obſervandum in hoc decreto τὸ θ' non mutari in σ', quod tamen ſaepius factum reperitur in Comico. Ἀγροτέρ' Ἄρτεμι σηρακτόνε Μόλε δεῦρο παρσένε σιὰ, à Laconibus uſurpantur loco τοῦ θηρακτόνε, παρθένε, θεά. Ed. Cantabr.

11 *Dimidium, hemitonium: totum, tonos*] Et haec ſecundum Ariſtoxeni mentem. Vide quae diximus ad Cenſorini capita X. & XIII. Idem.

Caput XIII.

DE METRIS ET PEDIBUS.

Metrum Graece, Latine numerus vocatur. Numerus eſt aequalium pedum [1] legitima or-

NOTAE.

1 *Legitima ordinatio*] *Legendum*, legitimorumque ordinatio, horum arſis & theſis partes ſunt. Pedum ſyllabae, elementa nume-

Digitized by Google

ordinatio. hujus arſis & theſis partes ſunt. Pedum ſyllabae elementa, numeri modorum elementa; ſpatia ſyllabarum ac tempora. Pedes componuntur ex ſyllabis ut minimum binis, ut plurimum ternis. [2] incipiunt temporibus binis, ad ſex perveniunt; diſyllabi quatuor, triſyllabi octo, plutes quam duodecim eſſe non poſſunt. Pyrrhichius, ex duabus brevibus; cujus exemplum, [3] *Deus*. Chorius, ex longa & brevi: ut, *Roma*. Jambus, ex brevi & longa: ut, *ſalus*. Spondeus, ex duabus longis: ut, *vates*. Duo igitur quantitate contrarii, Spondeus & Pyrrhichius, duorum alter, alter quatuor temporum [4] duo in ordine, quorum uterque trinorum temporum, Jambus & Chorius. Ita non plures quam quatuor pedes diſſyllabi ſunt, nec eſſe poſſunt. Trinarum ſyllabarum primus eſt dactylus: qui conſtat ex longa & duabus brevibus, cujus exemplum, [5] *AEolus*. Huic contrarius anapaeſtus, ex duabus brevibus & longa, ut [6] *pietas*. Amphibrachus, ex brevi, & longa, & brevi: cujus exemplum, *avarus*. Brachyſyllabus, ex tribus brevibus, cujus exemplum *Cicero*. Et contrarius Moloſſus, ex tribus longis: cujus exemplum, *Maecenas*. Item tres quinum temporum, Bacchius ex duabus longis & brevi: cujus exemplum, *Latona*. Huic ordini adverſus Palimbacchius, ex brevi & duabus longis: ut, *Aquinas*. Creticus & Amphimacrus ex longa, brevi, & longa: ut *ſani-*

NOTAE.

merorum, modorum elementa, ſpatia ſyllabarum, ac tempora. & *ita habet Edit. Baſil.* NUNN.

2 *Incipiunt*] Ita optime Vet. Cod. Editiones aliae omnes vitioſae. CARR.

3 *Deus*] Vet. Cod. *Cato*. IDEM.

4 *Duo in ord.*] Haec deſunt vulgo. IDEM.

5 *AEolus*] V. C. *Hannibal*. IDEM.

6 *Pietas*] Vetus Cod. *Capaneus*. IDEM.

ſanitas. Duobus & quantitate contrariis Brachyſyllabo & Moloſſo, quorum alter trium temporum eſt, alter ſex: [a] ordine tres in quaternis, tres in quinis temporibus.

VARIAE LECTIONES.

a ordine ſex, *Manut.*

CAPUT XIV.

DE LEGITIMIS NUMERIS.

PRimus eſt & legitimus maxime numerus, hexameter Heroicus; hujus pedes aut dactyli ſunt, aut ſpondei: raro & in verſu extremo reperietur trochaeus; hujus exemplum, *Avia Pieridum peragro loca nullius ante.* Totus iſte dactylicus fuit, & habuit ſummum trochaeum. Sed mixtus ex ſpondeis hic erit. *Italiam fato profugus Lavinaque venit*, totus ex ſpondeis: *Cives Romani tunc facti ſunt Campani.* Hoc genus numeri pauciſſimarum duodecim ſyllabarum, plurimarum octodecim: tempora recipit vigintiquatuor, [1] interim vigintitria: [a] pedibus tribus tantum conficitur: formas excipit triginta duas; enumerare feſtinantibus longum eſt. Pentameter elegiacus habet exemplum: *Dum meus* [2] *aſſiduo luceat igne focus.* recipit dactylum, ſpondaeum, anapaeſtos duos in fine verſus, aliquando brachyſyllabos, fit ſyllabarum pau-

VARIAE LECTIONES.

a ſedibus, *Manut.*

NOTAE.

1 *Interim*] Haec vulgo perperam. CARR.

2 *Aſſiduo*] V. C. aſſiduis. IDEM.

9. Ex

pauciſſimarum duodecim, plurimarum quatuordecim; tertium pedem ſpondeum ſemper habet, quartum & [a] quintum aliquando brachyſyllabum. Trimetros jambicus Latine Senarius dicitur: cujus exemplum, *Phaſelus iſte quem videtis hoſpites*: duodecim ſyllabarum eſt; recipit aliquando praeter caeteros jambos, extremo pyrrhychion. Trimetros tragicus: *Pro veſte pinnis membra textis contigit*: &: *Aquilonis ſtridor gelidas molitur nives*: recipit in parte prima [b] greſſionis ſpondeum, [3] & alio loco dactylon & anapaeſton, & pro jambo chorium & tribrachyn: fit ſyllabarum pauciſſimarum duodecim, plurimarum ſeptemdecim; recipit tempora plurima [4] undeviginti, pauciſſima [5] tredecim. Comicus trimetros ſolet magis in breves minui. Trimetros Hipponactius pedem noviſſimum aſſumens ſpondeum vel chorium talis eſt: [6] *calentibuſque lympha fontibus*, ſemper eoſdem pedes, quos reliqui trimetri, praeter noviſſimum, recipit, & tetrametros, qui Latine quadratus, vocatur. Choriacus talis eſt: *Tela famuli, tela propere, ſequitur me Thoas*, recipit eoſdem pedes, pervenit ad ſeptem & ſemipedem, ſummum pedem [c] patitur aut creticum aut dactylum. Octonarius jambus: *Proinde & abs te regimen Argos dum eſt po-*

VARIAE LECTIONES.

a *Causb.* Quintum anapaeſtum: quintum tamen aliquando brachyſyll. b *Manut.* ſcanſionis. c petit.

NOTAE.

3 *Et alio loco*] *Mallem* recipit & alio loco dactylonque & anapaeſton. NUNN.

4 *Undeviginti*] V. C. *decem & octo*. CARR.

5 *Tredecim*] V. C. *quatuordecim*. IDEM.

6 *Calentibus*] *leg.* calentibuſque lympha fontibus ſemper eoſdem pedes &c. *ut ſit trimetros Hipponacteus ſeu ſcazon.* NUNN.

 7 *Clu-*

poteſtas cônſulendi. Septénarius; *Haec bellicoſus cui pater, mater* [7] *cluęt Minerva.* Conſtat ex pedibus iiſdem Jonicus ſeptenarius: *Ibant mala* [8] *vierë Venęream coronam.* Jonicus major eſt: [9] *Ille ictus retrocecidit in natem ſupinus*, habet vitium in tertia ſyllaba; minor, *Metuentis patruae verbera linguae.* [10] Percipiunt pedes, maxime pyrrhichium & ſpondeos: & ſolent diviſis ſyllabis longis plurium ſyllabarum pedes admittere. [11] Ariſtophanius anapaeſtus: *Axena Ponti per freta Colchos denique delatus adhaeſi*, recipit pedes quaternorum temporum, omnis implet pedes [12] ſeptem & ſemipedem. Anapaeſtus Octonarius: *Ore beato lumine volitans qui per coelum candidus equitas*, recipit eoſdem pedes, praeter ſemipedem. Ariſtobolius, *Quaedam terribilis tua pectora turbat terrifico ſonitu intulit*, hic circuitus magis, quam verſus eſt, dactylum crebrum habet, rarum ſpondeum. [13] Paeon duo-

NOTAE.

7 *Cluet*] Vulgo, *ut*. CARR.

8 *Viere Veneream*] Male vulgo, *cluere venena.* IDEM.

9 *Ille ictus*] Et hoc male, *ille ictus retrocedit in natem ſupinus.* IDEM.

10 *Percipiunt*] Perperam vulgo, *praecipiunt in Cerere.* IDEM.

11 *Ariſtophanius Anapaeſtus*] Hinc patet in hoc verſu Comici in Νεφέλαις, pag. 84. Edit. Baſil. anni 1547. cum Scholiis,

Ἀλλὰ τ' αὐτοῦ γε νεὼν βάλλειν,
καὶ Σούνιον ἄκρον Ἀθηναίων

malè legi Ἀθηναίων, lex metri jubet reponi Ἀθηνῶν, quamvis neſciremus ſic ſcribi apud Homerum Odyſſ. Γ. ad quem alludit Comicus. Atque iterum non recte ſe habet hic vſ. p. 108. νεφελῶν,

Εἴδωλον τοῖσιν ἐραςαῖς τῆς ἥβης
μὴ καταλείπειν γε,

rectius erit ſi legamus μήπου καταλείπειν: & ſequenti verſu ὑπένερθεν, eadem lege jubente. Praeterea obſervandum eſt, quartum pedem hoc in metro ſemper voce perfecta concludi, quare male affectus videtur hic quoque verſus ἱππέων p. 255.

Ὦ ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκουρε
καὶ φέγγος ἐν Ἀθήναις;

legi poteſt hâc de cauſâ,

Ὦ ταῖς νήσοις ἐπίκουρ' ἱεραῖς
ἀγλαὸν φέγγος τ' ἐν Ἀ-
θήναις. ED. CANTAB.

12 *Septem & ſemip.*] Vulgo, praeter ſemipedem. CARR.

13 *Paeon. duodenar.*] Vulgo, *pene duodenarius.* IDEM.

14 Ex-

duodenarius; *Quis meum nominans nomen* [14] *exciet*, [15] *quis tumultum, invocans incolarum fidem*? & hic circuitus magis quam verſus eſt. Huic ſuberit denarius: *Qui repens ſemipulſus onere gravi fores ſtrepitu terrent*? Recipiunt pedes, creticos, chorios, ſpondeos, jambos, brachyſyllabos, anapaeſtos. Undecim ſyllabarum Phalaecius, *Paſſer deliciae meae puellae*, recipit pedes ſpondeum, dactylum, creticum, palymbacchium. Angelicus [16] numeros & ſyllabam coarctat hexametro: ut, *Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſervas*? Anacreontius: *Miſeri invidi vivimus ſcientes.* Recipit pyrrhichios, chorium, ſpondeum, brachyſyllabum, anapaeſtum: primus ſemper eſt pyrrhichius. Numerus Saturnius: *Magnum numerum triumphat hoſtibus devictis.* Sunt qui hunc [17] Archebolion vocant. Recipit pedem ſpondeum, jambum, pyrrhichium, chorium, dactylum, brachyſyllabum, anapaeſtum. Priapejus, *Hunc lucum tibi dedico conſecroque Priape.* Tertium pedem pro dactylo creticum habet, alioqui hexametros eſſet.

NOTAE.

14 *Exciet*] Vulgo, male, *excitet*. IDEM.

15 *Quis tu*] Vulgo, *quemvis tumultum*. peſſime. IDEM.

16 *Numeros & ſyll.*] Vet. lib. *numeratus ſyllabam coartat*. IDEM.

17 *Archebolion*] Vulgo, *Ariſtolochium*. Membranae, *Ariſtodelium*. IDEM.

CAPUT XV.

DE NUMERIS SIMPLICIBUS.

PYrrhichius, *Rapite, agite, ruite celeripedes.* Contrarius eſt huic & duodecaſyllabos ſpondiaſon: [1] *Olli* [2] *crateribus exauratis hauſerunt.* Dacty-

NOTAE.

1 *Olli crateribus*] Duae primae voces ſunt in litura in Vet. Cod. CARR.

2 *Crateribus*] Emenda, *crateris*, ut ſit ab omni parte ſpondiaſon. NUNN.

3 *Tre-*

ctylicus, [a] *Pulverulenta putrem ſonitu quatit ungula campum.* Amphibrachus non facit numerum. Anapaeſtus: *Agilis ſonipes rapitur celeri ſonitu* [3] *trepidans.* Creticus: *Horridi tranſeunt ad pedes ex equis.* Palimbacchius, *Amicos ad hanc rem ſi voles advoca.* Bacchius non facit numerum. Moloſſus idem eſt, qui Spondiaſon. Nunc quemadmodum à principali Heroico plures numeri transfigurantur oſtendam. Ac primus trimetrus fit Heroicus [4] ſpondiaſon: *Cives Romani tunc facti ſunt Campani.* Syllabam unam, quae eſt [5] ante extremam, ex longa contraho: ut, *Cives Romani tunc facti ſunt Appuli.* Et eſſe coepit trimetron. [6] Elegiacum tranſibit, *Bella per Emathios.* Rurſus ad pentametros, ut componam Heroicos, ſumo partem poſteriorem. *Dum meus* [7] *aſſiduo luceat igne focus*, & compono, *Luceat igne focus Trojae qui primus ab oris.* Phalaecium numerum, qui eſt, *Altis flumina vallibus tumeſcunt*, inſertis verbis facio heroicum, *Altis flumina prodita vallibus inde tumeſcunt.* Jonicus eſt, *metuentis patruae* [8] *verbera linguae*, adjiciam trinas verbis ſingulis ſyllabas; *Nunc metuentis nunc patruae nunc verbera linguae.* [9] Verto, *Italiam fato profugus Lavinaque* [10] *venit*: Ariſtophanius fit Heroico: *Arma virumque cano Trojae qui primus ab oris.* Numerum angelicum, ſyllaba breviata eſſe monſtravi heroicum: item Priapejum, ſi ſyllabam ſurripias, fit Heroicum.

VARIAE LECTIONES.

a quadrupedante, *Virg. AEn.* VIII. *Ex Ennii lib.* XVII. *ut ait Macrob. lib.* VI. *cap.* I. b *Cauch.* transferunt ſe ad.

NOTAE.

3 *Trepidans*] Vulgo, *crepitans.* CARR.

4 *Spondiaſon*] Ita ſemper membranae, non *ſpondaicum.* IDEM.

5 *Ante extremam*] Vulgo, *extrema.* IDEM.

6 *Elegiacum*] *Lego*, in Elegiacum. NUNN.

7 *Aſſiduo*] Vet. Cod. *aſſiduus.* CARR.

8 *Verbera Linguae*] Reliqua deſunt Vet. Cod. & videntur exciſiſſe quatuor paginae. IDEM.

9 *Verto*] *Quid efficiat non video.* NUNN.

10 *Venit*] Vulgo, *capit.* CARR.

C. LU-

ELIAE VINETI SANTONIS, ANNOTATIONES IN LIBRUM CENSORINI DE DIE NATALI.

Pag. 1. *lin.* 2.] CAELATO OPERE NONNUNQUAM. Artificis manus, & opera, interdum carior, quam materia ipſa, argentum, & aurum, unde fiunt ſigna, & vaſa. Vide Plinii quod numerant caput undecimum libri triceſimi tertii.

Pag. 2. *l.* 8.] UT COMICUS AIT TERENTIUS in actus primi ſcena ſecunda Heautontimorumenu.

Pag. 9. *l.* 8.] XENOPHON SOCRATICUS. libro primo de dictis ac factis Socratis.

Pag. 4. *l.* 16.] SUS MINERVAM. adagium apud Eraſmum, quadrageſimum centuriae primae in Chiliade prima.

Pag. 10. *l.* 4.] GENIOFACTA: ſacrificata ſicut ante *faciendum* uſurpavit, & mox *feceris*. Virgilius in tertio bucol.

Quum faciam vitula pro frugibus ipſe venito.

Pag. 13. *l.* 4.] De indigitamentis. Apud Feſtum legimus, indigitamenta, & indicia. Servius in commentario libri primi Georgicôn Virgilii, indigitamenta, libros pontificales exponit: niſi ſit hoc ſcioli alicujus interpretamentum. Sed quis hic Cajus Flaccus, & ejus caeſar?

Pag. 13. *l.* 9.] EUCLIDES autem SOCRATICUS. Non is Euclides, quem ſua, quae extant, geometrica clariſſimum reddiderunt, ſed eo antiquior Euclides ille Megarenſis, Socratis diſcipulus: de quo caput numerant decimum in libro ſexto Noctium Auli Gellii: & cujus vita eſt apud Diogenem Laërtium.

Pag. 17. *l.* 1.] ET CEREIUM LUCANUM. Lucania regio.

Pag. 17. *l.* 1.] ARCHYTAM TARENTINUM TARENTUS. urbs in ultima Italiae ora: circa quem locum Pythagoras philoſophatus traditur. Archytae vita eſt apud Diogenem: ſed nulla apud eum auctorem Cereji Pythagorici Philoſophi mentio, quod meminerim.

Pag. 17. *l.* 4.] DICAEARCHUS MESSENIUS. Ex Meſſene Siciliae urbe, teſte Suida: quae Meſſana apud Solinum, Plinium, ceteroſque Latinos. Alia eſt in Graecia Meſſene regio. Hic autem Siculus Philoſophus, Ariſtotelis fuit diſcipulus, & XENOCRATES Platonis. Hujus Xenocratis, & magiſtri, vitae apud Diogenem: ubi de multiplice Academia, & in Marci Ciceronis Academicis.

Pag. 18. *l.* 3.] AVESNE ANTE, AN OVA. Ambroſius Macrobius libro ſeptimo Saturnaliorum.

Pag. 19. *l.* 1.] VIRGILIUS. Hinc lapides. Haec ex ſexto bucolico, & libro primo Georgicôn, ita hic mihi interpoſita videntur, ut valde dubitem, an ſint Cenſorini.

Pag. 21. *l.* 5.] ZENON CITIEUS. Citium fuit inſulae Cypri oppidum: unde hic Κιτιεύς dictus, id eſt, Citieus, ſive Citienſis. Scriptum autem ſimplici τ, Κίτιον apud Strabonem, Ptolemaeum, Suidam invenimus: apud Diogenem gemino: quum tamen primam illam ſyllabam aliquot epigrammata ibi corripere mihi videantur. Ad haec Κύτιον eſt apud Strabonem in extremo lib. quartodecimo, quod apud ceteros Κίτιον.

Pag. 22. *l.* 3.] eoſque αὐτόχθονας. Quos Dionyſius Halicarnaſſenſis ABORIGINES vertit libro primo rerum Romanarum: alii indigenas. Eſt αὐτὸς ipſe, & χθὼν terra: unde fit αὐτόχθων. Αὐτοχθόνων autem Athenienſium me-

Digitized by Google

meminit Iſocrates in panegyrico, & Panathenaico, Strabo & alii: ſed Suidas nominat autochthones, Athenienſes, Arcades, & Aeginetas.

Pag. 25. *l.* 2.] HIPPONI VERO METAPONTINO. Eſt Ἵππασος Μεταποντῖνος, id eſt Hippaſus Metapontinus, Philoſophus Pythagoricus apud Diogenem Laërtium libro octavo. Metapontum autem, ſicut apud Solinum, Plinium, Livium, & alios ſcribitur, ſive Metapontinum, ut apud Strabonem & Ptolemaeum eſt pentaſyllabum. Μεταπόντιον, ultimae Italiae fuit oppidum, non procul Tarento, ſupradicti Architae Pythagorici, & Ariſtoxeni Philoſophi patria.

Pag. 25. *l.* 9.] ALCMAEON CROTONIATES. Et hunc Italum Crotonienſem inter Pythagorae diſcipulos recenſet Diogenes. CROTON autem & Crotonia appellatur ea urbs extremae Italiae, quae Milonis quoque illius fortiſſimi patria fuit.

Pag. 27. *l.* 7.] DIOGENES APOLLONIATES. Cujus, & Cynici vitas, apud Diog. Laërt. invenies.

Pag. 31. *l.* 11.] SEPTENARIUS PLURIMUM POSSIT. De quo multa apud Gellium, & Macrobium.

Pag. 33. *l.* 3.] UT THEANO PYTHAGORICUS. Pythagorica omnino legendum: aut communis generis Pythagoricus ſicut Πυθαγόρειος, & Philoſophus, apud ſuos Graecos. Femina fuit, non vir. Auſonius in extremis parent.

Quas habuit Tanaquil, quas Pythagorēa Theano.

Θεανὼ ergo, ut Sappho, & Dido, & Clio, Philoſophus fuit Πυθαγόρειος de quo lege Suid. & Diogen. Laërt. in vita Pythagorae.

Pag 33. *l.* 4.] DIOCLES. Plinius libro viceſimo ſexto naturalis hiſtoriae, Dioclem Cariſtium medicum, aetate famaque ſecundum ab Hippocrate celebrat. Cornelius Celſus, Galenus, Athenaeus, Themiſtius, meminerunt. Alius Diocles Poëta apud Suidam, & eundem Athenaeum. Alius, ut arbitror, hiſtoricus Diocles ex Peparetho inſula maris Aegaei, in principio vitae Romuli apud Plutarch.

Pag. 33. *l.* 4.] EVENUS. Quis hic Evenus? Eveni duo poëtae, ambo Parii, apud Platonem & Suidam. *ibid.* STRATON. Unus Poëta Straton apud Suidam: philoſophi duo: quorum alter Theophraſto ſucceſſit.

Pag. 33. *l.* 6.] EURIPHONEM CNIDIUM. Hunc aliunde non novi: nomenque corruptum ſuſpicor.

Pag. 33. *l.* 8.] EPICHARMUM SECUTI. Philoſophum Pythagoricum: cujus vita apud Diogenem libro octavo. De octimeſtri partu, ut & de aliis, vide Gellium libro tertio, & Plinium libro ſeptimo.

Pag. 34. *l.* 1.] ARISTOTELES SOLUS. libro ſeptimo de animalium hiſtoria.

Pag. 35. *l.* 2.] SED NUNC CHALDÆORUM. Cicero libro primo de divinatione. Chaldaei non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obſervatione ſiderum, ſcientiam putantur effeciſſe, ut praedici poſſet, quid cuique eventurum, & quo quiſque fato natus eſſet. Ibidem. *In Syria*, Chaldaei cognitione aſtrorum, ſollertiaque ingeniorum antecellunt. Inde Chaldaei alii quoque, quam Chaldaei, quicunque de motu poſituque ſtellarum, futura ſe poſſe praedicere profitentur, genethliaci, & improprio vocabulo mathematici vulgo appellati: qui fallaci ſiderum interpretatione, quaeſtuoſam mendaciis ſuis caliginem injiciunt. Valerius libro 1. & Gellius libro 1. & 14.

Pag. 38. *l.* 4.] VELUT FATA SUNT. Μοῖρα pars, fatum, parca, mors.

Pag. 38. *l.* 9.] PROXIMANTIA SIBIMET ZODIA. ζώδιον, ſignum: unde ζωδιακὸς, ſignifer circulus.

Pag. 38. *l.* 14.] Κατα ἑξάγωνον. Καθ. ἑξάγωνον, per ſexangulum. Nos vulgo ſextilem aſpectum dicimus. Sic Κατὰ τετράγωνον, per triangulum, & triquetrum: quem vocant trinum aſpectum noſtri. Κατὰ διάμετρον, per diametrum: quae vulgo oppoſitio appellatur.

Pag.

Pag. 38. l. 15.] SEXTAM PARTEM CIRCULI SUBCEDIT. Quid hoc ſubcedit? an ſubcoedit, pro, ſuccedit.

Pag. 40. l. 6. ἑπτάμηνοι. Quos modo dixit ſeptimeſtres. Ita δεκαμήνους, decimeſtres dixit: ſed ἐννεαμήνους ſimiliter compoſito vocabulo ex novem & menſibus, non expreſſit.

Pag. 41. l. ult.] σύμφωνοι. conſonae, concinentes: unde συμφωνία concentus.

Pag. 44. l. 8.] διὰ τεσσάρων. ex quatuor ſonis, ſicut interpretatur Martianus Capella διὰ πέντε, ex quinque: διὰ πασῶν, ex omnibus

Pag. 45. l. 1.] VEL QUINQUE ET DUORUM HEMITONIORUM. Hoc eſt, quinque tonorum, & duorum ſemitoniorum minorum. Quod autem ἡμιτόνιον eſt apud Graecos, hoc in Latinis auctoribus & hemitonium dicitur, & ſemitonium.

Pag. 45. l. 3.] TRIA SEMITONIA TONUM. Non tria, ſed duo hic legendum. Vide Severinum Boethium libro tertio de Muſica.

Pag. 45. l. 5.] ABUSIVE SEMITONIUM. Nam non eſt ſemitonium, id eſt toni dimidii pars integra, ſed toni pars paullo minor dimidia.

Pag. 45. l. 5.] PROPRIE DIESIS VEL. Severinus libro ſecundo de muſica. Hujuſque ſpatii, quod nunc quidem ſemitonium nuncupamus, apud antiquiores autem limma vel dieſis vocabatur, & quae ſequuntur. Aliis δίεσις quarta pars toni eſt.

Pag. 45. l. 9] ADMIRABILE PYTHAGORÆ REFERAM. Macrobius in poſteriore commentario ſomnii Scipionis, & Severinus libro primo de muſica.

Pag. 46. l. 7.] IDENTIDEM, FREQUENTER EXPERTUS. Hæc duo adverbia ſic conjuncta alibi non obſervavi: ſed grammatici identidem per frequenter ſæpius exponunt. Quare iſtud frequenter gloſſema eſſe ſuſpicor.

Pag. 46. l. 12.] LATINI SUPERTERTIUM. Sesquitertium Cicero ubi Timaeum Platonis interpretatur.

Pag. 46. l. 14.] IN SESQUITERTIA PORTIONE. Non ſeſquitertia, ſed ſeſquialtera hic legendum, quomodo hoc Cicero dicit: aut certe ſeſquipla. five ſeſcupla, ut infra, ſeſcuplo longiorem: &, ubi ſeſcupla portio eſt. Portionem autem vocat, quem Graeci λόγον dicunt, id eſt rationem.

Pag. 41. l. 7.] QUI DUCENTESIMO ET DECIMO DIE. Vide Galeni librum, qui de ſeptimeſtri partu inſcribitur.

Pag. 50. l. 2.] ET JUDAEI IN DIERUM. In hebdomades illi & ſeptimanas dies anni dividebant. Politianus capite octavo Miſcellaneorum.

Pag. 50. l. 11.] DIEBUS FERE QUADRAGINTA. Quae eſt proportio inter 6, 1, 9, & 12: eadem

6	7
8	$9\frac{1}{3}$
9	$10\frac{1}{2}$
12	14
25	$40\frac{5}{6}$
6	7
210	$286\frac{5}{6}$

fuerit inter 7, novem cum triente, decem cum ſemiſſe, & quatuordecim dies. Illi conjuncti fiunt dies triginta quinque: hi ſimiliter conjuncti fiunt dies quadraginta cum quinque ſextis partibus diei. Illi triginta quinque per initiales ſuos, ſex illos, multiplicati, fiunt ducenti & decem: hi quadraginta cum quinque ſextantibus, per ſuos quoque initiales, ſeptem, ducti, fiunt ducenti & octoginta quinque dies cum quinque ſextantibus, plures quam ratio illa Pythagorica colligat: quae ſubtilior aliquanto, acutiorque videtur, quam verior.

Pag. 52. l. ult.] ET VOCARI ἔκρυον. Hoc ἔκρυον, & quod ſequitur ἔκτρωμος, ἔκρυσις, eſt & ἐκτρωσμος, apud Ariſtotelem libro ſeptimo de animalium hiſtoria.

Digitized by Google

Pag. 53. *l.* 4.] DUOS ENIM IMPARES. CCIX. DICIT EXPLERI. Numerum hunc notatum non reſtitui, qui corruptum locum intelligere non potui.

Pag. 55. *l.* 4.] AUT QUINQUATRIBUS. Idem caſus legitur in literis quibusdam Ciceronis ad Cornificium, in verſu centeſimo nonageſimo ſeptimo epiſtolae ſecundae libri ſecundi Horatii, & in verſu centeſimo decimo & quarto libri quarti Juvenalis, Et totis Quinquatribus optat: ſed cujus obliqui quis rectus caſus ſit, non ſatis conſtat. Quinquatres per tertiam declinationem, & Quinquatrus per quartam, numero utrunque plurali, leguntur apud Ovidium Naſonem, Aulum Gellium, & Flavium Cariſium: Quinquatrus tantum apud Marcum Varronem de lingua latina, & Feſtum Pompejum. Quinquatria etiam quidam dici exiſtimaverunt, ſicut Saturnalia, Bacchanalia: ſed ea damnat Cariſius. Quinquatriae Diomedis grammatici, in ordine nominum, quae ex maſculinis pluraliter tantum declinantur, corruptum eſſe vocabulum puto. Ut nec ab hoc Quinquatriae, nec ab illo Quinquatria, Quinquatris legi poſſe credam in epiſtola Ciceronis ad Marcum Caelium: ſed illic rectius vetus exemplar ſcribere Quinquatrus. Poſt tumultuoſas enim conciones, cur moleſtas Quinquatrus dicere Cicero non potuit, quo die feſto aliquid Romae factum eſſet, quod non placeret? Ambigitur & hic de genere. Quinquatres nanque, ut Megalenſes, Circenſes, recenſet Cariſius inter nomina maſculini generis, ſi quid apud eum ſit uſquam integrum: ſed apud eundem grammaticum foemininum nomen eſt Quinquatrus, itemque apud Varronem & Feſtum. Ambigunt etiam auctores de ejus nominis origine. Quidam enim, ut Cariſius, a QUINQUANDO verbo antiquo, id eſt, a luſtrando, appellari putaverunt: quod eo die arma ancilia luſtrari eſſent ſolita. alii autem dierum numero dici exſtimaverunt, ſive quod quinto ab Idibus die Quinquatrus eſſet, ſive quod quinque continuis diebus ſacra illa Minervae celebrarentur. Aulus Gellius libro ſecundo. ſicut in eo, quod Quinquatrus dicamus, quod quinque ab idibus dierum numerus ſit. Ovidius libro tertio Faſtorum.

- - - - & fiunt ſacra Minervae:
Nomina quae a junctis quinque diebus erant.

Varro vero & Feſtus crudeliter hic & miſere laceri. Erant ergo deae Minervae feſta in anno bina Quinquatrus menſe Martio priora potioraque, altera Junio. Quinquatrus Martii incipiebant quinto ab idibus Martiis die, hoc eſt nonodecimo die ejus menſis. Quinque continuis diebus peragebantur: appellabanturque majores Quinquatrus. Quinquatrus vero poſteriores unicum habebant diem; tertium decimum menſis Junii, quae ſunt ipſae idus Juniae: & Quinquatrus minuſculae a breviore temporis ſpatio dicebantur. Ita nanque hae apud Cenſorinum, Feſtum, Varronem Minuſculae: Minores apud Ovidium. Varro libro quinto de lingua latina. QUINQUATRUS MINUSCULAE dictae Juniae idus, a ſimilitudine Majorum: quod tibicines tum feriati, per urbem vagantur: & conveniunt ad aedem Minervae. Ovidius libro ſexto Faſtorum.

Et jam Quinquatres jubeor narrare Minores.

Pag. 56. *l.* 6] ET ASCLEPIADES. Hic ex Bithynia erat, Aſiatica regione: floruitque aetate Pompeji Magni. Lege de illo Plinium in principio libri viceſimi ſexti. HEROPHILUS AUTEM Hic medicus, eſt ἡρόφιλος in Graecis Claudii Galeni, & Julii Pollucis. Eum facit Hippocrate Coo juniorem Cornelius Celſus in praefatione librorum de re medica: Aſclepiade vero Bithynico antiquiorem Plinius in principio libri viceſimi ſexti, & vice-

Digitized by Google

viceſimi noni: ubi & iſtius harmonici pulſus fit mentio

Pag. 62. *l.* 10] DORILAUS SCRIPSIT Hunc aliunde non novi.

Pag. 63. *l.* 1.] POSSE IDEM AΖΩΝΙΟΝ Locus hic an ſit integer dubito. Ἄζωνοι quidam dicuntur dii Martiano Capellae libro primo de nuptiis philologiae, & Servio, verſum centeſimum & duodeviceſimum libri duodecimi Aeneidos interpretanti: qui caeli certas partes non habent

Pag. 67. *l.* 1.] IN PRIMA HEBDOMADE. Scilicet annorum. Graecum eſt ἑβδομάς: quam dixit ſeptimanam Priscianus: ſicut & nos vulgo appellamus dierum SEPTIMANAS.

Pag. 68. *l.* 5.] ARISTOTELES APPELLAT τραγίζειν. In extremo libro quinto de animalium generatione. τράγος caper eſt: Unde illud τραγίζειν: quod Gaza Ariſtotelis interpres novo verbo capririre dixit, pro hirquitallire. HIRQUITALLI, inquit Feſtus, pueri primum ad virilitatem accedentes a libidine ſcilicet hirquorum, dicti. Scribuntur & apud eum irquitalli, ſed extra ordinem, niſi fallor, poſtquam hircum, qui & hirquus ſcribitur, omnes aſpirant.

Pag. 69. *l.* 5.] UNDE APPARET. Aulus Gellius libri tertii capite decimo, ac libri quintidecimi capite ſeptimo: ut ejus noctes in libros, & capita extant diviſae.

Pag. 70. *l.* 4.] IN QUO STASEAS Philoſophus Peripateticus Neapolitanus apud Ciceronem libro quinto de finibus: quem & Peripateticum poſtea appellabit idem Cenſorinus.

Pag. 70. *l.* 8.] UNODEQUINQUAGESIMO. Sic reperimus hic ſcriptum: ſed undequinquageſimo apud Ciceronem pro lege Manilia. DIONYSIUS HERACLEOTES. Hujus Philoſophi vitam ſcribit Laërtius libro ſeptimo: qui auctor tradit libro ſexto, DIOGENEM Cynicum ad annos nonaginta vixiſſe. Lege eundem Laërtium de XENOCRATE libro quarto, & Suidam de ERATOSTHENE. Annos octoginta quinque Carneades dicitur vixiſſe apud eundem Diogenem Laërtium libro quarto: nonaginta in Academicis Ciceronis. CLEANTHIS anni tantum octoginta apud eundem Diogenem libro ſeptimo. XENOPHANIS apud eundem auctorem libro nono carmen eſt: in quo ille aetatis ſuae annos nonaginta duos numerat. Eodem libro DEMOCRITUS Philoſophus annos habet centum & novem: ISOCRATES orator centum & ſex in Suidae collectaneis, nonaginta novem tantum in libro Ciceronis de ſenectute. GORGIAS denique Siculus rhetor in eodem Ciceronis Catone Majore, & apud Valerium Maximum libro octavo, centum & ſeptem compleſſe annos notatur: centum & octo in libro ſeptimo naturalis hiſtoriae Plinii, ſicut & in hoc Cenſorini libro de die natali: centum & novem apud Suidam.

Pag. 81. *l.* 1.] UT HERODOTUS. Anacreon Poëta, teſte Strabone libro tertio, & Plinio libro ſeptimo, illi Hiſpaniæ regi (Tarteſſus quondam urbs in ultima ora Hiſpaniæ) centum & quinquaginta annos tribuit. In Clio Herodoti, & Catone Majore Ciceronis, annos ſolum centum & viginti legimus Alii rurſus numeri apud Valerium libro octavo de Senectute.

Pag. 81. *l.* 3.] UT EPHORUS. De quo Suidas. Eadem autem de Arcadibus Plinius libro Septimo.

Pag. 82. *l.* 3.] EPIGENES CENTUM. Epigenes Byzantius infra. Epigenem comicum poëtam Athenæus & Pollux citant.

Pag. 82. *l.* 4.] BEROSUS AUTEM. Ita ſcribitur nomen hoc apud Athenæum Græcum ſcriptorem, apud Vitruvium libro nono, & alios fere Latinos: Βήρωσσος, id eſt Beroſſus gemino S. apud Cleomedem coſmographum, & Joſephum contra Apionem. Philoſophus fuit Chaldæus genere: cui ob divinas præ-

 dictio-

dictiones, Athenienſes publice in gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuiſſe, Plin. ſcribit libro ſeptimo.

Pag. 83. *l.* 4.] AD CIRCULUM FINITOREM. ὁρίζοντα.

Pag. 83. *l.* 7.] RITUALES ETRUSCORUM. Qui Etruſcorum libri Rituales poſtea dicentur. Cicero libro primo de divinatione *Quod Etruſcorum declarant, & Aruſpicini, & Fulgurales, & Rituales libri, noſtri etiam augurales.* Feſtus RITUALES *nominantur libri, in quibus perſcriptum eſt, quo ritu condebantur urbes: ara, ædes ſacrentur: qua ſanctitate muri: quo jure portæ: quo modo tribus, curiæ, centuriæ, diſtribuantur: exercitus conſtituantur, ordinentur, ceteraque ejuſmodi ad bellum, ac pacem pertinentia.* Rituales ergo dicti ab eo, quod eſt ritus. Eſt autem RITUS, mos aut conſuetudo: unde RITE adverbium, bene recteque ſignificans, & ſecundum ritum ac morem. Et ritus, ut habet Feſtus, mos comprobatus in adminiſtrandis ſacrificiis. Ammianus Marcellinus ſi quis huic homini locus inter latini ſermonis auctores ritum, legem, religionem, vide, quomodo uſurpet, libro quintodecimo *ad conventiculum ritus Chriſtiani tendentem.* Eodem libro, Laertius Chriſtianæ legis antiſtes. In extremo libro octavodecimo, *Virgines Chriſtiano ritu, cultui divino ſacratas.* In extremo viceſimo primo, Chriſtianam religionem, abſolutam & ſimplicem, anili ſuperſtitione confundens. Libro viceſimo ſecundo, *magiſtros rhetoricos, & grammaticos, ritus Chriſtiani cultores.* In extremo viceſimo ſexto *confugit ad ritus Chriſtiani ſacrarium: extractuſque exinde.* Et viceſimo ſeptimo, *Chriſtiani ritus invenit celebrari ſollennitatem.* Et libro denique viceſimo nono, *Chriſtiani ritus antiſtes oraturos pacem cum obſidibus miſit.*

Pag. 84. *l.* 20.] ANTIAS. Valerius Antiâs hiſtoricus: quem multis locis citat Titus Livius.

Pag. 85. *l.* 2.] DECEMVIRI ADIISSENT Hic quindecimviri pro decemviri legit Politianus capite quinquageſimo octavo Miſcellaneorum. Qui DUUMVIRI ſacris faciundis prius fuerint, DECEMVIROS eſſe creatos leges apud Titum Livium in extremo libro ſexto ad annum urbis trecenteſimum octogeſimum ſeptimum: ſed quando ab iis facti QUINDECIMVIRI, hoc nuſquam legere memini. Ante autem, quam Marci Varronis locus corrigeretur ſciendum eſſet, duumvirumne, an quindecimvirûm temporibus, prodigium illud factum ſit.

Pag. 85. *l.* 2.] LUDI TERENTINI. Tarentinos, mirer ſi non appellarint antiqui, a pro e in prima ſyllaba. Nam Valeſius ille, quae fabula narratur Valerio Maximo libro ſecundo, ſi Terentum petere juſſus fuiſſet, Tarentum, puto, ultimae Italiae oppidum non accepiſſet Erat ergo Tarentum, meo quidem judicio, locus ille campi Martii Romæ, non Terentum, quantuncunque a terra & terendo Feſtus, Servius, & alii trahant. Nam & ſaeculum a ſenio deducit Marcus Varro.

Pag. 85. *l.* 7.] LUDOS SECULARES CÆSAR. Cajus Julius Cæſar Octavianus Auguſtus, eſt hic Caeſar Liber autem hiſtoriarum Titi Livii, qui hic citatur, non extat: neque in epitome mentio ulla horum ludorum. Meminit Dio libro quinquageſimo quarto.

Pag. 85. *l.* 10.] TAM COMMENTARII QUINDECIMVIRORUM. Non extant hi commentarii, neque Auguſti Caeſaris edicta, quae hic citantur. Iſti autem quindecimviri ſacrorum, quando coeperint pro duûmviris & decemviris, hoc, inquam, neſcio, an uſquam legerim. certe non memini: Marcus Varro de iis librum ſcripſerat, teſte Aurelio Auguſtino, libro ſexto de civitate Dei.

Pag. 85. *l.* 14.] CERTUS UNDENOS. Corruperunt ergo carmen Horatianum ſcioli:

lis: qui, ut ſaeculum ex centum duntaxat annis conſtaret, pro undenos, ut denos, ſcripſerunt: ac in ſequente verſu, &, pro, ut.

Pag. 86. l. 3.] PRIMOS ENIM LUDOS. Ludi ſaeculares fuerunt inſtituti non ante, ſed poſt exactos reges: inſtituitque Publius Valerius Publicola in quarto ſuo conſulatu, ſi quid Plutarcho res geſtas ejusdem Publicolae, exponenti, credimus. Eſt hic quidem Valerius Publicola, qui cum Bruto primus conſul fuit, pulſis Urbe Tarquiniis: caeterum quando Valerius Maximus libro ſecundo de Priſcis inſtitutis ſic ſcribit: Cujus exemplum Valerius Publicola, qui primus conſul fuit, ſtudio ſuccurrendi civibus, ſecutus, apud eandem aram, & quae ſequuntur: Valerium Publicolam, non ſignificat, niſi fallor, in illo ſuo primo anno, iſtos ludos feciſſe. Incidiſſe autem quartum Valerii Publicolae conſulatum in annum a Roma condita ducenteſimum & quinquageſimum putamus: ut nihil eſſe vitii videatur in numero, quem hic notatum reperimus, CCL.

Pag. 86. l. 6.] AD XL. VIRORUM COMMENTARIOS. Locus hic corruptus & mutilus, quem nec Angelus Politianus capite quinquageſimo octavo Miſcellaneorum, nec Ludovicus Vives in librum tertium Auguſtini de civitate dei, integriorem habent. ſine antiquo exemplari reſtitui non poteſt. Eum tamen ad hunc modum intelligo ex ſequentibus: ut adverſus illorum auctoritatem, qui ſcriberent Marcum Valerium Publicolam primos ludos ſaeculares inſtituiſſe anno urbis ducenteſimo & quinquageſimo, eorum commentarios (diligentiſſimi erant veteres in ſcribendis commentariis, & quas vulgo memorias appellamus de rebus ſuis) qui ſacra ipſa, & ludos procurarent, opponat: in quibus commentariis ſcriptum erat, ſaeculares ludos primum factos fuiſſe anno Urbis ducenteſimo nonageſimo nono, quum alius Marcus Valerius eſſet conſul, collega Spurio Virginio.

Pag. 68 l. 8.] ANNO POST URBEM CONDITAM OCTAVO ET QUADRINGENTESIMO. Hoc de ſecundis ludis Saecularibus: ubi multa deſunt, & in iis nomina conſulum, quibus facti ſunt, ſcriptorumque, qui eorum tempora in literas retulerunt.

Pag. 86. l. 10.] IN COMMENTARIIS XII. VIRORUM. Duumviros ſacris faciundis, & Decemviros, & Quindecimviros fuiſſe, ante diximus: ſed Duodecimviri etiam, & Quadragintaviri ſacrorum, an unquam fuerint, aliunde non didicimus. Hoc tantum certo ſcimus, quod ſubinde querimur, ſceleratas iſtas numerorum notas omne genus ſcriptorum perdidiſſe. Qui autem hic ponuntur conſules anno Urbis quadringenteſimo & decimo Marcus Valerius Corvinus, & Cajus Petilius, eos putamus nos conſules fuiſſe anno Urbis quadringenteſimo & Octavo. Petilius autem, POETELIUS eſt in Veterum Romanorum marmoribus.

Pag. 87. l. 1.] ANNO QUINGENTESIMO DUODEVICESIMO. Et hunc numerum recte habere opinor: ex quo conjicio, in iis, quae ante verbum, anno, praetermiſit librarius, annum Urbis quingenteſimum quintum fuiſſe ſcriptum: quo anno conſules fuiſſent Publius Claudius Pulcher, & Lucius Junius Pullus: quemadmodum & apud Plinium legitur, in ipſo principio libri quintidecimi. Cui Urbis anno, quem ex Valerio Antiate, & Tito Livio accepiſſet Cenſorinus, alium poſtea opponebat ex antiquis illis commentariis, annum urbis quingenteſimum & duodeviceſimum. Sic autem incertum relinquit, quibus conſulibus primi, ſecundi, tertii, quarti ludi Saeculares facti ſint. Memorantur autem tertii & quarti ludi ſaeculares in libro undequinquageſimo

geſimo Liviani breviarii: ſed quam corrupta ubique iſta epitome!

Pag. 87 *l.* 6.] ANNO SEXCENTESIMO QUINTO Livius, neſcio, quot hic annos numeraverit libro quadrageſimo nono: caeterum ejus epitome, & Eutropius, & Oroſius annos tantum ſexcentos & unum aut ſexcentos & duos computant, quum Lucius Marcius & Marcus Manlius, qui eſt Manius Manilius in antiquis marmoribus, fuerunt conſules, & coeptum eſt tertium bellum Punicum. Quarti ergo ſunt ludi Saeculares, quorum mentio in illo libro quadrageſimo nono Liviani breviarii.

Pag. 87. *l.* 6.] AT PISO CENSORIUS. Annalium ſcriptor Piſo infra: Cajus Piſo Cenſorinus commentariorum ſcriptor, apud Plinium libro tertiodecimo de charta.

Pag. 87. *l.* 7.] ET CNAEUS GELLIUS. Hiſtoricus, cujus annales interciderunt: quarum librum quintumdecimum numerat Macrobius libro primo Saturnaliorum.

Pag. 87. *l.* 7.] ET CASSIUS HEMINA. Hic & Emina ſcribitur ſine ſpiritu. Plinius libro tertiodecimo. Nanque Caſſius Hemina vetuſtiſſimus auctor annalium, quarto eorum libro, & reliqua.

Pag. 87. *l.* 10.] ID EST DC. ANNO III. Quem ſic notatum reperi numerum, ei deſunt anni quinque.

Pag. 87. *l.* 12.] Sub annis DC XIX. Hi ſexcenti & viginti novem anni pro DCXXIIX, hoc eſt, ſexcentis & viginti octo, ut puto.

Pag. 87. *l.* 13.] FURNIO, CAJO JUNIO. Cajus praenomen eſt tam Furnio, quam Junio Silano, apud Dionem libro quinquageſimo quarto: ubi iſtorum quintorum ſaecularium mentio: & Σαικυλάρια appellantur, ut Bacchanalia, neutro genere, & prima ſyllaba diphthongi, ſicut alibi aliquando oſtendimus SAECULUM eſſe ſcribendum. Cajum etiam utrumque vocat Julius Obſequens ſed Titum pro Cajo Furnium Caſſiodorus.

Pag. 87. *l.* 16] SE III. ET LUCIO VITELLIO. III. Legendum eſt hic, ſe quartum & Lucio Vitellio tertium: ſicut ſcriptum invenies apud Dionem libro quinquageſimo octavo. Quem ergo Cenſorinus, Dio, Tacitus annum Romae computant octingenteſimum: eum Haloander & Glareanus ſeptingenteſimum octogeſimum nonum tantum faciunt: qui perperam praetermiſerunt conſulatum unum ſub Auguſto Caeſare, ut oſtendimus in commentario Eutropii. Cornelius Tacitus libro undecimo. Iiſdem conſulibus, ludi Saeculares octingenteſimo poſt Romam conditam, quarto & ſexageſimo, quam Auguſtus ediderat, ſpectati ſunt. Utriuſque principis rationes praetermitto ſatis narratas libris, quibus res Imperatoris Domitiani compoſui. Nam is quoque edidit ludos Saeculares: iiſque intentius affui, ſacerdotio Quindecimvirali praeditus, ac tum praetor. Quod non jactantia refero, ſed quia collegio QUINDECIMVIRUM antiquitus ea cura: & magiſtratus potiſſimum exequebatur officia caeremoniarum. Suetonius ſcribit feciſſe Domitianum ludos Saeculares computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius Caeſar proxime, ſed olim Auguſtus ediderat. Ab Auguſti centum & quatuor, a Claudii Saecularibus, unus & quadraginta anni, ad Domitiani Saeculares.

Pag. 88. *l.* 2.] IMPERATOR SEPTIMUS, ET INDE AURELIUS. Hoc ſic intelligo, Septimium Severum Auguſtum Afrum, cum ſuo filio Aurelio Antonino Baſſiano Caracalla, octavos ludos Saeculares feciſſe, quorum meminit Herodianus.

Pag. 88 *l.* 3.] CILONE ET JUBENO Politianus, neſcio, an haec nomina conſulum legerit apud Zoſimum ſuum: qui Chilonem & Vibonem appellat, capite quinquageſimo octavo Miſcellaneorum.

Digitized by Google

rum. Chilo, ille quidem Fabius, ſpiritum habet apud Lampridium, Spartianum, & Victorem in rebus Commodi, & Severi & Caracallae, ac in Caſſiodori libro de conſulibus: ſed clariſſimus ille Spartanus ſapiens Chilo poteſt errori anſam dediſſe. Sine ſpiritu certe fuit in noſtris codicibus Cilo, ſicut in Graeca Dionis epitome ſcribitur Κίλων, & in extremis illis Dionis, quae extant, Junius Cilon. Ulterius conſulis nomen ſine dubio corruptum invenimus: quem Politianus Vibonem, ut diximus, appellat, Haloander Libonem ex Caſſiodoro. Quem autem hic notatum reperimus annum Urbis nongenteſimum & quinquageſimum ſeptimum, in eo numero nihil eſſe vitii nos alibi pluribus oſtendemus, ſi vita & otium ſuppetet.

Pag. 89. *l.* 3.] ROMA CONDITA. Fortaſſe, a Roma condita. Corrupta etiam haec Pilonis valde, atque mutila. Anno autem Urbis ducenteſimo & quinquageſimo octavo, conſules fuiſſe invenio Aulum Poſtumium & Titium Virginium. Marcus vero Aemilius Lepidus & Cajus Popillius Laenas fuerunt conſules anno ab Urbe condita quingenteſimo & nonageſimo ſexto.

Pag. 89. *l.* 14.] DIOSCORIDES ASTROLOGUS Dioſcoridem novimus medicum, non autem aſtrologum.

Pag. 90. *l.* 14.] IN DECIMO SAECULO ET PRIMUM. Poſtquam ergo SAECULUM pro centum annis accipitur, primus dies decimi Saeculi ſignificabit annos eſſe completos nongentos, agi vero nongenteſimum primum. Incipiebant autem iſta Saecula, ut poſtea dicetur, a viceſimo primo die Aprilis.

Pag. 93. *l.* 9.] AB EUDOXO CNIDIO. Cujus vita apud Diogenem Laërtium, libro octavo: & ibi ejus octaëteridis mentio, ac apud Suidam.

Pag. 93. *l.* 10.] LEOSTRATUM TENEDIUM. Ego hunc Philoſophum aliunde non novi: ſive ſit ejus patria, inſula ante Aſiam ſita Tenedos. Nautelis, Mneſtratus, Doxitheus, aeque mihi obſcuri.

Pag. 94. *l.* 10.] UT METONTICUS, QUEM METON. Μέτων hic, aſtrologus, Socrati coaevus, genitivum caſum habet Μέτωνος apud Suidam, Plutarchum & Ptolemaeum in magnae ſyntaxeos libro tertio, & alios: unde Metonicus potius fiat, quam Metonticus. Iſta autem Metonis decaënneateris, cujus & Aelianus meminit libro decimo de varia hiſtoria, noſtris computatoribus cyclus decemnovenalis dictus eſt, & hinc ejus numerus aureus.

Pag. 94. *l.* 14.] EST ET PHILOLAI. Hujus Italici Philoſophi vita apud Diogenem

Pag. 94. *l.* 16.] ITEM CALIPPI. Ita ſimplici liquida ſcribitur Κάλιππος in magna ſyntaxi Ptolemaei, & libro undecimo τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Ariſtotelis.

Pag. 95. *l.* 1.] ET DEMOCRITI. Μέγας ἐνιαυτὸς, ἢ ἀστρονομίη, id eſt, magnus annus ſive aſtronomia, unum ex multis Democriti ſcriptis apud Diogenem.

Pag. 95. *l.* 3.] SED ET HIPPARCHI. Cujus ſtudium & diligentiam in rebus aſtronomicis laudat Ptolemaeus libro tertio ſyntaxeos. Novit hunc Suidas, & alium Hipparcum Philoſophum, antiquiorem.

Pag. 98. *l.* 8.] MUNDUS TUM EXIGNESCERE. Igneſcere dixit Cicero libro ſecundo de natura deorum: EXAQUESCERE an uſquam dixerit, non memini.

Pag. 98. *l.* 9.] HUNC ARISTARCHUS. Quem memorat Ptolemaeus libro tertio ſyntaxeos. Sunt apud Suidam Ariſtarchi duo, unus grammaticus, alter poëta. De ARETE ex Dyrrhachio aliud non habeo. HERODOTUS unus hiſtoricus. Lini duo, Poëtae. Diones aliquot Philoſophi, & unus hiſtoricus: ORPHEI poëtae multi: apud Suidam.

Pag. 99. *l.* 9.] IDEM TEMPUS ANNI MAGNI. Olympia ſingularis nu-

numeri nomen, locus erat in Graecia, ubi ludos & certamina inſtituerant, quae Olympia numero plurali appellabant: ſed poſt quem annum facta fuerant, tres anni intermittebantur: & poſt hos tres annos inſtaurabantur. Quod quaternorum annorum Tempus appellabatur Olympias. Ut exempli gratia, eſto A, annus, quo primum Iphitus Elêus Olympia, quae Hercules inſtituerat, intermiſſa inſtauravit: B, C, D, tres ſunto inſequentes anni: quibus intermittebantur ea certamina. Inſtaurantur iterum

Prima Olympias.	A	1	Olympias prima.
	B	2	
	C	3	
	D	4	
Secunda Olympias.	E	1	Olympias ſecunda.
	F	2	
	G	3	
	H	4	
Tertia Olympias.		1	Olympias tertia.
		2	
		3	
		4	

eadem anno E: & annis F, G, H, intermittuntor: atque ita fiant deinceps: quomodo Graeci in eorum celebratione progreſſi ſunt. Erit ergo A, B, C, D, Olympias, hoc eſt quatuor annorum ſpatium: & E, F, G, H, etiam Olympias totidem annorum: A, B, C, D, prima Olympias: E, F, G, H, ſecunda: quas tertia, quarta, quinta, & reliquae deinceps conſequebantur. Et primae illius olympiadis A annus primus, B ſecundus, C tertius, E annus primus ſecundae olympiadis, F ſecundus, G, tertius, H quartus annus ejusdem ſecundae olympiadis. Quomodo numerati ſunt in omnibus inſequentibus olympiadibus annus primus, & ſecundus, & tertius, & quartus. Hoc eſt omnino Olympias, id eſt quadriennium, & non plurium aut pauciorum annorum tempus, quam quatuor, quemadmodum ex Diodori Siculi Bibliotheca, ex Euſebii chronicis, & ex aliorum veterum Graecorum ſcriptis cognoſces. Anno quidem quinto a praecedentibus inſequentia fiebant Olympia, ſicut & Capitolini illi agones a Domitiano Caeſare inſtituti: qua ratione quintus eſt annus C ab anno primo A in noſtro diagrammate: unde & olympia & agones Capitolinos, quinquennalia certamina meminimus appellata: ſed non propterea recte dixeris olympiadem quinquennale tempus, quae nunquam fuit aliud, quam quod diximus quadriennium. Lustrum autem qui idem cum Olympiade dixerunt eſſe, ii an recte ſenſerint, valde dubito. Quod quinque annos comprehendiſſe, ſic oſtendo. Primum enim Servius nobilis Grammaticus

ticus luſtrum exponit quinquennium, in Commentario Aeneidos: Feſtus vero & Varro in libris de lingua latina, luſtrum eſſe tempus quinquennale dicunt. Deinde Cenſores qui primum creati fuerunt anno Urbis trecenteſimo & duodecimo, cenſum agebant: luſtrumque condebant: quorum CENSURAM initio quinquennalem fuiſſe apud Titum Livium legimus libro quarto. Poſtremo in antiquiſſimis illis Romae nuper effoſſis marmoribus, in quibus luſtra fuerant notata omnia, & numerata a primo luſtri conditore Servio Tullio rege, ad Octaviani Auguſti exceſſum, quae particula adhuc manſit integra, luſtra quinûm prorſus facit annorum: per quae tempora Romani diligentius luſtrorum religionem obſervaſſe mihi videntur, quaternis inter luſtra interjectis annis, non ternis tantum, ut inter Graecorum olympia.

Anni Urbis.	Conſules,	Luſtri.
DLIIII.	L. CORNELIUS LENTULUS. P. VILLIUS TAPPULUS.	Luſtrum XLVI.
DLV.	T. QUINCTIUS. SEX. AELIUS CATUS.	
DLVI.	C. CORNELIUS. Q. MINUCIUS.	
DLVII.	L. FURIUS. M. CLAUDIUS.	
DLVIII.	M PORCIUS CATO. L. VALERIUS.	
DLIX.	P. CORNELIUS. TIB. SEMPRONIUS.	Luſtrum XLVII.
DLX.	L. CORNELIUS. Q. MINUCIUS.	
DLXI.	L. QUINCTIUS. CN. DOMITIUS.	
DLXII.	MANIUS ACILIUS. P. CORNELIUS.	
DLXIII.	L. CORNELIUS. C. LAELIUS NEPOS.	
DLXIIII.	CN. MANLIUS. M. FULVIUS.	Luſtrum LXVIII.
DLXV.	C. LIVIUS. M. VALERIUS.	
DLXVI.	M. AEMILIUS. C. FLAMINIUS.	
DLXVII.	SP. POSTUMIUS. Q. MARCIUS.	

DLXVIII.

DLXVIII.	AP. CLAUDIUS. M. SEMPRONIUS.	
DLXIX.	P. CLAUDIUS. L. PORCIUS.	Luſtrum XLIX.
DLXX.	Q. FABIUS. M. CLAUDIUS.	
DLXXI.	L. AEMILIUS. CN BAEBIUS	
DLXXII.	P. CORNELIUS. M. BAEBIUS.	
DLXXIII.	A. POSTUMIUS. C. CALPURNIUS.	
DLXXIIII.	L. MANLIUS. Q. FULVIUS.	Luſtrum L.

Anni ergo quinque luſtrum, quum olympias ſit quatuor. Quare vide, quomodo ſit IDEM accipiendum, quod dixit Cenſorinus. Varia enim ejus ſignificata vel apud philoſophos. Praeterea Graeci quum per olympia ſua, & ſuarum olympiadum annos, tempora ſignificarent: Romanis id facere viſum per ſuorum principum, & ſuae urbis annos potius, quam per luſtra ſua, & luſtrorum annos primum, ſecundum, tertium, quartum, quintum. Quae res notior eſt, quam ut hic probatione egeat.

Pag. 100. *l.* 5.] SED NON ITA A POSTERIS SERVATUM. Regem Tullium quater luſtrum condidiſſe ſcribit Valerius libri tertii capite quarto: & Titus Livius libro tertio memoriae prodidit, luſtrorum decimum fuiſſe conditum, quum eſſent conſules Quintus Fabius, & Lucius Cornelius, Maluginenſis: qui putabatur annus Urbis ducenteſimus nonageſimus quintus. Ignotum nobis, quoto ab Urbe condita anno, primum condiderit luſtrum Servius rex: ſed ponamus quartum ſuum feciſſe luſtrum, quo anno mortem obiit, qui numeratur annus Urbis ducenteſimus & undeviceſimus. Ab hoc anno ad annum ducenteſimum & nonageſimum quintum, ſunt anni ſeptuaginta ſex. Qui continent luſtra quindecim, id eſt quindecies quinos annos, quae ſex tantum facta ſunt. Ita Servii Tulli neglexit inſtitutum Tarquinius Superbus, & alii Servii regis poſteri, quemadmodum dicit Cenſorinus.

Pag. 100. *l.* 5] AB IMPERATORE VESPASIANO QUINTUM, ET CAESARE TERTIUM CONSULIBUS. Quem patris & filii conſulatum, anno Urbis octingenteſimo & viceſimo ſeptimo aſcribimus.

Pag. 100. *l.* 7.] PAULO MINUS SEXCENTI QUINQUAGINTA. Neſcio, quoto ſui principatus anno cenſum inſtitueri rex Servius Tullius, ac luſtrum condiderit primum: ceterum ab ejus regni initio uſque ad quintum Veſpaſiani Auguſti conſulatum annos invenio tantum ſexcentos quinquaginta unum.

Pag. 100. *l.* 8] NON PLURA QUAM SEPTUAGINTA QUINQUE. Quae circiter centum & triginta fuiſſent ex Servii inſtituto.

Pag. 100. *l.* 13.] DIE DUODECIMO EJUS. Delendum iſtud DIE, quod indoctus quiſpiam adjecit, qui non videbat nomini duodecimo ſubſtare nomen conſulatu. Conſul autem fuit duodecimum cum Servio (ſic malim appellare quam Sergium) Cor-

Cornelio Dolabella Imperator Domitianus, anno Urbis octingenteſimo triceſimo nono.

Pag. 100. *l.* 15.] UNUS ET QUADRAGINTA. Ita fuit in noſtris exemplaribus, pro, undequadrageſimus. Domitianus hos agones inſtituit anno Urbis octingenteſimo triceſimo nono, ſicut diximus: Cenſorinus vero haec ſcribebat anno Urbis noningenteſimo nonageſimo primo, ut poſtea dicetur: quo anno, quem celebratum agonem dicit, is erat triceſimus nonus a primo illo Domitiani. In horum autem ludorum inſtitutione, Domitianum rationem olympiorum potius quam luſtrorum ſecutum eſſe cognoſces, ſi per quatuor diviſeris, annos centum & quinquaginta duos, qui numerantur inter ſupra ſcriptos Urbis annos.

Pag. 101. *l.* 6.] APHRODIUS TRECENTOS. Quis hic ſcriptor?

Pag. 103. *l.* 4.] A PISONE REGE. Et quid hoc nominis Aegyptiaci? *pag.* 103. *l.* 9] ET OB ID ΠΡΟΣΕΛΗΝΑΣ. Eſt πρὸ ante: Σελήνη, Luna. Προσέληνος autem rectum legi: προσέληνη, non memini. Et fortaſſe προσελήνους hic ſcripſerat Cenſorinus, pro illo προσελήνας. ARCADES autem cur antelunes dicti ſint, multae ſunt opiniones in commentario libri quarti Argonautarum Apollonii Rhodii. Ovidius libro ſecundo Faſtorum,

> *Ante Jovem genitum terras habuiſſe feruntur*
> *Arcades: & Luna gens prior illa fuit,*

Pag. 107. *l.* 12.] INTER TERMINALIA ET REGIFUGIUM. Id eſt ſexto Calendas Martias: unde BISSEXTI nomen, qui eſt viceſimus quartus dies Februarii. Terminalia, dei Termini feſta erant. Regifugium ſacrum, regis fuga apud Ovidium libro ſecundo Faſtorum, quo die rex Tarquinius fugerat a Roma ſicut apud Feſtum ſcribitur Macrobius & Beda Terminalia fieri ſolita ſcribunt viceſimo tertio die Februarii: Regifugii non meminerunt. Quod ergo hi tradunt de die Terminaliorum, & INTERCALATIONIS, id ſi verum eſt, vetum & id quoque, quod ſcribit Cenſorinus, inter Terminalia & Regifugium factum eſſe intercalationem: certe Regifugium ſuum Romani celebraverunt viceſimo quinto die Februarii: qui erat viceſimus ſextus ipſo intercalari anno. Ovidius tamen Regifugium viceſimo tertio die Februarii, & Terminalia viceſimo peragere videtur.

Pag. 111. *l.* 8.] MYTHICON NOMINATUR. Eſt μῦθος fabula.

Pag. 111. *l.* 32.] NON POTEST COMPREHENDI. Aliter ſenſit Euſebius, & multi alii.

Pag. 112. *l.* 1.] QUEM OGYGIS DICUNT. Rectus hujus obliqui caſus legitur Ogyges in principio libri tertii Varronis de re ruſtica. Alium rectum invenies Ogygius apud Auguſtinum libro octavodecimo de civitate Dei, & alios; ſed pro Ogygus, niſi fallor. Hic enim ὤγυγος Graecis ſuis appellatur, Straboni, Pauſaniae, Stephano, omnibus, quantum memini: unde fiat Ogygius thyaſus, Ogygia lyra apud poëtas. Atticae & Boeotiae rex fuit, ut traditur, hic Ogygus: ſub quo diluvium fuit. Fuit autem poſteà diluvium circa INACHI tempora Argivorum gentis Graecae, regis: cujus filia Jo illa ab Jove apud Ovidium non multo poſt diluvium compreſſa: quod vulgo Deucalionis & Pyrrhae diluvium appellatur. Inter quae duo diluvia annos numerat tantum ducentos & triginta quinque Euſebius: & à Deucalione ad primam olympiadem, ſeptingenta & quadraginta quinque. Qui ſunt anni nongenti & octoginta ab Ogygi diluvio ad primam olympiadem: quos Cenſorinus mille & ſexcentos numerat: qui poſtea ſolum bis quadringenos colligit: niſi ſi quid mendi ſit in iſtis notis, pro more.

Pag.

Digitized by Google

Pag. 111. *l.* 7.] ET QUOD SOSIBIUS. Grammaticus Soſibius apud Suidam. Marcus Arnobius libro quarto Soſibii meminit, qui dixerit Herculem ab Hippocoontis liberis cruciatum retuliſſe & illati vulneris & doloris.

Pag. 112. *l.* 9.] ORETHES CENTUM. Hic plane mihi incognitus.

Pag. 111. *l.* 14.] PRO CETERA SUA SAGACITATE. Et in praefatione, pro cetera bona corporis valetudine. ubi quidam nuper ineptus certa legebat, pro cetera.

Pag. 113. *l.* 8.] ULPII ET PONTIANI CONSULATUS. Ulpium hunc alii Pium vocant.

Pag. 113. *l.* 12.] EX PALILIBUS. Quae Palilia ſive parilia feſta, celebrabantur viceſimo primo die Aprilis.

Pag. 114. *l.* 7.] ET MARCO VIPSANO. Vipſanus & Vipſanius hic appellatur, *οὐιψάνιος* in Graecis Dionis Erat autem annus Urbis ſeptingenteſimus & viceſimus ſeptimus, quum Auguſtus ſeptimum, & Agrippa, fuerunt conſules.

Pag. 114. *l.* 13.] UT QUOS NABONNAGARII. Hic eſt *Ναβονάσαρος* : id eſt, Nabonaſarus, libro ſeptimo *μεγίστης συντάξεως* Ptolemaei.

Pag. 114. *l.* 14.] QUORUM HIC NONINGENTESIMUS OCTOGESIMUS SEXTUS. Sic repetimus ſcriptum hoc loco : ſatisque pulchre convenit hic numerus cum Ptolemaei rationibus. Sed nec annorum Philippi numerus quingenti & ſexaginta duo quicquam habuit virii. Obiit enim Alexander Magnus, auctore Euſebio anno primo olympiadis centeſimae & quartaedecimae; qui fuit annus Urbis quadringenteſimus & viceſimus nonus.

Pag. 115. *l.* 7.] QUUM AB HINC ANNOS CENTUM ULPIO. Cenſorinus haec ſcribebat anno Urbis noningenteſimo nonageſimo primo, ut dictum eſt: ex quo numero ſi annos centum ſubducas, invenies annum Urbis octingenteſimum nonageſimum primum : quo conſulem fuiſſe putamus Antoninum Pium, Brutio praeſente collega, ut hic Pio pro Ulpio legendum videatur niſi & is etiam Ulpius dictus ſit.

Pag. 118. *l.* 3.] NEC DIES HABENT TOTOS. Integros. Sunt enim diei partes, ut horae, quae appellantur, & ſcrupula, praeter dies aliquot integros.

Pag. 119. *l. pen.*] SATIS 'ΑΡΧΗ'. Hoc quid nominis ſit, divinare non poſſum Nonius Marcellus quo loco CALX eſſe dubii generis probat, Varronis ſcriptum quoddam adducit *περὶ ἀρχῆς*.

Pag. 121. *l* 6.] LUPERCALIBUS. Lupercalia feſta quintodecimo die Februarii apud Ovidium ſecundo Faſtorum.

Pag. 121. *l. pen.*] CAJO CAESARE QUINTUM. Quo anno fuit occiſus : qui erat annus Urbis ſeptingenteſimus & decimus.

Pag. 122. *l.* 1.] CAJO MARCIO. Anno Urbis ſeptingenteſimo quadrageſimo ſexto.

Pag. 122. *l.* 3.] ANNO AUGUSTIO. Auguſtano dicebat ſupra. Senatusconſultum libro primo Saturnaliorum Macrobii de Sextilis in Auguſtum mutatione.

Pag. 122. *l.* 5.] POSTEA VERO MULTI. Suetonius de Domitiano Caeſare Septembrem menſem, & Octobrem ex appellationibus ſuis, Germanicum, Domitianumque transnominavit: quod altero ſuſcepiſſet imperium, altero natus eſſet, Aelius Lampridius de Commodo Antonino. Menſes quoque in honorem ejus, pro Auguſto Commodum, pro Septembri Herculem, pro Octobri Invictum, pro Novembri Exuperatorium, pro Decembri Amazonium &c.

Pag. 123. *l.* 1.] SUPEREST PAUCA DE DIE. Plinius libro ſecundo naturalis hiſtoriae, Gellius tertio noctium Atticarum; Macrobius primo Saturnaliorum.

Pag.

Digitized by Google

Pag. 124. *l.* 15.] QUORUM ANTIQUISSIMUM. Plinius libro ſeptimo.

Pag. 125. *l.* 1.] QUOD MARCUS VALERIUS. Marcus Valerius Meſſalla conſul anno Urbis quadringenteſimo & nonageſimo. Plinius libro ſeptimo de horologiis Romanis, & triceſimo quinto de Romanorum picturis.

Pag. 121. *l.* 6.] EX CONSUETUDINE NOSCENDI A SOLE HORAS SOLARIUM. Petrus Faber Toloſanus vir eruditiſſimus ſic legendum cenſet hoc loco, ſolarium pro horarium.

Pag. 125. *l.* 8.] NON MINUS ANNOS TRECENTOS. Anno namque Urbis trecenteſimo petierunt a Graecis civitatibus leges Romani: unde factae illae duodecim tabulae aereae.

Pag. 127. *l.* 10.] SED POSTEA MARCUS PLAETORIUS. Unde dicta eſt lex Plaetoria apud Varronem libro quinto de lingua latina.

Pag. 128. *l. ult.*] ET SIC MEDIA NOX. Hunc eſſe putarim finem libri de die natali. Quae ſequuntur, de naturali inſtitutione inſcripta, de formis & rebus geometricis, de rythmis & metris, ejuſdem libri pars eſſe non videtur. Meminiſſe tamen & Cenſorino attribuere exiſtimo Caſſiodorum in libro de Muſica.

Pag. 137. *l.* 1.] NOTA σημεῖον, ſignum, punctum. Sunt autem haec geometrica e Graecis verſa, quae apud Euclidem invenies in principio elementi primi. SUMMITATEM autem etiam Cicero extremitatem dixit Graecorum ἐπιφάνειαν: quam nos vulgo ſuperficiem ex Macrobio & Severino.

Pag. 137. *l.* 11.] CONTINGENS CURVATIO. Κλίσις, inclinatio potius eſt, quam curvatio.

Pag. 138. *l.* 7.] HEMICYCLON. ἡμικύκλιον, id eſt, hemicyclium.

Ib. l. 9.] TRIGONUM. Trilaterum. τρίγωνον Latini triangulum, & triquetrum dixerunt: τετράγωνον: quadrangulum & quadratum. Trilaterum, quadrilaterum, multilaterum, aequilaterum, neſcio, an ſatis Latine efficta ſint e Graecis τρίπλευρον, τετράπλευρον, πολύπλευρον, ἰσόπλευρον. Auſonius poëta dixit aequilatus pro aequilaterum.

Pag. 138. *l.* 14.] ORTHOGONUM. ὀρθογώνιον, id eſt, orthogonium. ſed corrupta, & manca haec omnia.

Pag. 140. *l.* 6.] PISANDER. Graecus poëta. de quo Suidas & Macrobius libro quinto Saturnaliorum.

Ib. l. 10.] CALLINUS. Ita malim legere quam Callimachus: quod qui ſubſequitur Mimnermus, Callimacho fuerit antiquior. Callimachum quidem Cyrenienſem, ſcribit Quinctilianus libro decimo, elegiae principem eſſe habitum: ſed Callinum, cujus etiam multis locis Strabo commeminit, non ſolum elegias ſcripſiſſe Athenaeus auctor eſt, verum etiam metrum pentametrum inveniſſe Terentianus his verſibus tradidit.

Pentametrum, dubitant, quis primus finxerit auctor.
Quidam non dubitant dicere Callinoum.

Callinum enim & Callinoum idem eſſe nomen putamus: ſicut apud eoſdem Graecos idem Ἀλκῖνος, & Ἀλκίνοος. Floruiſſe autem Callimachum circa Olympiadem centeſimam & viceſimam ſeptimam Suidas ſcribit. Sed de Callini temporibus nihil habemus aliud, niſi quod ex hoc Cenſorini loco: MIMNERMUM aetate praeceſſiſſe ſuſcipio eſt. quem olympiade triceſima ſeptima natum eſſe apud Suidam legimus. Varie autem corruptum invenies iſtius Mimnermi nomen apud ſuos etiam Graecos. EVEMERI ſecundam ſyllabam non aſpirant Graeci. Fuerunt autem Evemeri multi poëtae, & hiſtorici: quorum meminerunt Cicero,

cero, Plutarchus, Athenaeus, Feſtus, Arnobius, Lactantius, Auguſtinus, Politianus. ARCHILOCHUS, à quo metrum Archilochium apud Hephaeſtionem, & alios, Euſebio clarus olympiade viceſima nona: SIMONIDES lyricus quinquageſima quinta. Ceterum multi Simonides apud Suidam. EMPOLIDEM comicum olympiade octogeſima octava floruiſſe ſcribit Euſebius, & ALCMANEM lyricum quadrageſima ſecundum quoſdam: ſecundum alios, viceſima ſeptima, ut eſt apud Suidam. PINDARUM idem Euſebius clarum facit olympiade ſeptuageſima tertia: & TIMOTHEUM lyricum Philippi Macedonis ac Alexandri Magni filii temporibus, Suidas, Plutarchus, omnes ſcriptores, circa olympiadem centeſimam & decimam. PONDOS mihi non magis notus, quam HYPERIDES, qui & Hypericles ſcribitur, Lyricus: FOLLIS corruptum nomen eſt. Eſt hic, ut puto: Φύλλις in vetuſto Ariſtophanis interprete, & apud Suidam, id eſt, Phyllis, ſive Phullis. Φίλλις, id eſt, Phillis apud Athenaeum: qui citat ejus libros de tibicinibus, & de muſica: & inſulam Delum ei patriam facit. ARISTOXENUM Tarentinum philoſophum rei muſicae ſtudium in primis nobilitavit. Hic Pythagoreorum primum, deinde Ariſtotelis auditor fuit: atque ita vixit Alexandri Magni temporibus, qui coepit regnare olympiade centeſima & undecima. Hujus rei auctores ſunt Suidas, & Aulus Gellius libro quarto noctium Atticarum. Alius fuit Ariſtoxenus poëta Selinuntius: quem Hephaeſtio antiquiorem Epicharmo poëta comico fuiſſe oſtendit, quo loco de anapaeſtico metro diſputat. Siculus autem ille Epicharmus, neſcio, an ex Suida cognoſci poſſit, quibus vixerit temporibus. De cujus aetate hoc ſolum mihi compertum, quod Socrate philoſopho fuit antiquior. Ejus enim comoediarum hic meminit in Theaeteto Platonis. Et Socratis diſcipulum Platonem quaedam ab hoc Epicharmo ſumpſiſſe tradit Alcimus apud Diogenem. Veneno autem ſublatus fuit Socrates anno primo nonageſimae quintae olympiadis, ſicut tradit Diogenes: qui putatur annus Urbis Romae trecenteſimus & quinquageſimus tertius.

Pag. 141. *l.* 1.] UT TRADIT NICERATUS. hunc aliunde non novi, neque alibi quicquam legere memini de iſtis Orphei Tireſiaeque liberis & nepotibus. NYMPHA MARICA apud Virgilium libro ſeptimo Aeneid. eſt uxor Fauni & mater Latini: eadmque Circe, auctore Lactantio Firmiano libro primo inſtitutionum divinarum: ſed hanc nympham Cenſorini aliunde non novi. Quae ſequuntur de muſica, ſunt foediſſime corrupta.

Pag. 145. *l.* 15.] TERPANDRUM. Quem Euſebius floruiſſe tradit olympiade triceſima quinta. De hoc muſico Suidas, Severinus de muſica, Plutarchus; & alii.

Pag. 150. *l.* 3.] IBANT MALA ELUERE VENENA CORONA. Varro libro quarto de lingua latina, VIERE legit pro eluere in hoc Ennii corrupto verſu.

Pag. 150 *l.* 6.] METUENTIS PATRIAE. Patruae, in ode duodecima libri tertii carminum Horatii. pro hoc patriae.

Pag. 190. *l.* 15.] *Ariſtobolius* Ἀρχεβούλειος, id eſt Archebulius apud Hephaeſtionem, & Victorinum, ab Archibûlo, poëta Thebano.

Pag. 151. *l.* 18.] SUNT, QUI HUNC ARISTOLOCHIUM. Archilochium fortaſſe pro Ariſtolochio. De Saturnio verſu plura apud Victorinum & Terentianum: cujus & Aſconius Pedianus meminit in Oratione contra Verrem: ſed ejus alterius nominis nullam hi fecerunt mentionem.

C. LU-

Digitized by Google

C. LUCILI,

SUESSANI AURUNCANI,
SATYROGRAPHORUM
PRINCIPIS, EQ. ROMANI,

(*qui magnus avunculus Magno Pompejo fuit*)

SATYRARUM

QUAE SUPERSUNT

RELIQUIAE.

FRANCISCUS JANI F. DOUSA

collegit, diſpoſuit, & Notas addidit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtribus, Ampliſſimis, ac Prudentiſſimis

HOLLANDIAE
ET
WESTFRISIAE
ORDINIBUS

FRANC. J. F. DOUSA, S. D.

Conanti mihi ad gravioris operae ſtudia aliquando aditum munire, & ſolidioris alicujus literaturae cultu animi juvenantis luxuriem componere, quo & patriae in tempore uſui eſſe, & amicorum de me votis olim ſatisfacere poſſem, objectum eſt ejuſmodi impedimentum, cujus impetu non modo ſtudiorum meorum curſus interpellatus eſt, ſed omnes ſpes quoque noſtrae ac conſilia prope conciderunt. Ille enim optimus, ac laudem omnem ſupergreſſus frater meus, qui ſtudia noſtra in hoc adoleſcentiae lubrico ordinare, exorbitantem & devium ad rectae rationis callem ducere ac dirigere, haerentem ſalubribus conſiliis confirmare ſolitus erat, tranſverſa incurrente fatorum invidia nobis eripitur. Cujus inopinatus ac nimium praeceps interitus eo flebilior accidit, quo minus nobis temporis datum fuit ſuaviſſimam conſuetudinem ejus poſt varias peregrinationes ab illo exanclatas ſic quaſi ex intervallo reguſtandi. Nec enim ſolam fatorum injuriam ſuſtinere ſatis fuerat, niſi etiam alieniſſimo tempore extinctus eſſet. Ego itaque quamvis perni-

cio-

Digitized by Google

ciosiſſimi luctus oppreſſus mole, ordinem totum ſtudiorum meorum perturbatum viderem, nec ad ea reverti facile licere, quin & acerbiſſima ejus interitus memoria, & opis atque auxilii indigentia vulnus recens illatum reſcinderent: tamen ne hoc infelicis ingenii noſtri arvum incultu ac ſquallore diuturno penitus obſoleſceret, viſum fuit in veterum Poëtarum reliquiis ruminandis (quas ante annos aliquot ſtudioſe collegeram, uſus ea in re conſilio ac judicio Parentis potiſſimum) animi depoſiti curas & angores paulatim eludere, quippe quae nec tantam ingenii contentionem deſiderarent, & quaſi receſſum jucundiſſimae oblivionis plenum nobis exhiberent. Inter quos C. Lucilius, homo eruditiſſimus, & acerrimo ingenio praeditus, me ſemper maxime oblectavit. Quamobrem illius ſuperſtites Satyrarum Reliquias aliquanto etiam quam caeterorum accuratius conquiſiveram, diſpoſueram, & Notis aliquot additis illuſtraveram. Quem conatum noſtrum cum Joſepho Scaligero, ſummo illi ſcientiarum omnium dictatori, (de quo nihil aliud digne dicere poſſum, quam quod ſatis dici nequit) oſtendiſſem: ille benigne nimis eum excipiens, laborem noſtrum probare, hortarique in lucem quamprimum emitterem, à qua quidem re quantumvis tacita quadam conſcientiae trepidatione revocarer, quippe nec annis nec judicio ſatis firmus, ne ut plerique hodie cruda adhuc ſtudia in forum, ſic ego in hoc Criticarum Commentationum pelagus impellerem. Maximi tamen viri identidem trepidum me adhortantis, ac de editione eorum aurem vellentis oratio hanc tandem in me confidentiam concitavit, ut diutius ea intra privatos parietes continere nefas ducerem; ne

aut

aut tanti viri auctoritatem, quae mihi pro ratione ſufficere deberet, aut hanc judicii de me opinionem neglexiſſe viderer. Hanc itaque operam noſtram Herois illius judicio comprobatam (cujus unicum ſuffragii punctum tutum me praeſtiterit ab omnibus malevolorum punctiuſculis) haud inanem aut ſupervacuam nobis ſumptam judicabunt ii, quos paſci juvabit urbaniſſimi Poëtae ſalibus, quibuſque non prorſus palatum obbrutuit ad haec antiquitatis quaſi dapatilia. Maximam profecto jacturam in illius operum interitu literas Romanas feciſſe, hae ipſae quamvis turpiter lacerae fragmentorum Reliquiae quemvis ſatis commonefaçere poſſint. Ut omittam Linguae Latinae ſcientiſſimum, cujuſque ſcripta unicum apud Latinos exemplum ἰσχυοῦ χαρακτῆρος fuiſſe doctiſſimus Togatorum Varro teſtatus eſt. Certe luculentiſſimum nobis exemplar ſupppetiſſet, in quo Romanae feſtivitatis antiquam & vernaculam venerem licuiſſet agnoſcere. Habuiſſet aetas noſtra, qua omne vitium in praecipiti ſtetit, in quo ſe tanquam imaginem ſuam in ſpeculo contemplaretur. Sed haec prius fuere: nec eorum omnium quidquam praeter rudereta aliquot, & quaſi fractae è naufragio tabulae nobis reliquae factae ſunt; quas eo majore ſtudio ac religione tanquam ſigna antiqua, aut ſacros vetuſtate lucos, nobis venerandas exiſtimare convenit. Proinde cum iis Maecenatem aliquem quaererem, cujus patrocinio tutae malignos calumniatorum morſus fidentius excipere poſſent, nulli prius occurrebant, quorum auſpiciis magis aut vellem, aut deberem emittere, quam vos viri Illuſtres ac prudentiſſimi. Ut vellem impellebat me inſignis illa προθυμία & humanitas veſtra erga literas, quas ſoli paene,

aut

aut certe cum paucis in hac caligine temporum; & quod praecipue mirandum, in tantis bellorum procellis, perculſas & profligatas, ac opem quodammodo veſtram implorantes benigniſſime fovetis: ut deberem tantum non exigere à nobis videbatur Patriae ipſius genius, cujus vos Patres auditis. Capite igitur ſerena fronte haec vacillantis adhuc & parum liquido conſiſtentis ingenioli noſtri tyrocinia. Cujus ſpecimen & quaſi guſtum ſi vobis non ingratum fuiſſe cognovero, protelum mihi eritis ad ſimilem induſtriam experiundam non tantum in Poëtis reliquis, ſed & in Hiſtoricis & Oratoribus; quorum partim interfuerunt imo & praefuerunt bellis, partim in Senatu & populo illo verſati ſunt, ubi aſſidua materies & agitatio harum rerum. Interim haec lucem aſpicere, ac futurae famae velut vadum ſub auſpicio nominis veſtri tentare, vobis, uti ſpero, haud illubentibus futurum.

Valete.

Lugd. Bat. XII. *Kal. Decemb.*
CIↃ. IↃ. XCVII.

A D

AD LECTOREM.

EN tibi, candide Lector, C. Lucilii eruditi & perurbani Poëtae (ſi Ciceroni credimus) Reliquias, quas ſolas hercule ex tanto librorum numero Grammaticorum induſtria nobis reliquas fecit. Ad earum lectionem antequam accedis, pauca prius de editionis hujus ratione cognoſcas. Ordinem vides diverſum ab eorum inſtitutis, quotquot in re ſimili operam collocarunt, quem tamen de conſilio Parentis, ne quis noſtram in eo temeritatem accuſandam putet, ſecuti ſumus. Continuo ſub ipſa Lucilii Fragmenta Grammaticorum interpretationes, quarum occaſione ab iis producebantur, ſubjecimus; quo cuique intellectus eorum ad manum & quaſi in promtu foret. Nam caeteroqui Oedipo aliquo, aut Sibylla opus fuerit, ſi te recte intelligere poſtules. Quis enim tam ſagaci corde atque ingenio unico (ut Afranii verba ad ſenſum meum accomodem) qui ſe tam lacera atque conciſa ſegmenta abſque hac Grammaticorum face capere poſſe exiſtimet? quippe cum illos etiam ipſos, quibus integra Poëtae ſcripta inſpicere contigit, in ſenſu eorum rimando laboraſſe, atque ea ex opere toto tanquam minus obvia ſelegiſſe videamus. Certe non ſemel illud uſu veniſſe obſervavimus, ut doctiſſimi viri nimia ingenii ſui fiducia Grammaticorum explanationes negligentes, loca integra nec ullius mendae manifeſta contaminaverint, & contra Auctorum ſententiam vitiis inquinaverint. Et ſuccurrendum etiam fuit hac in parte ingraveſcenti hominum deſidiae. Caeterum aliorum praepoſtera judicia multis flagellare non eſt ingenii noſtri aut loci hujus, tantum ſi inſtituti noſtri rationem non iniquo lectori approbare poſſim, pulchre mecum actum putabo. Ea, quae ex incertis Satyrarum libris adferebantur, ordine velut inverſo, & quaſi ὕστερον πρότερον *primo loco, poſuimus, pro-*

probabili ſane argumento eo adducti, quo luculentiſſima Virtutis definitio ſtatim in oculos legentium incurreret; ſimul ut ex eo cognoſcerent ii, quibus minus notus Poëta noſter, quanti eum veteres aeſtimaverint; quem Lactantius diſertiſſimus Theologorum dignum habuerit, ut ejus potiſſimum de Virtute verſus ex tot praeclariſſimorum ingeniorum ſcriptis penitus excuteret, quanquam & alia ſunt in his Reliquiis non minus illuſtria, quae ingenii ejus acrimoniam, & doctrinae praeſtantiam ſuſpiciendam nobis praebeant. Lectionum pugnantium varietates, aut doctorum virorum emendationes ad marginem ponere non neglexi, earumque rationes, nominibus cujuſque ſemper adſcriptis, ad Notas noſtras retuli, neque enim piguit per quos profecerim indicare: adeo ut curioſorum cenſuram nihil quicquam veritus ſim, qui cavillabuntur nos opum noſtrarum parſimoniam de aliena largitate ſarciſſe. Quanquam animus fuerat doctorum virorum animadverſiones in unum faſcem collectos ſeorſim à Notis noſtris edere; niſi Typographus male lectori eo conſultum iri monuiſſet non ferenti taedium aut laborem recurrendi ſemper ad diverſas annotationes. Centones aliquot Lucilianos ex disjunctiſſimis ejus fragmentis à Parente novo quaſi ferrumine coagmentatos in calce poſuimus, quos ita olim cohaeſiſſe etſi non uſque quaque verum, tamen veriſimile arbitramur. Illud praeterea ſemel te admonitum cupio, ut ubicunque ad oram f. *aut*, lego, *aut*, reſcribo, *aut ſimile quid adtextum videris, à Patre id eſſe ſcias, meas enim conjecturas hac nota diſcrevi* Fr. D. *Quod ſupereſt, te ſalvere jubeo, quiſquis es benigne Lector: cum hac cautione tamen, ut ſicubi vera dixerim, iis album calculum adjicias; ſicubi erraverim, me lubente eripias mihi hunc errorem.*

Vale.

JOSEPHI SCALIGERI
JUL. CAES. F.
IN
RELIQUIAS C. LUCILII
A FRANC. DOUSA
COLLECTAS
EPIGRAMMA.

Quod docti laceros LUCILI colligit artus,
  Membra ſuis reddens ſingula quaeque locis:
Quae Ciceronis erat, juvenis nunc civica DOUSAE;
  Quin major DOUSAE, quam Ciceronis erit;
Eripuit facibus Catilinae Tullius urbem:
  Reſtituit cives hic tibi Roma tuos.

Digitized by Google

PLEIAS DOUSICA
BON. VULCANII
BRUGENSIS.

Luſimus ereptum nuper vitalibus auris
JANUM DOUSIADEM Batavae telluris ocellum:
Cujus ab interitu Grajae Latiaeque Camaenae
Accepere ingens & vix reparabile damnum.
Nec ſatis ulla dies poterat lenire dolorem,
Et juſtos nimium heu lacrymarum ſiſtere rivos,
Ni tu DOUSA Pater faecundo ſidere natus
PLEIADA natorum nobis orbique dediſſes.
E qua triga duplex fratrum vivitque valetque
Qui patriae ad laudis faſtigia fraternaeque
Acriter aſſurgunt nitentes ſumma animi vi.
Magna jubet de ſe ſperare GEORGIUS: illi
Necdum veſtito teneras lanugine malas,
Et jam tum ingenuas culto genus omne per artes,
Deſeruiſſe lares patrios, externaque curae
Viſere regna fuit; multas addiſcere linguas,
Atque hominum varios uſu cognoſcere mores.
Et modo dictae urbis de nomine Conſtantini
Amphitheatra, atque Hippodromos, veterumque ruinas
Thermarum, cippoſque, inciſaque nomina ſaxis.
Luſtrat, & in memores fert conſignata tabellas,
Hiſtoriae lucem priſcae, vitamque datura.
Tu modo magne Deus, rerum cui ſumma poteſtas,
Ereptum cunctis terraeque mariſque periclis
Incolumem ſerva juvenem hunc, patriaeque redona.

Pro-

Proximus hüic STEPHANUS ſtudio non diſpare ſurgit:
Cui mordenti ungues, victuraque ſcripta paranti,
Pimplaea texunt Muſae de fronde coronam.
Tertius ingenii FRANCISCUS acumine pollens
Abſtergit maculas priſci ſcriptoribus aevi,
Reſtituitque ſuo magna cum laude nitori.
Fallor? an hujus ope è tenebris Orcoque reductus
Luminis in dias prodit LUCILIUS auras?
Romanaeque addit magnum Satyrae incrementum
DOUSIADES, doctoque alias ſub pectore curas
Verſat, quas veniens in lucem proferet aetas.
Quid WERNERE ego te, quid te THEODORICE dicam?
Quid minimum natu minitantem haud parva JACOBUM?
Omnibus unus amor doctrinae, atque ardor honeſti,
Et generoſa ſequi magni veſtigia Patris,
Quo ſibi Muſageta merito inclyta Leida triumphat.
Vivite faelices, ſcriptiſque extendite nomen
DOUSIADAE FRATRES, praeclariſque ingenii auſis
DOUSIACAM illuſtrate DOMUM, & ſuper aethera ferte:
Et deſiderium veſtri lenite parentis,
Extinctoque ſuper JANO ſopite dolorem.

Digitized by Google

AD FRANCISCUM DOUSAM

Carmen

PAULLI G. F. P. N. MERULAE.

INTERNECINUS *alta mentis concitat*
Mi templa moeror, ima luctus obſidet
Praecordiorum pertinax ſacraria;
Quom ſaeviiſſe torviter turbas tuor,
Turbas, venuſtae quae rudes ſcientiae,
In quidquid elegantiarum luminis
Dias in oras ſeculi quondam extulit
Induſtria caſci. Hinc tetra faciunt vulnera
Ut raptus extra me, mihi plane excidam: Inde
Injurioſae funerum pompae (nefas
Immane) vitam, abeſt parum, evitant meam.
Sed diſſipatus huc & illuc, colligor
Rurſum, mihique reddor. AEſculapios
Videns; quibus curae, quibus cordi; manus
Adferre, quae mederier poſſint malis,
Et foeditates amovere vulnerum,
Bonoſque mattiis eripere querqueris;
Quin & ſitis conclamitatiſque indere
Vitam, priore vix aliam. Quorum cluet
Pater tuus, fraterque cluvebat tuus,
Dum fungeretur munere vitae, principes.
Et tu tuos ſequutus olim tertius
Miraculum futurus orbi: gratiam
Redantruabit gratus eam LUCILIUS.

PE-

Digitized by Google

PETRI BERTII AD EUNDEM CARMEN STYLO LUCILIANO.

Aethalides poſt Euphorbus fuit, inde Pyrander,
Si de ſe Samio dicenti credimus: Thamnus,
Et piſcis fuit Empedocles: Tricor Ennius autem
Commeminit fieri ſe pavum, quom ante cluiſſet
Moeonides: Animum nam extrinſecus inſinuatum
Per pecua atque homines privas in corpori' partes
Credebat mitti. At quoius FRANCISCE animai
Te haeredem dicat redivivo in corpore forte
Si LUCILIUS hîc ſe ſiſtat? ſcilicet idem
DOUSIADAE proprium agnoſcens in pectore pectus
Exclamet prorſum, ſimiles ſic nenu fuiſſe
Faecundae Ledas geminos, ita totus ad unguem
Et genio geniumque refers, & corpore corpus
LUCILI. Tum ſi volgo proſtrata jacere
Hic in ſtercore humi, fabuliſque fimo atque ſucerdis
Virtutiſque artiſque ſuae monumenta videret,
Oraret tecum, ut vis morbi peſtilitaſque,
Illuvies, ſcabieſque mala, omnis deque petigo
DOUSIACA ſublata manu procul hinc repedaret
Barbariem in mediam. Macte ergo ô inclyte DOUSA
Unica poſt Janum ſpes patris, quoi ſua clauſtra
Committunt faciles ultro panduntque Camoenae,
Macte inquam virtute, ſimulque his verſibus eſto.

Digitized by Google

AD EUNDEM PHILIBERTI BORSALI MATTIACI.

QUaliter in vitam quondam Latonia virgo
Hippolitum à mortis limine reſtituit;
Qualiter Alcides memoratur, & Iſmarus Orpheus
Traxiſſe è Stygiis vallibus ad ſuperos,
Functorum ille animas, cuſtode in vincla coacto,
Hic caram infelix cantibus Eurydicem:
Sic tu diſcerptum jam mille in fruſta Poëtam,
Cujus ſcripta unum non niſi vulnus erant,
Ire iter ad vitam, ſuperaſque evadere ad auras
Cogis, & hac noſtra ponere valle pedem.
Magnae molis opus tantum eſt audere, vel illud
DOUSA *tuum potuit quod decuiſſe patrem.*
AEmula jamque audit caſtae tua cura Dianae,
Nec minor illa auſis ſcilicet Herculeis,
Succeſſuque Orphei longe felicior: illaque
Ut res ficta fuit, ſic tua facta cluit.

R.

PETRI SCRIVERII AD

Nobiliſſimum eruditiſſimumque FRANCISCUM DOUZAM, C. LUCILII EQ. R.

Majorum operum Reliquias à ſe conlectas & diſpoſitas edentem.

Qui ſale perfricuit Varronum incondita roſtra:
Qui ſamios Rupicum ſtrinxit in ora ſtilos;
Qui ſecuit totam dictis mordacibus Urbem;
Squarroſaeque dedit ſtigmata multa cuti;
Qui princeps Saturas in luminis eruit oras,
Quique Stili Naſum condidit, ille FUIT?
Ille FUIT? columen caſci LUCILIUS aevi,
Lumen & Auruncae, (pro dolor!) ille FUIT?
Illa FUIT primi Muſa edicimata Poëtae,
Denique ſic nobis Sueſſa Camoena FUIT?
Tantum non ſuperant ſanie oblita Fragmina? tantum
Relicta eſt magnae parva metaxa togae:
O Harpyarum ſcaeva & ſaeva agmina! noxa eſt
Mordicibus tantum corripuiſſe Virum.
Quaenam haec Invidia eſt? quaenam haec Injuria? noſtrae
MUSAE tam docti, tam ſapientis egent,
Quae ſua nunc querulo diducunt pectora planctu.
Adde, quod & lacrumis ſe Satura ipſa rigat:
Et lacrumis merita admiſcens convitia clamat
Vaſtandi, ah, nimium fibula laxa fuit.

Theſauro Orcino Senium pulcra omnia tradit,
Longaque ſubpernat Dia Reperta Dies.
Saltim hic è Priſcis potuiſſet vivere, nobis
Nec novus Hippolytus debilis ora foret:
Muſica ſolenni reſonaret Regia plauſu;
Dividiae poſſent Res ſibi habere ſuas.
Sed bene. DOUZIACUS Labor inprobus omnia vicit,
Huic grave ſaxoſam non fuit ire viam.
Conlegit Tabulas, junxitque interpole dextra,
Vindiceque adſeruit naufraga fruſta manu.
Laus TIBI. TU maculas deterſti, ac ulcera texſti.
Pene tua totus, DOUSA, revixit ope.
Parte aliqua hunc nuper (ſi DIS placet) alite dextro
Corrigere eſt viſus ingenioſus homo;
Cujus quiſquilias & ſomnia vana refellis,
Et Criticos fruſtra ſaepius eſſe doces.
Ha: quotiens FERRUM inviti patiuntur & IGNEM
Libri, quos Critici verſat iniqua manus:
Ha! quotiens ſanis adpingit vulnera membris,
Auctoremque ſui diſſimilem eſſe facit:
Quam crebro arguta eſt ubi non opus! ILICET. actum eſt,
Quo poſſis pelvim poſcere tempus adeſt.
Tu colis hoc ſtudium, atque has religioſius Arteis,
Depromisque animo de meliore NOTAS:
Macte animo! & Genii Ingeniique hoc divite fructu!
Illo atque hoc Famae perpetis eſſe potes.
His magis inluſtras inluſtria ſtemmata, claro
Adficis & Patrios lucis honore Deos.
Quod viget atque veget grato LUCILIUS ore,
Debemus ſtudiis, o cate DOUZA, tuis.
Munis erit, quem tu reduxſti à limine Mortis,
Ut Vitam accepit, ſic dabit ipſe tibi.

Quod

Digitized by Google

Quod ſatis eſt. alius fulvum ſibi congerat aurum,
Adnixe Attalicas adpetat alter opes;
Si me Poſteritas, & Poſtuma noverit Aetas,
Credam divitiis me ſuperare Midam.

EJUSDEM ELEGIDION.

Quod te Barbaries, brutique Incuria ſecli,
Lucili, Infernas paſſa ſit ire vias;
Ingemuere tui lugubri carmine Manes,
Leniter hanc noxam non potuere pati.
Et certe eſt lacrumis res digna & triſtibus odis,
Triginta è Saturis vix ſupereſſe duas,
Illasque annorum adroſas rubigine, ſic ut
Sit varie mutilum, quod ſolidum ante fuit.
O bene! felicis riſerunt omina pennae,
Et crepuit fauſto laurus in igne ſono.
Gaude, Lucili, ſi quidquam in funere ſentis,
Gaude, inquam, vitae ſpes mihi facta tuae.
Te tibi reſtituit Cura Aſclepi aemula Douzae,
Ille tibi vitae munia priſca dedit.
AEſona non aliter ſolers Medea recoxit,
Quum Juvenem arte ſua reddidit ante-ſenem.
A te quae fiet condigna huic gratia? nempe ut
Vivere te dicas munere Douziades.

EJUSDEM EPIGRAMMA.

Musarum è pullis nemo fuit hactenus auſus
Edère Romani Reliquias Equitis;
Quid: quod & hos inter vix extitit unus & alter
Qui tantum Heroëm tangere dignus erat.
Quem male divulſum conlegit, & auſpice Phoebo
Nexuit, atque edit Douza Batavus Eques.
Nil potuit melius. (Livor placida audiat aure)
Hic Eques illum Equitem tollere dignus erat.

LEGENDO ET SCRIBENDO.

JOANNIS MEURSII
IN
LUCILII FRAGMENTA
A
FRANCISCO DOUSA JANI F. JANI FR.
Collecta.

LUCILI *Satyras* & *ſalſa poëmata nobis*,
Pro pudor! abſtulerat remporis invidia.
Valde indignari facinus Libethrides atrox,
Edere lugubres inque Helicone ſonos.
Et SATYRA *infelix ſciſſo palabat amictu*
Huc illuc, *eheu! orba patrocinio.*
Ingeminans triſti lamento, SUPPETIATUM.
Nequidquam. neque quis ſuppetias tetulit.
Non tulit hanc ſpeciem docti mens enthea DOUSAE,
Atque unde unde potis relliquias legere,
Colligit: & *laceros componit ſedulus artus*,
Perſanans fida vulnera multa manu.
Quaenam digna tibi darier pro munere tanto
Hoſtimenta petis, *ô decus Aonidum?*
Inſanum debent tibi diae Heliconis alumnae,
Inſanum SATYRAQUE, & SATYRAE *ipſa* PATER.
Macte animo FRANCISCE *iſto*: *prócudito porro*
Nomen, & *infamis curre per ora virum.*
DOUSIACAE *domuis Europae nobilis orbi*
Ante hac per FRATREM *gloria*, *perque* PATREM.
DOUSIACAE *domuis Europae nobilis orbi*
Gloria, *tuque modis is decorare novis.*

Is

Digitized by Google

Is decorare novis. & FRATRIS funera penſas
Immatura nimis, flendaque perpetuum,
Altera ſpes PATRIS: vivas modo, & illius annos
Vincas, & veniat mors niſi ſera tibi.
Hoc precor, hoc voveo, & mecum turba Aonis omnis.
Diva fave, & votum PERFICA perficias.

DE
C. LUCILIO
VETERUM SCRIPTORUM
Teſtimonia & auctoritates.

Ciceronis ex lib. I. *de Oratore ex perſona L. Craſſi ad M. Scaevolam.*

SEd, ut ſolebat C. LUCILIUS ſaepe dicere, homo tibi ſubiratus, mihi propter eam ipſam cauſſam minus quam volebat familiaris; ſed tamen & doctus & perurbanus; Sic ſentio, neminem eſſe in Oratorum numero habendum, qui non ſit omnibus iis artibus, quae ſunt libero homine dignae, expolitus.

Ejuſdem ex lib. II. *de Orat.*

C. LUCILIUS, homo doctus & perurbanus.

Ejuſdem ex lib. IX. *Epiſt.* XV. *Familiar. ad Papirium Paetum.*

Itaque te cum video, omnes mihi Granios, omnes LUCILIOS, vere ut dicam, Craſſos quoque & Laelios videre videor. moriar, ſi praeter te,

Digitized by Google

te, quemquam reliquum habeo, in quo poſſim imaginem antiquae & vernaculae feſtivitatis agnoſcere.

Ejuſdem ex lib. II. *Academicar. Quaeſt.*

Accipe, quemadmodum ea dicantur à Clitomacho in eo libro, quem ad C. Lucilium ſcripſit Poëtam, cum ſcripſiſſet iiſdem de rebus ad L. Cenſorinum, eum qui conſul cum M. Manilio fuit.

C. Trebonii ex epiſtola ad Cicer. Familiar. lib. XII.

In quibus verſiculis ſi tibi quibuſdam verbis ἀθυῤῥεμονέστερος videbor; turpitudo perſonae ejus, in quam liberius invehimur, nos vindicabit. ignoſces etiam iracundiae noſtrae, quae juſta eſt in ejuſmodi & homines & cives. deinde, qui magis hoc Lucilio licuerit aſſumere libertatis, quam nobis? cum, etiamſi odio par fuerit in eos, quos laeſit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret.

Auctoris Rhetoricae ad Herennium ex lib. II.

C. Caelius Judex abſolvit injuriarum eum, qui Lucilium Poëtam in Scaena nominatim laeſerat: P. Mutius eum qui L. Accium Poëtam nominaverat condemnavit.

Vellei Paterculi ex lib. II. *Hiſtor.*

Celebre & Lucilii nomen fuit, qui ſub P. Africano, Numantino bello, eques militaverat. quo quidem tempore juvenis adhuc Jugurtha ac Marius

Digitized by Google

tius ſub eodem Africano militantes, in iiſdem caſtris didicere, quae poſtea in contrariis facerent.

Horatii ex lib. I. *Sermon. Satyra* IV.

Eupolis, atque Cratinus, Ariſtophaneſque Poëtae,
Atque alii, quorum Comoedia priſca virorum eſt:
Si quis erat dignus deſcribi, quod malus, aut fur;
Quod moechus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus: multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius, hoſce ſequutus,
Mutatis tantum pedibus numeriſque facetus.
Nam fuit hoc vitioſus: in hora ſaepe ducentos,
Ut magnum, verſus dictabat ſtans pede in uno:
Cum flueret lutulentus, erat, quod tollere velles:
Garrulus, atque piger ſcribendi ferre laborem:
Scribendi recte. nam ut multum, nil moror. ecce
Criſpinus minimo me provoca, &c.

Et paulo poſt.

—— ergo
Non ſatis eſt puris verſum perſcribere verbis,
Quem ſi diſſoluas, quivis ſtomachetur eodem,
Quo perſonatus pacto pater. his, ego quae nunc,
Olim quae ſcripſit Lucilius, eripias ſi
Tempora certa, modoſque; &, quod prius ordine verbum eſt,
Poſterius facias, praeponens ultima primis:
Non ut ſi ſolvas, Poſtquam diſcordia tetra
Belli ferratos poſtes, portaſque refregit.

Ejuſdem ex Satyr. X.

Nempe incompoſito dixi pede currere verſus
Lucili. quis tam Lucili fautor inepte eſt,
Ut

Ut non hoc fateatur? at idem, quod ſale multo
Urbem defricuit, charta laudatur eadem.
Nec tamen hoc tribuens dederim quoque caetera.

Ac deinde.

At magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis
Miſcuit. ô ſeri ſtudiorum! qui ne putatis
Difficile, & mirum, Rhodio quod Pitholconti
Contigit? at ſermo lingua concinnus utraque
Suavior: ut Chio nota ſi commiſta Falerni eſt.

Nec multo poſt.

Hoc erat, experto fruſtra Varrone Atacino,
Atque quibuſdam aliis, melius quod ſcribere poſ-
ſem,
Inventore minor: neque ego illi detrahere auſim
Haerentem capiti cum muta laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum: ſaepe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendis. age, quaeſo,
Tu nihil in magno doctus reprehendis Homero?
Nil comis Tragici mutat LUCILIUS Acci?
Non ridet verſus Enni gravitate minores,
Cum de ſe loquitur, non ut majore reprenſis?
Quid vetat & noſmet LUCILI ſcripta legentes
Quaerere, num illius, num rerum dura negarit
Verſiculos natura magis factos & euntes
Mollius? at ſi quis pedibus quid claudere ſenis
Hoc tantum contentus, amet ſcripſiſſe ducentos
Ante cibum verſus, totidem caenatus: Etruſci
Quale fuit Caſſi rapido ferventius amni
Ingenium: capſis quem fama eſt eſſe, libriſque
Ambuſtum propriis: fuerit LUCILIUS, inquam,
Comis & urbanus: fuerit limatior idem,
Quam rudis, & Graecis intacti carminis auctor,
Quam-

Digitized by Google

Quamque Poëtarum ſeniorum turba: ſed ille
Si foret hoc noſtrum fato delatus in aevum,
Detereret ſibi multa: recideret omne, quod ultra
Perfectum traheretur: & in verſu faciendo
Saepe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues.

Ejuſdem ex lib. II. *Sat.* I.

Attamen & * juſtum poteras, & ſcribere fortem;
Scipiadam ut ſapiens LUCILIUS. ——

Et mox:

—— me pedibus delectat claudere verba
LUCILI ritu, noſtrum melioris utroque.
Ille velut fidis arcana ſodalibus olim
Credebat libris: neque ſi male ceſſerat, unquam
Decurrens alio, neque ſi bene. quo fit, ut omnis
Votiva pateat veluti deſcripta tabella
Vita ſenis. ——

Et paulo poſt:

—— quid, cum eſt LUCILIUS auſus
Primus in hunc operis componere carmina morem;
Detrahere & pellem, nitidus qua quiſque per ora
Cederet, introrſum turpis? Num Laelius, aut qui
Duxit ab oppreſſa meritum Carthagine nomen,
Ingenio offenſi? aut laeſo doluere Metello?
Famoſisque Lupo cooperto verſibus, atqui
Primores populi arripuit, populumque tributim,
Scilicet uni aequus virtuti atque ejus amicis.
Quin ubi ſe à vulgo & ſcaena in ſecreta remorant
Virtus Scipiadae, & mitis ſapientia Laeli,

Nu-

* *Caeſarem Auguſtum intelligit.*

Digitized by Google

Nugari cum illo & diſcincti ludere, donec
Decoqueretur olus, ſoliti. quidquid ſum ego, quamvis
Infra LUCILI cenſum ingeniumque; tamen me
Cum magnis vixiſſe invita fatebitur uſque
Invidia. —

Perſii ex Satyra I.

— — — ſecuit LUCILIUS Urbem,
Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit * Juliſ.

Quintiliani ex lib. x. cap. I. *Inſt. Orator.*

Satyra quidem tota noſtra eſt, in qua primus inſignem laudem adeptus eſt LUCILIUS. Qui quoſdam ita deditos ſibi adhuc habet amatores, ut eum non ejuſdem modo operis auctoribus, ſed omnibus Poëtis praeferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſentio, qui LUCILIUM fluere lutulentum, & eſſe aliquid quod tollere poſſis putat: nam & eruditio in eo mira, & libertas, atque inde acerbitas, & abunde ſalis.

Ejuſdem ex lib. I. *cap.* VIII. *Inſt. Orat.*

Denique credamus ſummis oratoribus, qui veterum Poëmata vel ad fidem cauſarum, vel ad ornamentum eloquentiae aſſumunt. Nam praecipue quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Aſinium etiam, & caeteros, qui ſunt proximi, vidimus Ennii, Accii, Pacuvii, LUCILII, Terentii, Caecilii, & aliorum inſeri verſus, ſumma non eruditionis modo gratia, ſed etiam venuſtatis.

Ejuſ-

* *Ita leg. vide L. Douſ. Comment. ad Horat.*

Digitized by Google

Ejuſdem ex lib. I. *cap.* VI.

Pace dicere hominis eruditiſſimi liceat.

Ejuſdem ex Dialogo de Oratoribus.

Neminem nominabo, genus hominum ſignaſſe contentus, ſed vobis utique verſantur ante oculos, qui LUCILIUM pro Horatio, & Lucretium pro Virgilio legunt.

Juvenalis ex lib. I. *Sat.* I.

Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
Per quem magnus equos Auruncae flexit alumnus:
Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam.

Et mox.

Enſe velut ſtricto, quoties LUCILIUS ardens
Infremuit; rubet auditor, cui frigida mens eſt
Criminibus, tacita ſudant praecordia culpa.
Inde irae & lacrimae. ——

Aſconii Paediani ex Commentar. in Orat. Cic. contra L. Piſonem.

Tradunt & Antiochi Regis filio obſidi domum publice aedificatam, inter quos Atticus in Annalibus; quae poſtea dicitur LUCILII Poëtae fuiſſe.

Plinii ex lib. I. *Nat. Hiſt.*

LUCILIUS, qui primus condidit ſtyli naſum.

Martialis ex Epigramm. lib. 12.

Audemus Satyras, LUCILIUS eſſe laboras.

Suetonii ex lib. de Illuſt. Gramm.

Hactenus tamen imitati, ut carmina parum adhuc divulgata, vel defunctorum amicorum, vel ſi quorum aliorum probaſſent, diligentius retractarent. ac legendo commentandoque, etiam caeteris nota facerent. *Et ſtatim poſt*: Ut Laelius, Archelaus, Vectius, Quintus Philocomus Lucilii Satyras familiaris ſui: quas legiſſe apud Archelaum, Pompejus Lenaeus: apud Philocomum, Valerius Cato praedicantur.

Ejuſdem ex eodem lib.

Curtii Niciae de Lucilio libros etiam Satyra (*al.* Santra) comprobat.

A. Gellii ex Noct. Atticar. lib. XVII. *cap.* XXII.

Neque magno intervallo poſtea Q. Ennius, & juxta Caecilius, & Terentius, ac ſubinde Pacuvius, & Pacuvio jam ſene Accius, clariorque tunc in Poëmatis eorum obtrectandis Lucilius fuit.

Ejuſdem ex lib. VII. *cap.* XIV.

Et in carmine & in ſoluta oratione, genera dicendi probabilia ſunt tria, quae Graeci χαρακτῆρες vocant; nominaque iis fecerunt ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Nosque quem primum poſuimus Uberem vocamus, ſecundum Gracilem; tertium Mediocrem. Uberi dignitas atque amplitudo eſt; Gracili venuſtas & ſubtilitas; Medius in confinio eſt utriuſque modi particeps. His ſingulis orationis virtutibus vitia agnata ſunt pari numero, quae earum

Digitized by Google

ſum modum & habitum ſimulacris falſis ementiuntur. Sic plerunque Sufflati atque Tumidi fallunt pro Uberibus: Squalentes & Jejuni dicti pro Gracilibus: Incerti & Ambigui pro Mediocribus. Vera autem & propria hujuſcemodi formarum exempla in Latina lingua M. Varro eſſe dicit, Ubertatis Pacuvium: Gracilitatis LUCILIUM: Mediocritatis Terentium.

Ejuſdem ex lib. XVIII. *cap.* V.

LUCILIUS vir apprime Linguae Latinae ſciens.

Lactantii ex Divinar. Inſt. lib. I. *cap.* IX.

Quid tu, inquiet aliquis, Poëtiſne credendum putas? Quid ni putem? Non enim iſta LUCILIUS narrat, aut Lucianus, qui Diis & hominibus non pepercit.

Auſonii ex epiſt. V. *ad Theonem.*

Lucani villa mox potieris-aco.
Reſciſſo diſce componere nomine verſum:
LUCILI Vatis ſic imitator eris.

AElii Donati De Tragoedia & Comoedia.

Haec, quae Satyra dicitur, ejuſmodi fuit, ut in ea, quamvis duro & veluti agreſti modo, de vitiis civium tamen ſine ullo proprii nominis titulo carmen eſſet. Quod primo LUCILIUS novo conſcripſit modo, ut Poëſin inde faceret, id eſt, unius carminis plures libros.

Macrobii ex Saturnal. lib. III. *cap.* XVI.

LUCILIUS acer & violentus Poëta.

M 2 *Hi-*

Hieronymi in Chron. Euſebii.

Olympiade CLVIII. C. LUCILIUS Satyrarum ſcriptor naſcitur, & Olymp. CLXIX. Neapoli moritur, ac publico funere effertur, anno aetatis ſuae quadrageſimo ſexto.

Ejuſdem de vitando ſuſpecto contubernio.

Et ille, Nimium, ait, formidoloſus es. ubi illa quondam conſtantia, in qua multo Sale orbem defricans LUCILIANUM quippiam retuliſti?

Ejuſdem ad Pammachium & Oceanum.

Mordetur & LUCILIUS, quod incompoſito currat pede, & tamen ſales ejus leposque laudantur.

C. Sidonii Apollin. ad Magnum Felicem.

Non LUCILIUS hic, Lucretiusque eſt.

Diomedis ex lib. III. Gramm.

Satyra eſt carmen apud Romanos nunc quidem maledicum, & ad carpenda hominum vitia Archaeae Comoediae charactere compoſitum, quales ſcripſerunt LUCILIUS, & Horatius, & Perſius.

Ejuſdem.

Jambicum appellatum eſt παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, quod eſt maledicere. cujus carminis praecipui ſcriptores apud Graecos Archilochus & Hipponax, apud Romanos LUCILIUS, Catullus, Horatius, & Bibaculus.

Com-

Commentatoris veteris Horatii ad illum locum lib. I. *Sat.* III.
—— *Veluti Balbinum polypus Agnae.*

Luciliana urbanitate uſus in tranſitu amaritudinem aſperſit.

Ejuſdem lib. I. *Sat.* I.

Satyra Horatii inter Lucilii Satyram & Juvenalis media eſt: nam & aſperitatem habet, qualem Lucilius; & ſuavitatem qualem Juvenalis. At ſciendum tamen eſt quod Satyrarum carmen primo omnium auctore Lucilio ſit repertum, etiam ipſomet Horatio teſte.

Ejuſdem lib. II. *Sat.* I. *ad illud:*
—— *noſtrum melioris utroque.*

Hoc eſt, qui melior fuit & te & me, ò Trebati, cenſu & natalibus: fuit enim vir bonus & valde nobilis, utpote Magni Pompei avus.

Ejuſdem.

Scipio Africanus & Laelius feruntur tam fuiſſe familiares & amici Lucilio, ut quodam tempore Laelio circum lectos triclinii fugienti Lucilius ſuperveniens, eum obtorta mappa quaſi feriturus ſequeretur.

Digitized by Google

AUCTORES,
ex quibus
LUCILII RELIQUIAS
COLLEGIMUS.

Ælius Donatus in Terentium.
Ammianus Marcellinus.
Apuleius.
Arnobius.
Aſconius Paedianus.
Auctor Rhetoricae ad Herennium.
Aulus Gellius.
Auſonius.
Caecilius Vindex.
Calpurnius Piſo.
Caper.
Cenſorinus.
Cicero.
Commentator vetus in Horatium.
Commentarius in Juvenalem.
Conſultus Chirius Fortunatianus.
Cornutus.
Diomedes.
Feſtus.
Fulgentius de priſco ſermone.
Gloſſaria Henr. Stephani.
Gloſſarium Fornerii.
Gloſſae veteres in Perſium.
Helenius Acron in Horatium.
Hieronymus.
Iſidorus.
Julius Capitolinus.
Julius Rufinianus.
Junius Philargyrius.
Juvenalis.
Lactantius.
Macrobius.
Marius Victorinus.
Martialis.
Martianus Capella.
Maximus Victorinus.
Nonius Marcellus.
Paulus Feſti abbreviator.
Plinius.
Porphyrion in Horatium.
Priſcianus.
Probus in Virgilium.
Quintilianus.
Servius in Virgilium.
Sinnius Capito.
Soſipater Chariſius.
Terentius Scaurus.
Varro.
Velius Longus.

Digitized by Google

*C. LUCILII RELIQUIAE,

quae ſuperſunt ex incerto SATYRARUM LIBRO.

ᵃ VIRTUS (*Albine*) *eſt, pretium perſolvere verum,*
Queis in verſamur, queis vivimu' rebu' poteſſe:

Vir-

NOTAE.

* ANTEQUAM operam meam Reliquiis Lucilii commodem, res ipſa poſtulare videtur, ut pauca prius de ipſo, genere, vita. ac denique ſcriptis ejus, quae fortean cui negotium faceſſere poſſent, expediam. Primum itaque moneo nomen ipſius LUCILIUS ſimplici L ubique reſcribendum, non LUCILLIUS, ut jam paſſim receptum video. Teſtes omnes veteres libri tam formis excuſi, quam manu exarati, Ciceronis Horatii, Feſti, Nonii, & aliorum, qui teſtimonia ejus ſaepius advocant: in quibus ſemper LUCILIUS diſertim expreſſum invenies. neque unquam aliter in lapidibus priſcis. ad cujus rei fidem ſtabiliendam hanc inſuper auctoritatem addebat vir omni laude & invidia major Joſephus Scaliger, cum ei meam mentem aperuiſſem. Siquidem veteres haud aliter I productam, quam EI diphthongum enuntiare ſolitos, quod ex antiquorum monumentorum inſcriptionibus probare ſupervacuum fuerit. atque hinc LUCEILIUS eadem ratione qua SERVEILIUS ſcribi veteribus conſueviſſe, itaque reſcribendum apud Martialem hunc ipſius Lucilii verſum:

Luceili Columella heic ſitu Metrophanes.

Quo ſalebroſior quodammodo ſit, & antiquitatem magis reſipiat. cujus gratia eum laudat Martialis. Eandem porro rationem in SERVILIO obtinere probant nummi veteres, quos extare non paucos vidi, cum his notis: C. SERVEILIUS. nam vocem hanc ſecunda ſyllaba productam legi debere ſatis indicat praeter Silium Italicum, apud quem ſaepicule eam reperias, Claudianus lib. I. in Eutropium hoc verſu:

Indomitos curru Servilius egit Iſauros.

Unde manifeſta ſuſpicio eſt verſum illum Ennii, quem inter alios A. Gellius lib. XII. cap. 4. producit:

Hunc inter pugnas compellat Servilius ſic.

magiſtellorum audacia an impe-

ritia

Virtus eſt homini, ſcire id, quod quaeque habeat res.
Virtus, ſcire homini rectum, utile, quid ſit honeſtum;
Quae

NOTAE.

ritia faede interpolatum eſſe, ac fortean reſtituendum ad hoc exemplum:

Hunc inter pugnas Serveiliu' ſic compellat.

Illos enim veriſimile eſt aſperitate carminis offenſos, dum ei rei conſultum ire cupiunt, numerorum rationem nullam habuiſſe. Ne vero quis eorum ſententiae accedat, qui temere Lucio praenomen faciunt Lucilio noſtro: nam Cajum ſemper vocant Cicero, Quintilianus, alii. Luciliam gentem duplicem fuiſſe, Patriciam unam, alteram Plebejam ex diverſis ſcriptoribus colligo, praeter eorum opinionem, qui Plebejae ejus tantum meminerunt. ac Patriciae quidem fuit Poëta noſter, cujus nobilitas vel ex ſolo Paterculo plana eſt. qui eum Equidem ſub P. Africano militaſſe ſcribit. cui accedant teſtimonia Horatii, quamvis ab invito expreſſa & in eodem genere Scribendi aemulo, haec de ſemet Satyra I. alterius Sermonum libri coram C. Trebatio Juriſconſulto profitentis:

—— me pedibus delectat claudere verba
Lucili ritu, noſtrum melioris utroque.

& ſtatim poſt:

—— quidquid ſum ego, quamvis
Infra Lucili cenſum, ingeniumque.

ad quae Porphyrion vetus interpres: *Conſtat enim Lucilium majorem avunculum Pompei Magni fuiſſe. etenim avia Pompei ſoror Lucilii fuerat.* At Acron alter interpres eum *avum Magni Pompei* facit quorum utri potius accedam neſcio, cum nihil ea de re certi legendo potuerim comperire. Certe Vellejus Paterculus cum magnum avunculum, ſed ex fratris filia, non ſorore, ut vult Porphyrion, videtur agnoſcere. ita enim capio verba ejus de Cn. Pompejo, qui poſtea Magni cognomen ſortitus eſt, *Fuit hic genitus matre Lucilia, ſtirpis Senatoriae.* cui conjecturae meae vir ampliſſ. Ant. Auguſtinus ſubſcribere videtur, ille enim in libro De gentibus ac familiis Romanorum, matrem Cn. Pompei Magni ex fratre C. Lucilii Poëtae natam autumat. Nec enim, ſi ea filia Poëtae noſtri fuiſſet, C. Vellejum rem tam inſignem ſilentio praeteritutum fuiſſe veriſimile exiſtimo.

In Lucilia gente Plebeja varias familias fuiſſe comperio, ut Balbos, Baſſos, Rufos, Secundos, Longos, Capitones. de quibus ſingulis conſulendi Cicero in Bruto, Epiſtolarum Famil. lib. III. epiſt. V. ad Atticum lib. XII. epiſt. V. Tacitus lib. II. Hiſtor. Pomponius J. C. de Origine Juris, Inſcriptiones veteres, alii.

Natus eſt Lucilius Sp. Poſthumio Albino, L. Calpurnio Piſone Coſs. anno V. C. DCV. bello Punico tertio, Olympiade CLVIII. Sueſſae Auruncorum. unde Satyrae ejus *Camoena Sueſſa* ab Auſonio dicuntur, & *magnus Auruncae alumnus* à Juvenale vocatur, obſervante magno Scaligero. Sub P. Scipione Africano minore bello Numantino (quod incidit in annum V. C. DCXX.) ſtipendia meruit, quo quidem tempore eum ad annos maxime natum ſexdecim colligimus. Ejuſdem Scipionis vitam privatam poſtea deſcripſit. in quo Pſeudoporphyrionem manifeſti erroris convincit Parens meus, qui *Lucilium vitam privatam Scipionis,*

Fu-

Quae bona, quae mala item, quid inutile, turpe, inhoneſtum:
Virtus, quaerendae rei finem ſcire modumque:
Vir-

N O T A E.

Ennium vero bella deſcripſiſſe annorat. ubi male nomina Scipionum inter ſe confuſa. Ennium enim Scipionis majoris res geſtas ceciniſſe conſtat. Lucilius autem ut ejuſdem vitam privatam deſcripſerit, ratio temporum plane vetat. Amicos ac familiares Lucilii hos fuiſſe potiſſimum reperio: P. Scipionem Africanum minorem, C. Laelium, M. Licinium Craſſum, Sp. Albibinum, L. AElium Stilonem, Q. Vectium, Archelaum, P. Philocomum, Laelium Decimum, Q. Granium Praeconem.

Nominatim carpſit & exagitavit in Satyris, quantum quidem ex pauculis his fragmentis odorari poſſumus, Mutium Scaevolam, T. Albutium, Q. Caecilium Metellum, P. Rutilium Lupum, Torquatum, M. Carbonem, L. Tubulum, P. Gallonium, C. Caſſium, L. Cottam, Claudium Aſellum, Q. Opimium, Nomentanum, C. Caelium Judicem, Trebellium, P. Pavum Tuditanum, alios. quin univerſum quoque populum Romanum tributim, ut inquit Horatius, arripiens, hoc eſt. omnes xxxv. tribus urbis antiquae, probroſis carminibus laceravit. ac ne à Poëtis quidem mortuis Euripide, Ennio, Caecilio, Pacuvio, Accio, aliiſque item illuſtribus obtrectandis temperare potuit ſibi, quominus ſcriptis uniuscujuſque ſaepius detraheret. Hinc ei libertatem & acerbitatem ſummam Quintilianus aſſcribit. qui locus non patitur me oblivione praeterire alium ſimilem de Lucilio locum ſed corruptum. cujus auctor Vetus Horatii Interpres. apud quem ita legitur: *Satyra Horatii inter Lucilii Satyram & Juvenalis media eſt. nam & aſperitatem habet, qualem Lucilius; & ſuavitatem qualem Juvenalis.* ubi audacter repono: *acerbitatem.* quam apte ſuavitati opponi, quae ſtatim Juvenali tribuitur, nemo negabit, & acerbitas caeteroqui propria Satyrographorum. Sic enim Horatius de ſe lib. II. Sermonum Sat. I.

Sunt quibus in Satyra videar nimis acer.

Amavit Lucilius Collyram puellam, ejusque nominis titulo decimum ſextum librum inſcripſit. Servum habuit nomine Metrophanem, cujus fidem ac probitatem publice Epitaphio ei condito teſtatus eſt. Habitavit Romae in domo, quae Antiochi regis filio obſidi publice aedificata fuerat. Neapoli mortuum ac publico funere elatum ait Euſebius anno aetatis ſuae quadrageſimo ſexto. cui annorum rationi vide an non repugnet Horatius, qui eum ſenem facit illis verſibus:

—— quo fit, ut omnis
Votiva pateat veluti deſcripta tabella
Vita ſenis,

quod quo pacto cum Euſebianis Chronicis conciliari poſſit nullus hercule video, niſi ſi ſolennem illam Servitulliani Luſtri rationem ſequendam ducamus, qua ut lib. x. cap. 28. ex Tuberone docet A. Gell. *Juniores* ad annum uſque quadrageſimum ſextum, ſupraque eum Seniores fuerint appellati. Lucilium autem primum omnium ſe ac elegantiſſimum ingenium ſuum in hoc ſcribendi genere exercuiſſe, ac

Virtus, divitiis pretium perſolvere poſſe:
Virtus, id dare, quod re ipſa debetur honori;

Ho-

NOTAE.

Satyrica carmina ſcribere cepiſſe, ex Horatio liquido apparet, qui modo illum *Inventorem* ejus facit, modo *auſum*, ait, *primum in hunc operis componere carmina morem.* Nam quod Ennium aut Pacuvium quis objiciat nobis, quorum etiam Satyrarum libri à Grammaticis laudantur, minus nihilo eſt. Titulo tenus quidem iis cum Lucilianis Satyris conveniebat reipſa diſſimillimis. Nam praeter quod diverſis metrorum generibus eos conſcriptos comperimus, variis etiam rebus conſertos fuiſſe (ſiquidem Satyrae titulus id promittere videbatur) nec quidquam fellis, aut amarulentiae in ſe continuiſſe ſatis patet ex Diomede ſcribente lib. III. Grammat. *Satyra eſt carmen apud Romanos, non quidem apud Graecos, maledicum & ad carpenda hominum vitia Archaea Comoediae charactere compoſitum, quales ſcripſerunt Lucilius & Horatius & Perſius: ſed olim carmen quod ex variis Poëmatibus conſtabat Satyra vocabatur; quales ſcripſerunt Pacuvius & Ennius.* Poſſem eidem rei firmandae advocare teſtimonia Quintiliani, Donati, & Veterum Interpretum Horatii, ſed ea ut minime in re certa & indubitata neceſſaria, & quia partim alibi ea collocavi, hic ſciens praetereo. Hinc etiam manifeſto liquere arbitror vanitatem illorum, qui Lucilium Iambicos & Trochaicos Heroicis verſibus immiſcuiſſe perſuadere conati ſunt nobis. Nec vero Jambico ac Trochaico carmine eum omnino uſum fuiſſe negaverim: nam id praeter ipſas Lucilii Reliquias Diomedis auctoritate confutare facillimum ſit, qui cum eum Catullo, Horatio, Bibaculo inter praecipuos Jambici carminis ſcriptores recenſet: ſed ſicubi iis uſus eſt, nullum praeterea aliud metri genus ibidem uſurpaſſe affirmare auſim. Sic igitur de ſcriptis ejus in univerſum habeto. Triginta libros Satyrarum eum reliquiſſe, quorum XX. priores Hexametris totos conſtitiſſe ipſa fragmenta indicium pariter ac fidem faciunt: reliqui omnes, praeter trigeſimum (qui denuo ex Heroicis compoſitus fuit) aut Jambicis, aut Trochaicis numeris conſtituti fuiſſe videntur. Si quos vero in iiſdem libris aliquando verſus Heroicos offendas, eos ab aliis aberraſſe putato incuria librariorum maxime. quam frequenter enim ab iis in numeris peccatum ſit, ei qui aliquando veteres codices cum recentioribus contulerit liquido conſtare arbitror. Idem erroris commiſſum ſcias, quoties fragmenta aliqua ex libris XXXVI, aut XXXIX. apud Nonium citata invenias: illa enim in emendatioribus libris ad XXVI, aut XXIX. referuntur. ac ſimilis mendae Chariſium manifeſtum puto, apud quem ex XLIII. Lucilii vox *Calx* adducitur. quid enim, obſecro? an verſimile ſit ex tanto librorum numero, quot inter XXX. & XLIII. reliqui ſunt, nullum ab ullo Grammaticorum verbum productum? exiſtimo proinde numeri nota deceptos librarios pro XXIII. nobis XLIII. ſuccidaneum feciſſe. Nominatur & *Comoedia Lucilii* apud veterem Interpretem Horatii, & *Lucilius Comicus* apud Fulgentium de Priſco ſermone. quem non eſſe eundem cum noſtro Poëta paene praeſtare auſim. idque eo

magis

Digitized by Google

Hoſtem eſſe atque inimicum hominum morumque malorum,
Contra defenſorem hominum morumque bonorum,
[2] *Magnificare hos, his bene velle, his vivere amicum:*
Commoda praeterea patriae ſibi prima putare,
Deinde parentum, tertia jam poſtremaque noſtra.

Lactantius Divinarum Inſtit. lib. VI. *cap.* V. Quaecunque in definitionem virtutis ſolent dicere, paucis verſibus colligit & enarrat Lucilius, quos malo equidem ponere, ne dum multorum ſententias refello, ſim longior, quam neceſſe eſt: Virtus, Albine, eſt, pretium &c. Ab iis definitionibus, quas

NOTAE.

magis quod in veteri libro Fulgentii *Lucretii Comici* nomen exſtabat. Illuſtriſſ. autem Scaliger *Rutilium* reponendum putat, quem citat idem Placiades. & eſt ille, cujus meminerunt Cicero primo de Finib. item Vellejus Paterculus. Ego aut *Luſcium*, aut *Licinium*, aut etiam *Turpilium* utrobique ſubſtituendum putabam, quorum omnium Comoediarum praeter alios Volcatius Sedigitus apud A. Gellium meminit, & vicinitas literarum facile impoſuerit non ſatis attento librario. Uno item loco apud Nonium *Lucilius Serrano* citatur, quo nomine Varro Satyram Menippaeam ſcripſerat, ut probat idem Grammaticus diverſis teſtimoniis ex eo productis. unde ſuſpicatus fui ſemper has voces perperam ſcriptoris librarii oſcitantia coaluiſſe ac deſiderari ibidem exemplum Lucilii, & nomen Varronis. & quidem id genus errores in Nonio à negligentibus librariis locis prope infinitis commiſſos, & alii animadverterunt, & nos jam ſaepe obſervavimus. qualem etiam illum puto, quandocunque *Lucilius Hymnis* citatur. Nam Hymnidem fabulam ex Menandro Latinam fecerat Caecilius, ex qua teſtimonia aliquoties advocantur à Nonio & Feſto, ejuſdemque meminit Cicero. Sed hactenus: nec plura addo de ipſo, tranſeo ad Reliquias.

1 *Virtus, Albine eſt.*] Ad Sp. Poſthumium Albinum hos verſus ſcriptos puto, qui Conſul cum L. Calpurnio Piſone fuerat, quemque orationes multas ſcriptas reliquiſſe teſtatur Cicero in Bruto.

2 *Magnificare hos*] Alii, *Hos magnifacere*, quod ſubdititium eſſe, & gloſſema τȣ̃ *magnificare* exiſtimo. ſic enim boni latinitatis auctores locuti ſunt. Plautus Ciſtellar.

—— merito
Veſtro amo vos, quia me colitis & magnificatis.

Idem Sticho:

—— pudicitia eſt pater
Eos magnificare, qui nos ſocias ſumſerunt ſibi.

Terentius Hecyra: *Quem ego intellexi illam haud minus, quam ſeipſum magnificare.*

3 Jacta-

quas poëta breviter conprehendit, M. Tullius traxit Officia vivendi, Panaetium Stoicum ſecutus: eaque tribus voluminibus incluſit. Haec autem quam falſa ſint, mox videbimus, ut appareat, quantum in nos dignatio divina contulerit, quae nobis aperuit veritatem. Virtutem eſſe dixit, ſcire, quid ſit bonum, & malum; quid turpe, quid honeſtum, quid utile. quid minus: brevius facere potuit, ſi tantum bonum ac malum diceret, quia nihil poteſt eſſe utile vel honeſtum, quod non idem bonum ſit: nihil inutile ac turpe, quod non idem malum. Quod & Philoſophis videtur, & idem Cicero in tertio ſupradicti operis libro oſtendit. Verum ſcientia non poteſt eſſe virtus, quia non eſt intus in nobis, ſed ad nos extrinſecus venit. Quod autem tranſire ab altero ad alterum poteſt, virtus non eſt; quia virtus ſua cuique eſt. Scientia igitur alieni beneficii eſt, quia poſita eſt in audiendo. Virtus tota noſtra eſt, quia poſita eſt in voluntate faciendi bona. Sicut ergo in itinere celerando, nihil prodeſt, viam noſſe, niſi conatus ac vires ſuppetant ambulandi: ita vero ſcientia nihil prodeſt, ſi virtus propria deficiat. Nam fere etiam ii qui peccant, etſi non perfecte, tamen quid ſit bonum & malum ſentiunt: &, quoties aliquid improbe faciunt, peccare ſe ſciunt, & ideo celare nituntur. Sed cum eos boni & mali natura non fallat, cupiditate mala vincuntur, ut peccent: quia deeſt illis virtus, id eſt, cupiditas recta & honeſta faciendi. Ex hoc igitur apparet, aliud eſſe ſcientiam boni malique, aliud virtutem: quia poteſt eſſe ſcientia ſine virtute, ſicut in plurimis philoſophorum fuit. Id quoniam recta ad culpam pertinet, non feciſſe, quae ſcieris, recte; voluntas prava

&

& vitioſus animus, quem excuſare ignoratio non poteſt, punietur. Ergo ſicut virtus non eſt, bonum ac malum ſcire: ita virtus eſt bonum facere, malum non facere. Et tamen ſcientia ſic cum virtute conjuncta eſt, ut ſcientia praecedat virtutem, virtus ſequatur ſcientiam: quia nihil prodeſt cognitio, niſi & actio ſubſequatur.

Idem cap. ſequente: Pertinent enim (bona ipſorum) non ad vitam homini comparandam, ſed ad quaerendas vel augendas opes, honores, gloriam, potentiam, quae ſunt univerſa mortalia, tam ſcilicet, quam ille, qui, ut ea ſibi contingerent laboravit. Hinc eſt illud.

Virtus quaerendae finem rei ſcire modumque. Praecipiunt enim quibus modis, & quibus artibus res familiaris quaerenda ſit, quia vident male quaeri ſolere. Sed hujuſcemodi virtus non eſt propoſita ſapienti. Nec enim virtus eſt opes quaerere, quarum neque inventio, neque poſſeſſio in noſtra poteſtate eſt. Itaque & quaeſtu & obtentu faciliores ſunt malis, quam bonis. Nen poteſt ergo virtus eſſe in iis rebus quaerendis, in quarum contemptu vis ac ratio virtutis apparet, nec ad ea ipſa transfugiet, quae magno ac excelſo animo calcare, ac proterere geſtit: neque fas eſt, animam coeleſtibus intentam bonis, ut haec fragilia ſibi comparet, ab immortalibus ſuis operibus avocari. Sed potiſſimum in iis rebus comparandis, virtutis ratio conſiſtit, quas nobis nec homo ullus, nec mors ipſa poſſit auferre. Cum haec ita ſe habeant, illud, quod ſequitur, verum eſt: Virtus, divitiis pretium perſolvere poſſe. Qui verſus idem fere ſignificat, quod primi duo: ſed neque ipſe, neque quiſquam Philoſophorum ſcire potuit, pretium ipſum vel quale, vel quod ſit. Id enim

enim Poëta, & illi omnes, quos ſecutus eſt, putaverunt, recte opibus uti, hoc eſt, frugi eſſe, non effundere in res ſupervacuas aut turpes rem familiarem. Dicet aliquis fortaſſe. Quid tu? Negaſne hanc eſſe virtutem? Non equidem nego: contraria enim videar probare, ſi negem. Sed veram nego, quia non ſit illa coeleſtis, ſed tota terrena, quandoquidem nihil efficit, niſi quod remaneat in terra. Quid ſit autem, recte opibus uti, & quis ſit ex divitiis fructus petendus, declarabo apertius, cum de pietatis officio loqui coepero. Jam caetera, quae ſequuntur, nullo modo vera ſunt. Nam improbis inimicitias indicere, aut bonorum defenſionem ſuſcipere, poteſt cum malis eſſe commune. Quidam enim probitate ficta, viam ſibi ad potentiam muniunt, faciuntque multa, quae boni ſolent, eo quidem promptius, quod fallendi gratia faciunt. Utinamque tam facile eſſet praeſtare, quam facile eſt ſimulare bonitatem. Sed ii cum eſſe coeperint propoſiti ac voti ſui compotes, & ſummum potentiae gradum ceperint, tum vero ſimulatione depoſita, mores ſuos detegunt, rapiunt omnia & violant & vexant: eoſque ipſos bonos, quorum cauſſam ſuſceperant, inſequuntur, & gradus, per quos aſcenderunt, amputant, ne quis illos contra ipſos poſſit imitari. Veruntamen putemus hoc officium non niſi boni eſſe, ut bonos defendat. At id ſuſcipere facile eſt: implere difficile: quia cum te certamini congreſſionique commiſeris, in arbitrio Dei, non tuo poſita victoria eſt. Et plerumque improbi & numero & conſpiratione ſunt potentiores, quam boni, ut ad eos ſuperandos, non tam virtus ſit, quam foelicitas neceſſaria. An aliquis ignorat, quod aliquoties melior, juſtiorque

que pars victa ſit? Hinc ſemper dominationes acerbae in cives exſtiterunt. Plena eſt exemplis omnia hiſtoria, ſed nos contenti erimus uno. Cn. Pompejus bonorum voluit eſſe defenſor, ſiquidem pro Republica, pro Senatu, pro libertate arma ſuſcepit, is tamen victus cum ipſa libertate occidit, & à ſpadonibus AEgyptiis detruncatus, inſepultus abjectus eſt. Non eſt igitur virtus, aut hoſtem malorum eſſe, aut defenſorem bonorum: quia virtus incerti caſibus non poteſt eſſe ſubjecta. Commoda praeterea patriae ſibi prima putare. Sublata hominum concordia, virtus nulla eſt omnino. Quae ſunt enim patriae commoda, niſi alterius civitatis, aut gentis incommoda? id eſt, fines propagare aliis violenter ejectis, augere imperium, vectigalia facere majora. Quae omnia non utique virtutes, ſed virtutum ſunt everſiones. In primis enim tollitur humanae ſocietatis conjunctio, tollitur innocentia, tollitur alieni abſtinentia, tollitur denique ipſa juſtitia, quae diſcidium generis humani ferre non poteſt & ubicunque arma fulſerint, hinc eam fugari & exterminari neceſſe eſt. Verum eſt enim Ciceronis illud: Qui autem civium rationem dicunt habendam, externorum negant, dirimunt hi communem generis humani ſocietatem: qua ſublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, juſtitia funditus tollitur. Nam quomodo poteſt juſtus eſſe, qui nocet, qui odit, qui ſpoliat, qui occidit? Quae omnia faciunt, qui patriae prodeſſe nituntur. Id enim ipſum prodeſſe, quid ſit, ignorant: nihil putant utile, nihil commodum, niſi quod teneri manu poteſt: quod ſolum teneri non poteſt, quia eripi poteſt. Haec itaque (ut ipſi appellant) bona quiſquis patriae acquiſierit, hoc eſt, qui everſis

ci-

civitatibus, gentibuſque deletis, aerarium pecunia referſerit, agros ceperit, cives ſuos locupletiores fecerit, hic laudibus fertur in coelum, in hoc putatur ſumma & perfecta eſſe virtus. Qui error non modo populi, & imperitorum, ſed etiam philoſophorum eſt, qui praecepta quoque dant ad juſtitiam, ne ſtultitiae ac malitiae diſciplina & auctoritas deſit.

Nunc vero à mane ad noctem, feſto atque profeſto,
[a] *Totus item pariterque dies, populuſque patreſque*
3 *Jactare indu foro ſe omnes, decedere nuſquam,*
Uni ſe atque eidem ſtudio omnes dedere & arti:
Verba dare ut caute poſſint, pugnare doloſe;
Blanditia certare, bonum ſimulare virum ſe;
Inſidias facere, ut ſi hoſtes ſint omnibus omnes.

Lactantius Divin. Inſt. lib. v. cap. ix. cum multa adverſus iniquos & injuſtos dixiſſet, addit tandem: Sed & Lucilius tenebroſam iſtam vitam circumſcripte breviterque depinxit his verſibus: Nunc vero à mane ad noctem &c.

4 *Graecum te, Albuti, quam Romanum atque Sabinum,*

5 *Mu-*

VARIAE LECTIONES.

a f. *Toto itidem pariterque die.*

NOTAE.

3 *Jactari indu foro.*] Alii, *ende foro.* Sed nihil mutandum ſuggerente doctiſſimo Scaligero. Indu enim & Endo idem. ſic Induperator, Endoperator.

4 *Graecum te; Albuti.*] De eodem Cicero in dialogo de claris Oratoribus: *Doctus etiam Graecis T. Albutius. vel potius, pene Graecus: loquor, ut opinor. Fuit autem Athenis adoleſcens, perfectus Epicureus evaſerat, ſed licet ex orationibus judicare.* & lib. v. Tuſculanarum Quaeſt. *Quod T. Albutius non animo aequiſſimo Athenis exul philoſophabatur? cui tamen illud ipſum non accidiſſet, ſi in Republica quieſcens Epicuri legibus paruiſſet.* Marcus autem Varro de Re ruſtica lib. III. cap. 2. mentionem facit cujuſdam L. Albutii hominis apprime docti, &

[5] *Municipem Ponti, Titii, Anni Centurionum,*
Praeclarorum hominum, ac primorum; ſigniferumque
Maluiſti dici, Graece ergo Praetor Athenis,
Id quod maluiſti, te, cum ad me accedi', ſaluto:
Χαῖρε (*inquam*) *Tite: lictores, turma omni', cohorſque*
[a] Χαῖρε. [6] *hinc hoſtis Muti Albutius, hinc inimicus.*

Cicero de Finib. bonor. & malor. lib. I. Res vero bonas verbis electis graviter ornateque [b] dictatas, quis non legat? niſi qui ſe plane Graecum dici velit: ut à Scaevola eſt Praetor ſalutatus Athenis Albutius, quem quidem locum cum multa venuſtate, & omni ſale idem Lucilius: apud quem praeclare Scaevola, Graecum te, Albuti, quam &c. Sed jure Mutius.

IV [c] *Quam lepide lexeis compoſtae? ut teſſerulae omnes*
[7] [d] *Arte, pavimento,* [8] *atque emblemate vermiculato?*
Craſ-

VARIAE LECTIONES.

a Lamb. *Χαῖρε Tite, hinc Muci jam Albutius, h. i.* b Lamb. *dictas.* c Scal. *Quam lepida lexes, compoſtae, ut teſſerulae o. Arte pavimenti, atque embl. vermiculatae?* d al. *Endo pavimento.*

NOTAE.

& cujus Luciliano charactere libelli erant. ad cujus exemplum Auſonius, ut puto. Edyllio II. & III. Patris ſui, itemque praedioli elogium Luciliano ſtilo ſcripſerat.

5 *Municipem Ponti, Titii, Anni.*] Confuſe antea legebatur *Tritanni*, pro *Titi, Anni*, quod monſtrum nominis à finibus Romani imperii in extremos barbaros amandandum primus monuit clariſſimus I. Lipſius Antiq. Lect. lib. v. cap. 2. nam Pontius, Titius, Annius gentilia & nota Romanis nomina.

6 *Hinc hoſtis Muti Albutius.*] Inter Mutium Scaevolam & T. Albutium inimicitias fuiſſe oſtendit praeterea Cicero in Bruto: *Mutius autem Augur, quod opus erat, per ſe ipſe dicebat, ut de pecuniis repetundis contra T. Albutium.*

7 *Arte, pavimento atque emblemate.*] Illuſtriſſ. Scaliger in Manilium *Arte pavimenti* repoſuit, caeterum vulgatam lectionem nunc retinendam magis putat, ut ſit figura ἓν διὰ δυοῖν. id eſt: Atre pavimenti atque emblematis, quod vocet opus teſſellatum. Male autem mutant alii: *Endo pavimento.* quod ta-

 men

v *Craſſum habeo generum, ne rhetoricotero' tu ſis*

Cicero de Oratore lib. III. *ex perſona L. Craſſi*: Sequitur continuatio verborum, quae duas res maxime collocationem primum, deinde modum quendam formamque deſiderat. Collocationis eſt, componere & ſtruere verba ſic., ut neve aſper eorum concurſus, neve hiulcus ſit; ſed quodammodo coagmentatus & laevis: in quo lepide ſoceri mei (Mutii Scaevolae) perſona luſit is, qui elegantiſſime id facere potuit, Lucilius: Quam lepide lexeis compoſtae &c. quae quum dixiſſet in Albutium illudens, ne à me quidem abſtinuit: Craſſum habeo generum &c. Quid ergo iſte Craſſus, quoniam ejus abuteris nomine, quid effecit? Idem illud ſcilicet, ut ille voluit & ego vellem, melius aliquanto quam Albutius; verum in me quidem luſit ille, ut ſolet. *Idem in Oratore ad M. Brutum*: Collocabuntur igitur verba, aut ut inter ſe quam aptiſſime cohaereant extrema cum primis, eaque ſint quam ſuaviſſimis vocibus: aut ut forma ipſa concinnitaſque verborum conficiat orbem ſuum: aut ut comprehenſio numeroſe & apte cadat. Atque illud primum videamus, quale ſit, quod vel maxime deſiderat diligentiam, ut fiat quaſi ſtructura quaedam; nec id tamen fiat operoſe, nam eſſet cum infinitus tum puerilis labor, quod apud Lucilium ſcite exagitat in Albutio Scaevola; Quam lepide lexeis &c. *Idem in Bruto*: Nullum niſi loco poſitum, & tanquam in Vermiculato emblemate, ut ait Lucilius, ſtructum verbum videmus. *Quintilianus lib.* IX. *cap.* IV. Neque enim qui ſe totum in hac cura conſumſerit, potioribus vacabit: ſiquidem relicto rerum pondere, ac nitore contempto, teſſerulas, ut ait Lucilius, ſtruet, & vermiculate inter ſe

lexeis

Digitized by Google

lexeis committet. *Plinius Nat. Hiſt. lib.* XXXVI. *cap.* 25. Frequentata vero pavimenta ante Cimbricum bellum magna gratia animorum, indicio eſt Lucilianus ille verſus: Arte, pavimento atque &c. *Nonius*: Vermiculatum pro minuto.

VI —— —— —— 9 *Corneliu' Pobliu' noſter*
[a] *Scipiadas* [b] *dicto, tempuſque intorquet in ipſum*
[c] *Oti & deliciis, Luci effictae, atque cinaedo.*
10 [d] *Et ſectatori adeo ipſi ſuo, quo rectiu' dicas.*

Ibat

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *Scipiades.* b f. *dictus.* c Scal. *Molli, & delitiis, & lucifugae, atque cinaedo*, lego: *Orci delitiis, Luci effigiae.* d f. *Sectatori adeoque ſuo.* niſi quis malit, *Scurrae adeo ipſiuſque ſuo.*

NOTAE.

men Cicero ipſe videtur agnoſcere in Bruto, ubi ſcribit: *Nullum niſi loco poſitum, & tanquam in vermiculato emblemate, ut ait Lucilius, ſtructum verbum videmus.* Corruptiſſime vero totus verſus hodie in Plinio exſtat hoc pacto: *Ante pavimenta atque emblemata vermiculata.*

8 *Atque emblemate vermiculato.*] Vermiculatum minutis ſegmentis elaboratum & quaſi vermiculis quibuſdam exilibus concinnum recte dici autumat Had. Junius. Sic Plinius: *Vermiculatus ad effigiem rerum & animalium cruſtus.* Varro alio tranſtulit, Satyra ταφη Μενιππȣ: *Mihi facies maeandrata, & vermiculata, atque etiam adeo pingens orbem terra.* D. Hieronymus *vermiculatam veſtem* dixit.

9 *Corneliu' Publiu' noſter.*] Verſus corruptiſſimi, & quibus in integrum reſtituendis Delio natatore opus. Illuſtriſſ. Scaliger in Feſtum ita tentabat:

—— *Corneliu' Publiu' noſter*
Scipiades dicto, penituſque intervenit ipſi
Molli, & delitiis Luci, effigiae atque cinaedo
Et ſectatori aſſiduo, quo rectiu' dicas
Ibat forte domum f. m. a. f.

cum interpretatione hujuſcemodi: Facetus Poëta ait Scipionem interveniſſe rixae & dictis neſcio cujus mollis cinaedi, ſectatoris cujuſdam Lucii, atque adeo delitiarum & imaginis ac propemodum effigiae ipſius. Antiqua conſuetudine cum ſcriptum eſſet *efficiae* pro *effigiae*, factum *effictae.* Hactenus. unde Pater lectioni vulgatae propius inſiſtens ita legebat in tertio verſu: *Orci delitiis, Luci effigiae atque cinaedo.* Ceterum eruditiſſimus Scaliger hanc emendationem ſuam nunc ipſe diſpungit atque evertit, in ejuſque locum ſubſtituit: *Molli & delitiis, & lucifugae atque cinaedo.* Scriptum enim fuiſſe autumat *lucifucae* pro *lucifugae*, more antiquo, ac reliqua mendoſa putat.

10 *Et ſectatori adeo ipſi ſuo.*] Quoniam *Scurrae* vocem in hiſce depravatiſſimis verſibus deſi-

Ibat forte domum, ſequimur multi atque frequentes.

Feſtus: Scurrae vocabulum Verrius ineptiſſime aut ex Graeco tractum ait, quod eſt [a] σκοροάζειν, aut à ſequendo: cui magis aſſentitur, quod & tenuioris fortunae homines, & caeteri alioqui, qui honoris gratia proſequerentur quempiam, non antecedere, ſed ſequi ſint ſoliti; quia videlicet dicat Lucilius:

—— Corneliu' Pobliu' noſter &c.

Cum ſecuros videri velit, ob eorum jurgia, non ob adſuetum officium.

VII 11 *Quo facetior videare, & ſcire plus quam caeteri,*
12 *Pertiſum hominem, non perteſum dicere* [b] *ferunt,*
Nam genus.

Feſtus: [c] Redarguiſſe per è literam Scipio Africanus Pauli filius dicitur enuntiaſſe; ut idem etiam Pertiſum. cujus meminit Lucilius, quum ait: Quo facetior videare &c.

Quid?

VARIAE LECTIONES.

a Scal. συγκυρεῖν. b Scal. *fortunam genus.* c Scal. *Redarguesſe.* f. *Rederguiſſe.*

NOTAE.

derari ex Feſto apparet, Pater legendum divinabat: *Scurrae adeo ipſiusque ſuo.* Non autem dubium eſt quin apud eundem pro σκοροάζειν legendum ſit συγκυρεῖν de ſententia Illuſtriſſimi Scaligeri, ut Scurra dictus ſit quaſi Secura aut Sucura, ut ibidem monet Joſephus Scaliger. Alteram vero ejuſdem vocis originem à Verrio prolatam probat Iſidorus lib. x. Origin. *Scurra, qui ſectari ſolet quempiam cibi gratia; à ſequendo ergo inde Scurras conſtat appellatos.*

11 *Quo facetior videare.*] Verſus Trochaici.

12 *Pertiſum hominem non perteſum.*] Cicero in Oratore: *Quid in verbis junctis? quam ſcite Inſipientem quidem non inſapientem? Tricipitem non Tricapitem? Conciſum non Concaſum? Ex quo quidam Pertiſum etiam volunt, quod eadem conſuetudo non probavit.* Feſtus: *Pertiſum pro Perteſum dixerunt antiqui.* ubi hiatum in Feſto explendum puto hoc Lucilii loco, quantum quidem ex ſuperſtitum literarum veſtigiis conjectare licet.

13 At-

VIII *Quid? Decius, Nuculam, an confixum vis facere? inquit.*

Cicero lib. II. *De Oratore*: Ambigua ſunt inprimis acuta, atque in verbo poſita, non in re: ſed non ſaepe magnum riſum movent, magis ut belle & literate dicta laudantur: ut illud Africani quod eſt apud Lucilium: *Quid? Decius*, &c.

IX *Nam ſi tu fluctus undaſque è gurgite ſalſo*
Tollere decreris; ventum prius Haematium tu
Ventum, inquam, tollas t. c. q. i. l.

Julius Rufinianus de Figuris: Epagoge fit ex rerum ſimilium collatione vel argumentorum, ſalva tamen ſimilitudine. Rerum, ut Virgilius:

Improviſum aſpris veluti, qui ſentibus anguem
Preſſit humi nitens.

Et Cicero pro Roſcio, comparat occupationes Jovis Opt. Max. Syllae rebus geſtis. Argumentorum autem ut Lucilius:

Nam ſi tu fluctus &c.

X *Armamenta tamen, malum, vela omnia ſervo;*
Funis enim praeciſu' cito, [13] *atque* [a] *anquina ſoluta eſt.*

Nonius, Anquinae vincula, quibus antennae tenentur.

[14] [a] *Hanc*

VARIAE LECTIONES.

a Turn. *angina.*

NOTAE.

13 *Atque anquina ſoluta eſt.*] Ita & in Lucilio & in Nonio reſcribendum putant Hadriani Turnebus & Junius, cum prius contra legitimam numerorum dimenſionem *anchora* utrobique legeretur: innixi potiſſimum hoc Iſidori loco ex lib. XIX. cap. 4. Origin. *Anquina, qua ad malum antenna conſtringitur. de qua Cinna:*

Atque anquina regit ſtabilem fortiſſima curſum.

Turnebus tamen etiam ſe dubitare ſcribit, an non potius *angina* ubique reponendum ſit. quia

Digitized by Google

XI 14 [a] *Hanc catapiratem puer eodem* [b] *deferat, uncum,*
15 *Plumbi* [c] *paxillum rodus,* 16 *linique metaxam.*

Iſidorus Orig. lib. XIX. *cap.* 4. *Catapirates* [d] linea cum maſſa plumbea, qua maris altitudo tentatur. *Feſtus*: *Rodus* vel *Raudus* ſignificat rem rudem & imperfectam. nam ſaxum quoque Raudus appellant Poëtae. Vulgus quidem in uſu habuit, non modo pro aére inperfecto, ut Lucilius, cum ait; Plumbi paxillum rodus &c.

XII 17 *Queis hunc currere equum nos atque equitare videmus;*
His equitat, curritque: oculis equitare videmus:
Ergo oculis equitat ——

A

VARIAE LECTIONES.

a al. *Huc cataproratem.* b *f. defer & uncum.* c al. *pauxillum rudus*, al. *paxillum redi.* d al. *lina.*

NOTAE.

quia enim ille funis angit & aſtringit, ideo anginam dictum hariolatur; quod Iſidorus quoque innuere videtur.

14 *Hanc catapiratem.*] Utrumque verſum producit Iſidorus, poſteriorem tantum Feſtus: ſed immane quantum in iis mutent libri ſcripti. in quorum uno Cl. V. Bonaventurae Vulcanii ita legitur:

Hanc cataparatem puero ded. deforet unctum
Plumbi pancillam rudi linique mataxam.

in altero V. C. ejuſdem: *Hanc cataſtoratem puer eodem defore & cum Plumbi paxillum r. l. m.* in tertio exemplari ejuſdem: *Hanc cataporatem puer eodem defert: unctum Plumbi paxillum.* in manuſcripto probae notae amici noſtri Joann. à Wouweren amaeniſſimi ingenii invenis ita exſtabat: *Hanc catapioratem puer eodem de fore tem tum Plumbi paucillum rudus linaeque mataxam.* nos ut in contextum retulimus legendum putamus. Catapirates ex Graeco καταπειρητὴρ vel καταπειρατηρία deſcendit, cujus in eadem re apud illos uſus.

15 *Plumbi pauxillum rudus.*] id eſt, parvam maſſam plumbi.

16 *Linique metaxam.*] Ita legendum puto, non *mataxam.* Gloſſarium: *Metaxa*, σειρά. Iſidorus lib. XIX. cap. 29. Origin. *Metaxa à circuitu ſcilicet filorum. nam Meta circuitus dicitur, vel quod transferatur.* ubi etiam *Mataxa* perperam excuſum legitur.

17 *Queis hunc currere equum.*] Dictum in Sophiſtas, admonente me Illuſtriſſ. Scaligero. Tu vides currere equum tuis oculis ergo equus currit tuis oculis.

Ibid. Aquitani & Hiſpani retinent hodie eandem vocem.

18 *Pi-*

Digitized by Google

A Gellius Noct. Attic. lib. XVIII. *cap.* 6. Pleraque veterum aetas, & hominem equo inſidentem, & equum qui inſidetur, *Equitem* dixerunt. Propterea *Equitare* etiam, quod verbum à vocabulo *Equitis* inclinatum eſt, & homo equo utens, & equus ſub homine gradiens dicebatur. Lucilius adeo, vir adprime linguae Latinae ſciens, equum equitare, dicit his verſibus: Queis hunc currere equum &c. *Macrobius Saturnal. lib.* VI. *cap.* 9. *Nonius*: *Equitare* quoque Lucilius *equum* dicit, cum ſit hominis equum inſidentis.

XIII [18] *Piſtricem validam ſi nummi ſuppeditabunt*,
[19] *Addas empleuron, mamphulas quae ſciat omnes.*

Feſtus: *Mamphula* appellatur panis Syriaci genus, quod ut ait Verrius, in clibano ante, quam percoquatur, decidit in carbones, cineremque, cujus meminit Lucilius: Piſtricem validam &c. Et

VARIAE LECTIONES.

a Ex emendatione Scalig.

NOTAE.

18 *Piſtricem validam.*] Gloſſarium: *Piſtrix*, κῆτος ϗ ἀρτοποιός. ubi vides Piſtricem etiam cetum appellari, quem Virgilius & alii *Priſtim* dicunt, voce proba, & agnoſcit eam hac notione L. Florus lib. III. cap. 7. *Sed fiduciam oppidanis reſiſtendi nuntius fecit, docens adventare Lucullum, qui, horribile dictu, per medias hoſtium naves utre ſuſpenſus & pedibus iter adgubernans, videntibus procul quaſi marina piſtrix evaſerat.* & Feſtus: *Balaenam belluam marinam, ipſam dicunt eſſe piſtricem, ipſam eſſe cetum.* Quin Cicero in Arato κῆτον ſignum celeſte ſemper *Piſtricem* tranſtulit. quibus addatur ab Arnobio teſtimonium, cujus me monuit acuti ingenii juvenis Joannes Meurſius, quod exſtat lib. III. adverſus Gentes: *Atque ita tollitur & removetur è medio Stygii frater Jovis Olympiique germanus, tridenti armatus ferro, piſtricum dominus atque menarum.* Ad uſum vocis *Piſtrix* pro bellua marina poſitae adde exemplum Virgilii lib. III. AEneid.

Prima hominis facies, & pulcro pectore virgo
Pubetenus, poſtrema immani corpore piſtrix.

ubi Servius, *Si navem intelligat*, inquit, *haec Priſtis hujus Priſtis: ſi de bellua dicas, hic Piſtrix, hujus Piſtricis facit.*

19 *Addas empleuron.*] Non ſolum,

Digitized by Google

Varro lib. IV. *de Ling. Lat.* Pilum quod eo far pinſunt. id ubi ſit Piſtrinum. L. & S inter ſe ſaepe commutant. [a] Inde Piſtor vel Lucilii *Piſtrina*, vel *Piſtrix*.

XIV *Et velut* [a] *in fabricam fervens cum marculu' ferrum*
Multorum [20] *magnis* [b] *tuditantium ictibu' tundit.*

Iſidorus Orig. lib. XIX. *cap.* 7. *Marculus*, malleus puſillus.

XV *Quidni?* [21] *& ſcruta quidem ut vendat ſcrutariu' laudat*,
[22] *Praefractam ſtrigilem, ſoleam improbu' dimidiatam.*

A.

VARIAE LECTIONES.

a Fr. D. *in fabrica.* b ita Scaliger ſupplevit.

NOTAE.

lum, inquit, validam dico, ſed quod magis eſt, ἔμπλῳον.

20 *Magnis tuditantium ictibus.*] Vocem *tuditantium* ſupplevit Illuſtriſſ. Scaliger, ſine qua mutila ſit ſententia pariter & verſus, quem tamen aliquanto commodiorem fore exiſtimo, ſi trajectis paululum vocibus reſcribamus: *Multorum tuditantium magnis ictibu' tundit*, ſive potius, ut Parenti meo viſum: *Multorum tuditantium immenſis ictibu' tundit.* ut caeſurae rationem habeamus, dicamusque τὸ *magnis* à gloſſa eſſe, ac pro *immenſis* in contextum irrepſiſſe. Caeterum quoniam totum hoc ſcriptionis genus magnam partem divinatorium eſt, quid vetat & aliam Patris de eodem verſu conjecturam adſcribere? putabat itaque eum non abſurde, qua ſenſum qua numeros, ad hoc exemplum conſtitui poſſe: *Multorum magnis κυκλώπων*, niſi malis, *Vulcanorum ictibu' tundit.*

21 *Et ſcruta quidem ut vendat ſcrutarius*] Vide ſis quae eruditiſſimus Had. Junius notavit ad hunc locum Adagior. Centur. II, & IV. Uſi vero ſunt hanc vocem praeter Lucillum Julius Firmicus & Epiphanius. nam quod apud Ammianum legitur lib. XIV. *Lucilianus quaſi domeſticorum comes & ſcrutariorum tribunus*, vereor ut librarii culpa ſit, ac emendandum, *ſcutariorum tribunus.* ut apud Suetonium in Auguſto: *Affuit & clientibus, ſicut ſcutario cuidam evocato quodam ſuo:* quamvis & ibi *Scrutarii* vocem quidam ſubſtituere nihil verentur.

22 *Praefractam ſtrigilem.*] Reſcribo *ſtrigilim* ex Chariſio, qui lib. II. Grammaticae ſuae *ſtrigilim* à Lucilio dictum liquido annotat,

A. Gellius lib. III. *cap.* 14. *Dimidiatum* eſt quaſi diſmediatum & in partes duas pares diviſum. *Dimidiatum* ergo niſi ipſum quod diviſum eſt dici haud convenit.

XVI *Aurum atque ambitio* [23] [a] *ſpecimen virtutis utrique eſt:*

[24] *Quantum habeas, tanti ipſe ſies, tantique habearis.*

Commentarius vetus in Juvenal. Satyr. III. *ad illa*:

Quantum quiſque ſua nummorum ſervat in arca
Tantum habet & fidei.

XVII [25] *Ante fores autem, & triclinî limina quidam* [26] *Per-*

VARIAE LECTIONES.

a al. *ſpecies.*

NOTAE.

notat, ubi ei hunc locum in mentem fuiſſe nullus dubito.

23 *Specimen virtutis utrique eſt.*] Utrique candidato ſcilicet, niſi forte *utrumque* inibi reſcribendum, de ſententia Parentis noſtri.

24 *Quantum habeas, tanti ipſe ſies.*] Hinc Horatius:

—— *quia tanti, quantum habeas ſis.*

& Apulejus Apologia: *Tu vero AEmiliane & id genus homines, ut tu es, inculti & agreſtes, tanti revera eſtis, quantum habetis.*

25 *Ante fores autem.*] Hunc morem Romani habebant, ut eos de quorum ſalute nulla amplius ſpes ſupereſſet, ante januam collocarent. Plane in eam rem Iſidorus lib. x. Origin. *Deſperatus vulgo vocatur malus ac perditus, nec jam ullius proſperae ſpei: dicitur autem per ſimilitudinem aegrorum, qui affecti & ſine ſpe deponuntur. Conſuetudo autem erat apud veteres, ut Deſperati ante januas ſuas collocarentur, vel ut extremum ſpiritum redderent terrae, vel ut poſſent à tranſeuntibus forte curari, qui aliquando ſimili laboraverant morbo.* qui locus non parum lucis dat Lucilio. quo etiam pertinere putem ejuſdem verſus illos ex lib. III. Satyr.

Symmachu' praeterea jam tum depoſtu' bubulcus
Exſpirans animam pulmonibus aeger agebat.

qui non procul videntur ab his diſſiti fuiſſe. ac eodem fere traxerim exempla Virgilii, Ciceronis, Caecilii à Nonio in *Deponere* nobis ob oculos poſita. nec aliovorſum acceperim illud Senecae epiſt. XII. *Quis eſt inquam iſte decrepitus, & merito ad oſtium admotus?* ita enim vocem Decrepitus interpretatur Sextus Pompejus: *Decrepitus eſt deſperatus crepera jam vita.* quamvis non ne-

XVIII [26] *Perditu'* [a] *Tyreſia tuſſi grandaevu' gemebat.*

Donatus in Eunuchum Act. II. *Scen.* III. ad verſum illum, Incurvus, tremulus, labiis demiſſis, gemens.] Gemens autem ob continuam tuſſim, ſic Lucilius: Ante fores autem &c.

XIX *Querquera conſequitur febris, capitiſque dolores,*
[17] [b] *Infeſti mihi, tamquam Rondes* [28] *Icadionque.*

Feſtus: *Querqueram febrem*, gravem & magnam. Nam quidam quercum dictam volunt, quod id genus arboris quum grave ſit, ac durum, tum etiam in ingentem evadat altitudinem. Aurelius autem Opilius frigidam ait dici, & cum horrore trementem. Santra eam ex Graeco deducit, qui tremorem ejuſmodi κάρκαρον dicunt. *Idem*: *Rondes Icadionque* cum dixit Lucilius, nomina piratarum poſuit, *tam infeſtum ſibi corpus & valetudinem referens, quam illi eſſent ſaluti navigantium. Idem*: *Icadion* nomen ſaeviſſimi piratae.

XX [29] *Tum laterali' dolor certiſſimu' nunciu' mortis.*

Ma-

VARIAE LECTIONES.

a lego, *Tyreſias.* b vide Notas.

NOTAE.

neſciam locum Senecae jampridem paulo aliter à viro docto acceptum.

26 *Perditu' Tyreſias tuſſi.*] Sic Pacuvius Antiopa: *Perdita illuvie atque inſomnia*, & Cicero *perditus luxuria* dixerunt.

27 *Infeſti mihi tamquam.*] Ita hunc verſum ex verbis Feſti conſtituendum monuit nos Joſephus Scaliger, quem tamen olim paulo aliter ad Feſtum produxit hoc exemplo:

Tamde mihi infeſti, quam Rondes Icadionque.

ubi praeterea aliquid ſententiae explendae deeſſe autumat Pater, & Feſtus ibidem ſatis indicat. itaque vocem *Navigiis* verſus alterius principium addendum putat, quem commodiſſime etiam hoc Ennii hemiſtichio ſupplebat:

—— *nautiſque mari quaeſentibu' vitam.*

28 *Icadionque.*] Icadii latronis etiam apud Ciceronem mentio.

29 *Tum laeterali' dolor.*] Verſum hunc non longe à proxime praecedentibus diſſitum fuiſſe vel ex-

Digitized by Google

Maximus Victorinus: Liquentes autem literae ſunt quatuor l. m. n. r. Liquentes vero ideo dicuntur, quod fluant & quaſi intereant, quum conſequuntur aliquam brevem ſyllabam cum quavis alia conſonante. Sunt autem duplicis potentiae: Nam longam ſyllabam poſitione facere poſſunt, ſi ita Poëta voluerit, & brevem non producunt.

XXI *Nos eſſe arquatos? ſurgamus, eamus, agamus.*
Nonius: *Arquatus* morbus dictus eſt, qui Regius dicitur quod Arquus ſit concolor de virore; vel quod ita ſtringat corpora ut in arcum ducat.

XXII [30] *Inguen ne exiſtat; papulae, tama,* [31] *ne boa* [32] *noxit.*
Feſtus: *Tama* dicitur, quum labore viae ſanguis in crura deſcendit & tumorem facit. *Idem*: *Boa* ſerpens eſt aquatilis: quem Graeci ὕδρον vocant. à qua icti obturgeſcunt. crurum quoque tumor viae labore collectus *Boa* adpellatur.

XXIII *Haec odioſa mihi vitiligo eſt, non dolet, inquit.*
Feſtus: *Vitiligo* in corpore hominis macula alba, quam Graeci ἄλφον vocant, à quo nos album. ſive à vitio dicta, etiamſi non laedit. ſive à vitulo propter ejus membranae candorem, qua naſcitur involutus.

33 *non-*

NOTAE.

ex eo conjicio, quod febris cum dolore laterum frequenter concurrat. Juvenalis:

Praeterea lateris vigili cum febre dolorem.

Cicero de Oratore lib. III. L. Craſſi mortem deplorans: *Namque tum latus ei dicenti condoluiſſe, ſudoremque multum conſecutum eſſe audiebamus; ex quo cum cohorruiſſet, cum febri domum rediit, dieque ſeptimo eſt lateris dolore conſumtus.*

30 *Inguen ne exiſtat.*] Inguen pro inguinis tumore poſuit. Gloſſarium: *Inguen* βουβών.

31 *Neboa.*] Alii *bova.* ſed utro modo ſcribas nihil intereſſe docet Scaliger ad Feſtum, quem conſule ibidem de hac voce.

32 *Noxit.*] Gloſſae Iſidori: *Noxit noceat.*

33 *Non-*

Digitized by Google

XXIV — [33] *nondum etiam* [a] *haec omnia habebit.*
Formoſus, dives, liber, rex ſolu' vocetur.
Porphyrion lib. I. *Sat.* III. *ad illa Horatii:*
— *ſi dives qui ſapiens eſt.*
Et ſutor bonus & ſolus formoſus & eſt rex.

Porro autem Stoici exiſtimant perfectae ſapientiae virum omnia habere, in quo & Lucilius verſatus ſic ait:

— nondum etiam haec &c.

XXV *Si me neſcire hoc neſcis, quod quaerere dico,*
Quare divinas quidquam, [b] *aut quare debes ipſe.*
Etſi ſcis q. b. e. [c] *ſcire hoc d. te.*

Julius Rufinianus: Enthymema fit cum periodus orationis ex contrariis ſententiis adſtringitur.

XXVI * * [d] *ut me ſcire volo mibi conſcius ſum, ne damnum faciam. ſcire hoc ſe neſcit, niſi alios id ſcire ſcierit.*

Veteres Gloſſae Perſii in Sat. I. *ad illa*:
— *uſque adeone Scire tuum nihil eſt, niſi, te ſcire hoc, ſciat alter.*

Haec periodus apud Lucilium poſita eſt * * ut me ſcire volo &c.

— [34] [a] *ſpon-*

VARIAE LECTIONES.

a Fr. D. *ſapiens haec omnia habebit.* b f. *aut ſi quaerere debes.* c f. *ſcire hocce decet te.* d f. *Vt me ſcire volo mihi ſum puto conſcius ipſe. Ne damnum faciam, ſcire hoc ſe neſciet, id ni Scire alios ſcierit* —

NOTAE.

33 *Nondum etiam haec omnia habebit.*] Corruptiſſima verba, quae admonitu Patris ita emenda:

— *in mundo ſapiens haec omnia habebit.*

In mundo dicebant antiqui, cum aliquid in promtu eſſe volebant intelligi, ut docet Feſtus. Sic Plautus Perſa: *Nempe habeo in mundo.*

34 *Spon-*

XXVII —— 34 [a] *ſponte ipſa ſuapte*
Adducta ut tunicam & caetera rejiceret.
Varro lib. v. *de Ling. Lat.* Spondeo à ſponte. nam id valet & à voluntate. Ideo Lucilius ſcribit de *Cretea*, *quum ad ſe cubitum venerit*,
—— ſponte ipſa &c.

XXVIII —— 35 [b] *per mihi lectum*
Impoſuique pedem pellibus habes ——
Porphyrion lib. I. *Sat.* VI. *Horat. ad illud:*
—— *quoniam in propria non pelle quieſſem.*
Ex proverbio ſumtum eſt, in eos, qui mediocritatis ſuae obliti, majora ſeipſis adpetunt, quos non contineri intra pelliculam dicimus. Et hoc inde ſumtum eſt, quod ductores in pellibus dormirent, cujus rei & Lucilius teſtis eſt, cum dicit:
—— Per mihi lectum &c.

XXIX —— [c] *quibu' mendae*
Omnibus in rebus fiunt, fierique potis ſunt.
Nonius: *Menda* foeminino genere.

—— 36 *ve-*

VARIAE LECTIONES.

a ex emendatione Scal. b reſcribo —— *lectum Perminxi; impoſuique pudendam pellibu' labem.* Vide Not. c f. *Ut quibu'.*

NOTAE.

34 *Sponte ipſa ſuapte.*] Ex Lucilii pariter & Varronis verbis hos duos integros verſus eliciebat Pater:
Ipſam ſponte ſua, cubitum cum venerit ad ſe
Adductam, ut tunicam & cetera rejiceret.
35 *Per mihi lectum Impoſuique*] Primas dictiones tranſponendas, ac ſequentia ad hoc exemplum refingenda cenſebat Pater:
—— *Lectum*
Perminxi, impoſuique pudendam pellibu' labem.
eadem loquendi formula qua Propertius ait lib. IV. Eleg. IX.
Imponitque notam collo, morſuque cruentat.
Sic tamen, ut Luciliani fragmenti ſententiam ex illo Horatii loco interpretandam autumet, ubi ait:
—— *tum immundo ſomnia viſu*
Nocturnam veſtem maculant, ventremque ſupinum.

36 *Ve-*

XXX — [36] *velut* [a] *olli*
Auceps [b] *ille facit quum improviſo, inſidiiſque.*
Servius Petri Danielis.

XXXI [37] *Luna alit oſtrea, & implet echinos, muribu' fibras*
[38] *Et pecui addit* —

A. Gellius lib. XX. *cap.* 8. Luna, inquit, Annianus, nunc videlicet ſeneſcit, ea re oſtrea quoque, ſicuti quaedam alia, tenuis exſuccaque eſt. Quum quaereremus, quae alia item ſeneſcente Luna tabeſcerent; nonne Lucilium, inquit, noſtrum meminiſtis dicere: Luna alit oſtrea &c.

XXXII *Uno oculo, pedibuſque duobus, dimidiatus*
Ut porcus —

A. Gellius lib. III. *cap.* 14. *Dimidiatum* eſt quaſi diſmediatum, & in partes duas pares diviſum. *Di-*

VARIAE LECTIONES.

a f. *ollis* ſcil. avibus. b f. *illice agit.*

NOTAE.

36 *Velut olli Auceps.*] Supplemento addito reſcribit Pater:

— *in retia aves velut olim*
Auceps illice, agit, quum improviſo inſidiiſque.

37 *Luna alit oſtrea, & implet echinos.*] Horatius lib. II. Sermonum Satyra VI.

Lubrica naſcentes implent conchilia Lunae.

Cicero de Divinatione lib. II. *Oſtreiſque & conchiliis omnibus contingere, ut cum Luna creſcant pariter, pariterque decreſcant.* D. Auguſtinus de Civit. Dei lib V. cap. 6. *Sicut in ſolaribus acceſſibus & deceſſibus videmus etiam ipſius anni tempora variari, & Lunaribus incrementis atque decrementis augeri minuique quadam genera rerum: ſicut echinos, & conchas, & mirabiles aeſtus Oceani.* ejuſdem rei meminit Plinius Natur. Hiſtor. lib. IX. cap. 31.

38 *Et pecui addit.*] Libri veteres: *Et pecu addit*, ex quo. *Atque pecu addit* verum cenſeo. Sic enim amat loqui Poëta noſter in dandi caſu. infra Fragm. 69.

Quae nam vox ex te reſonans meo gradû remoram facit. pro gradui. & 135. *Anû noceo.* pro anui. & lib. IV.

Quod ſumptum, atque epulas victû praeponis honeſto.

pro victui.

39 *Vis*

Dimidiatum ergo: niſi ipſum quod diviſum eſt dici haud convenit.

XXXIII [39] *Vis eſt vita, vides, quae nos facere omnia cogit.*

Varro de Ling. Lat. lib. IV. Poëtae de caelo ſemen igneum cecidiſſe dicunt in mare; ac natam è ſpumis Venerem conjunctione ignis & humoris, quam haberent vim ſignificantes [a] Veneris à qua vi nateis, dicta Vita. ut illud à Lucilio: Vis eſt vita &c.

XXXIV [40] *Nequam & magnus homo,* [41] *laniorum immani' canes ut.*

Varro de Ling. Lat. lib. VI. Quum tria ſint conjuncta in origine verborum, quae ſint animadvertenda, à quo ſit inpoſitum, & in quo, & quid; ſaepe non minus de tertio, quam de primo dubitatur, ut in hoc; utrum primum. *Una Canis*, an *Canes* ſit appellata. dicta enim apud veteres Una Canes.

XXXV [42] *Nunc ad te redeo,* [43] *ut quae res me impendet agatur.*

Fe-

VARIAE LECTIONES.

a ex lectione Scal.

NOTAE.

39 *Vis eſt vita, vides.*] Inter ſententias Graecorum ordine alphabetico refertur verſiculus, qui locum hunc non parum illuſtrat: βίος καλεῖται δ' ὅς βίᾳ πορίζεται. quem Illuſtriſſ. Scaliger nobis expenſum tulit.

40 *Nequam, & magnus homo.*] Magnus pro ſtolido & inepto poſitum obſervat Scaliger in Conjectaneis, ut μέγας apud Ariſtophanem.

41 *Laniorum immani' canes ut.*] Idem hodie noſtris lanionibus ſeu carnariis in more poſitum, canes moloſſos alere.

* *Immani' canes ut.*] Sic Homerus: ὄρνιθος ὥς. & Lucilius alibi: *delphinus ut olim.*

42 *Nunc ad te redeo.*] Hinc Horatius lib. I. Sermon. Sat. VI. *Nunc ad me redeo libertino patre natum.*

43 Ut

Feſtus. *Me* pro mihi dicebant antiqui.

XXXVI[44] *Haec te imbubinat, & contra te imbulbitat*[a] *ille.*

Feſtus: *Bubinare* eſt menſtruo mulierum ſanguine inquinare. *Imbulbitare*, eſt puerili ſtercore inquinare. dictum ex fimo quod Graeci adpellant βόλβιτον.

XXXVII[45] *Quem praeclarus helops, quem*[46] *AEgypto ſargu' movebit.*

Feſtus: *Sargus* piſcis genus, qui in AEgyptio mari fere naſcitur.

XXXVIII *Et pedibus*[47] *laeva Sicyonia demit honeſta.*

Feſtus: *Sicyonia* genus calceamenti.

XXXVIII

VARIAE LECTIONES.

a ita ſupplemus verſum, niſi quis malit *infans*. tale enim aliquid deſiderari videtur.

NOTAE.

43 *Ut quae res me impendet.*] *Me* pro *mihi* ἀρχ. Sic Terentius Phorm.

Tanta te impendent mala.

& Plautus Epidico:

Tantae te impendent ruinae.

ubi perperam *in* voculâ ex Gloſſa intruſa eſt.

44 *Haec te imbubinat.*] Gloſſae Iſidori: *Buvinare, ſanguine inquinare mulieris menſtruatae.*

45 *Quem praeclarus helops.*] id eſt, luculentus ac ſplendidus. qua mente *praeclara beſtia* apud Ciceronem.

46 *AEgypto ſargus.*] Pro *ſargus AEgyptius* dictum accipit Palmerius, quomodo *Ficus Zacyntho* apud Plautum.

47 *Laeva Sicyonia demit honeſta.*] Honeſta, id eſt, pulchra & formoſa. quam ejus vocis notionem frequentem veteribus ſcriptoribus eſſe jam pridem abunde docuit Pater ad Horatium. quibus haec à Lucilio teſtimonia addantur licebit. inf. 137.

—— primum facie quod honeſtas
Accedit.

id eſt, pulchritudo. lib. III.

Ut pueri infantes faciunt muculierlam honeſtam.

lib. XIX.

Cernuus ex templo plantas conveſtit honeſtas.

Dubitare vero quis non injuria poſſet τὸ *honeſta* utrum ad *Sicyonia* an potius ad *laeva* accommodari debeat: caeterum omnem eam dubitationem pariſſimum Lucretii exemplum facile tollet, apud quem lib. IV. hic verſus legitur:

Unguenta, & pulchra in pedibus
Sicyonia rident.

48 Ne-

XXXVIII [a] *Suaſa quoque omnino* [b] *dirimit non* [c] *ſolla dupondi.*

Feſtus: *Sollo* Oſce dicitur id, quod nos totum vocamus. Lucilius: Suaſa quoque o. d. non ſolla d. id eſt, non tota.

XXXIX [48] [d] *Nequam aurum eſt, auris quod vi vehementius ambit.*

Feſtus in voce Nequam. Hoc verſu Lucilii ſignificare ait Sinnius Capito, nequam eſt aurum, quod auris laedat, vel pondere inaurium quum molliſſima pars auris inciditur, vel ex auro intelligi pecuniam, cujus reſpectu & nimia cupiditate homines ad peccandum adduci.

XL [49] *Sicuti mechanici,* [50] [e] *quum alto exſiluere petauro.*

Fe-

VARIAE LECTIONES.

a al. *Vaſa.* b lego *redimit.* c v. c. *ſollo.* d Scal. *Nequam eſt, aurum auris quoius vehementius ambit.* Vide Not. e al. *ex alto.*

NOTAE.

48 *Nequam aurum eſt.*] Joſ. Scaliger verſum Lucilianum hac emendatione egere ſuſpicatur:

Nequam eſt, aurum auris quojus vehementius ambit.

id eſt, Cujus aures aurum ambit nequam eſt homo. Aliter ſe non videre, ait, quae argutia ſit, ſi Sinnii Capitonis ſententiam ſequamur. Male autem audiſſe apud Romanos barbaros, praeſertim Poenos, qui aures perforatas habebant, neque mediocriter eos averſatos fuiſſe. Plautus Poenulo:

Atque ut opinor digitos in manibus non habent.
Quid jam? quia incedunt cum annulatis auribus.

Unde jocus Ciceronis in Afrum: *Atqui aurem foratam habes.* Hactenus Scaliger. Preſſius tamen hunc locum examinandum puto, ne ab opinionibus veterum temere recedere velle videamur.

49 *Sicuti mechanici.*] Mechanici dicti ſunt Petauriſtae, ut docet Joſ. Scal. quia in machina vel rota trajiciebant ſeſe deſperata audacia.

50 *Quum alto exiluere petauro*] Πέταυρον seu πέταυρον eſt tabella, parieti affixa, ad quam veſpere gallinae ſe volatu recipiunt, ut pernoctent. quia mechanici iſti ad rotam illam ſe

O ſal-

Feſtus: *Petauriſtas* Lucilius à *Petauro* appellatos exiſtimare videtur, cum ait: Sicuti mechanici &c.

XLI *Ut petimen naſo, aut lumbos cervicibu' tangat.*

Feſtus: *Petimina* in humeris jumentorum ulcera & vulgus appellat & Lucilius meminit, cum ait: Ut petimen naſo &c.

XLII [51] *Tum ſpara, tum rumices portantur, tragula porro.*

Feſtus: *Spara* minimi generis jacula à ſpargendo dicta. *Nonius*: *Spara*, quod eſt genus teli, neutro genere.

XLIII [52] *Varronum, ac rupicum ſquarroſa,* [53] *incondita roſtra.*

Feſtus: *Squarroſi* ab eadem ſquamarum piſcium ſimilitudine dicti, quorum cutis exſurgit ob aſſiduam illuviem.

XLIV *Ut veles bonu', ſub vitem* [54] *qui* [a] *ſumicit haſtas.* *Pau-*

VARIAE LECTIONES.

a ita Scal. al. *ſubticit.*

NOTAE.

ſaltu ſubjiciunt, propterea πεταυρισταὶ dicti. Haec fere Scaliger ad Feſtum. vide & quae notavit Adr. Turnobus Adverſar. lib. VIII. cap. 4.

51 *Tum rumices*] Ad interpretationem hujus vocis adde locum Feſti, ubi etiam hunc verſum producit: *Rumex genus teli ſimile ſpari Gallici, cujus meminit Lucilius*:

Tum ſpara, tum rumices portantur, tragula porro.

52 *Varronum ac rupicum*] Verſum hunc in mentem habuiſſe videtur Tertullianus in libro De anima ubi ſcribit: *Rupicum & baronum* (ita docte & vere correxit Cujacius pro *barbarorum*) *quibus alimenta ſapientia deſunt.* Varrones autem duros & agreſtes homines à varris, ſive, ut alii ſcribunt, varis informibus & furcillatis baculis dictos recte cum Turnebo autumat Scaliger.

53 *Incondita roſtra.*] Jac. Cujacius ubi hunc verſum producit, pro *roſtra* citat *turba.* quod puto μνημονικὸν ἁμάρτημα eſſe.

54 *Qui ſumicit haſtas*] Ita docti*ſſi*-

Digitized by Google

Paulus ex Feſto: *Sub vitem haſtas jacere* dicitur veles, quum eas ſub manu ſurſum mittit.

XLV [55] *Si vero das, quod rogat, & ſi ſuggeri'* [a] *ſuppus.*

Feſtus: *Suppum* antiqui dicebant, quem nunc ſupinum dicimus ex Graeco, videlicet pro aſpiratione ponentes literam; ut quum iidem ὕλαι dicunt & nos ſilvas: item ἕξ, ſex: & ἑπτὰ ſeptem, ejus vocabuli meminit etiam Lucilius: Si vero das quod &c.

XLVI *Tapullam rident legem* [56] [b] *concerae Opimi.*

Feſtus: *Tapullam legem* convivialem ficto nomine conſcripſit jocoſo carmine Valerius Valentinus. cujus meminit Lucilius hoc modo: Tapullam rident, &c.

XLVII [57] [c] *Nemo hic vindicias, numen, neque ſacra veretur.*

Fe-

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *ſuppum.* b ex emendatione Scal. c ita Scal. Turn. *Nemo hic vindicias, neque ſacra aut numina retur.* f. *nemo hic Nec numen, nec vindicias, neque ſacra veretur.*

NOTAE.

ctiſſimus Scaliger pro *ſubjicit*. ut Comuro pro Couro, Comitium pro Coitium ἀρχαικῶς. lectio vulgata, *ſummiſit.*

55 *Si ſuggeri' ſuppum.*] Ad hunc verſum Joſ. Scaliger, Significatum proverbialem habet, inquit, hoc eſt, ſi illi ex ſententia reſpondes; ſi, quod optat, facis. *Suppus* eſt pars tali luſorii, quae Graece ὕπτιος dicitur. Cum talus ita caderet, ut ſupina pars, quae vocabatur, ſuperior eſſet, erat felix jactus. Suppi meminit Iſidorus.

56 *Concerae Opimi.*] Ita Scaliger, ut Concerae pro Congerae, & Congerae unico r, pro Congerrae dictum ſit. Nam veteres non geminabant conſonantes. libri vulgati habent, *conterae.* nos conjiciebamus *concoenae.* Gloſſarium: *Concoenae σύνδειπνοι.* Puto ae diphthongum ſequente vocali corripi, ut in *Praeire*, *Praehendere*, & aliis ſimilibus.

57 *Nemo hic vindicias.*] Vulgo perturbatis numeris legitur: *Nemo hic vindicias, neque ſacra, ne-*

Feſtus: *Vindiciae* appellantur res eae, de quibus controverſia eſt, quod potius dicitur jus, quia fit inter eos qui contendunt.

XLVIII [58] *Paſcali pecore* [59] *ac montano, hirto atque ſoloce.*

Feſtus: *Solox* lana craſſa, vel pecus lana contectum.

XLIX [60] [a] *Uti eſurienti leoni ex ore exſculpere praedam.*

Nonius: *Exſculpere* eſt extorquere.

L *Intereunt, labuntur,* [b] *euntur omnia verſum.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a lego, —— *ut ſi Eſurienti ex ore leoni exſculpere p.* b Had. Jun. *agunturque omnia vorſum.* f. *eunt rurſum omnia vorſum.*

NOTAE.

que numen veretur. Vindicias autem partem quandam Juris pro Jure poſuit, obſervante Turnebo Adverſ. lib. xv. cap. 15.

58 *Paſcali pecore.*] Feſtus: *Paſcales oves Cato poſuit pro paſcuales.* Joſ. Scaliger in Conjectaneis Paſcale pecus interpretatur τὸ εἰκαῖον καὶ νομαδικὸν, ut Paſcales gallinae. alii legunt *Paſſales*, ut idem notat, id eſt, εἰκαίους, paſſim τὸ εἰκῆ quod magis mihi placet, nam *Paſcualem* exponit Gloſſarium Arabico—Latinum *cum diligentia nutritum.* quod minime convenit huic loco.

59 *Ac montano, hirto.*] Montanum. id eſt, ſentum & ſquallidum, qualia in montibus pecora. hirtum item vocat ſquallidum, ut obſervat Scaliger. in veteribus libris *hirco* pro *hirto* conſtanter excuſum legitur.

60 *Uti eſurienti leoni.*] Alii, *eſuriente*, ex quo nullis vocibus tranſpoſitis legendum:

—— ut ſi
Eſuriente leoni ex ore exſculpere praedam.

id quod jampridem à Scaligero in Catullum animadverſum video. *eſuriente* autem pro eſurienti ἀρχαικῶς. Dicitur vero proverbialiter eſurienti leoni praedam eripere, de re valde periculoſa, ut notat Scaliger ad Feſtum. Graeci λέοντα ξυρεῖν. nec multum abſimilis huic eſt illa paroemia apud Plautum Poenul. *Lupo agnum eripere poſtulant, nugas agunt.* quam imitatus etiam eſt Horatius in Odis: *Ut haedus ereptus lupo.*

Digitized by Google

Nonius: *Interfici* & Occidi ad inanimata veteres vehementi auctoritate poſuerunt.

LI [61] [a] *Velle tolutim hic ſemper incaepturu' videtur.*

Nonius: *Tolutim* dicitur, quaſi volutim vel volubiliter.

LII [b] *Haerebat mucro* [62] *gladium in pectore totum.*

Nonius: *Gladium* neutri generis.

LIII *Saxa & ſtridor* [63] [c] *ubi atque erunt, dum ſibilus inſtitis.*

Nonius: *Sibilus* maſculino genere.

LIV

VARIAE LECTIONES.

a J. Guil. *Vele' totum h. ſ. inceſſuru' videtur.* b f. *Harebit mucro gladiumque.* c J. Lipſ. *ubi acquierunt, tum ſibilus inſtat.* vel, *ſibilus inſit.*

NOTAE.

61 *Velle tolutim hic ſemper.*] Placet elegantiſſimi Guilelmii lectio: *Vele' tolutim hic ſemper inceſſuru' videtur.* commodius tamen, quod ad pedes attinet. ſic legi poſſe arbitror: *Vele' tolutim ſemper hic inceſſuru' videtur.* Loquitur de milite quopiam, qui magnifice & equi tolutarii in modum ſe inferat. Incedere, ſive ut Plautus βαδίζειν tolutim, equi gradarii eſt, ut ibidem Guilelmius annotat. etiamnum tamen ambigo, an veteres ſequente conſonante *es* item ut *us* aut *is* eliſerint, quod quibuſdam perſuaſum video, ſed ſine exemplis & auctoritate.

62 *Gladiumque in pectore totum.*] Gladium neutro genere poſuit ſecundum obſervationem Nonii. Plautus Caſin. *Non habuit gladium, nam id eſſet frigidius.* Varro de Ling. Lat. lib. IX. *Quod dicitur à multis duobus modis, hic Dupondius & hoc Dupondium: ut hoc Gladium & hic Gladius.* Gloſſarium: *Gladium* ξίφος. Idem: *Gladia* ξίφη, quae exempla hujuſce rei gratia coacervavimus, ut mirari mecum lector poſſit, quid Quintiliano accuratiſſimo auctori in mentem venerit ſcribenti lib. I. cap. 5. *Gladia qui dixerunt genere exciderunt.*

63 *Ubi atque erunt.*] Vere & erudite emendavit clariſſimus Lipſius: *Saxa & ſtridor ubi acquierunt, tum ſibilus inſtat.* & arbitratur de populi Theatrali tumultu, aut ſeditione forenſi capiendum.

LIV *Durum, molle voras; fragmenta interfici' panis.*

Nonius: *Interfici* & Occidi ad inanimata veteres vehementi auctoritate poſuerunt.

LV [64] *Concilio antiquo ſapiens vir ſolu' fuiſti.*

Servius Petri Danielis Aurelii.

LVI *Qui campos, colleſque gradu perlabitur uno.*

L. Apulejus Florid. lib. IV. *de equi commoditatibus loquens:* Hiſce igitur moramentis omnibus, qui volunt devitari, atque vectorem ſibimet equum deligunt, diutinae fortitudinis, vivacis pernicitatis: idem & ferre validum & ire rapidum; Qui campos c. g. p. u. ut ait Lucilius;

LVII *Non tango, quod* [a] *avarus homo eſt, quodque improbu'* [b] *mitto.*

Julius Rufinianus: Antiphraſis eſt figura ſententiae, cum quaedam negamus nos dicere & tamen dicimus.

LVIII [65] *Vellem cum primis, fieri* [66] [c] *ſi forte potiſſet.*

Aſconius Paedianus in Divinat. Cicer. Incipiebant enim veteres ab invocatione Deorum, quale eſt;

Præ-

VARIAE LECTIONES.

a al. *avaru' modo eſt.* b ita emendo, pro quod vulgo legitur: *omitto.* c al. *Si fort potuiſſet.*

NOTAE.

64 *Concilio antiquo.*] Forte, *Conſilio.*

65 *Vellem cumprimis.*] Puto hoc initium alicujus libri, aut Satyrae Lucilianae fuiſſe.

66 *Si forte potiſſet.*] Ita legendum primus monuit ingenioſiſſimus Joſ. Mercerus, cum in veteribus libris reperiſſet, *potiſſet.* & ſic ſaepius locutus eſt Lucilius. Poſt hunc verſum vero leguntur in Aſconio hae tres voces: *vitioſe ambo cola.* quae quidem principium alterius verſus conſtituiſſe videntur, ſed quid ſibi velint conſulendus Λοξίας.

6

Praefatus Divos ſolio rex infit ab alto; aut ab reprehenſione ſuperioris temporis ut ait Lucilius: Vellem cum primis &c.

LIX *Vicimus, ô ſocii, &* [67] *magnam pugnavimu' pugnam.*

Donatus in Eunuchum Terentii Act. V. *Sc.* II. *ad illa verba: Dabit hic aliquam pugnam.)* pro ſtupro. ut, At non in Venerem ſegnes nocturnaque bella. ut, Vereturque bella & ingens facinus. ut Lucilius, Vicimus, ô ſocii &c. *Idem in Adelph. Act.* V. *Sc.* III. *ad illa: Pugnaveris, magnam rem feceris.*] ſic Lucilius: Vicimus &c. *Idem ibidem Sc.* IV. *ad illa: Vitam duram quam vixi.*] ἀρχαισμός ut Lucilius: —— magnam pugn. p.

LX *Rhodos Carpathium in pelagus ſe inclinat apertum.*

Porphyrion in Horat. Carm. I. *Od.* 7. *ad illud: Laudabunt alii claram Rhodon.*] Propterea claram, quod ſoli ſit oppoſita, dicit, de qua & Lucilius ſic ait: Rhodos Carpathium in &c.

LXI *Carpathium mare tranſvectus* [68] *caenabis Rhodi.*

Junius Phylargyrius in IV. *Georg. Virgil. Carpathium*

NOTAE.

67 *Magnam pugnavimu' pugnam.*] Sic A. Gellius lib. XV. cap. 18. Noct. Att. *Conſpicere ſe procul dixit pugnam acerrimam pugnari.* nec abſimiliter Boëtius de Conſolat. lib. I. *Nonne apud veteres quoque ante noſtri Platonis aetatem, magnum ſaepe certamen cum ſtultitiae temeritate certavimus?*

68 *Caenabis Rhodi.*] Reſcribendum putabam cum Patre: *Rhodi caenabis.* ut Spondaicus verſus eſſet. nam primam in *Rhodos* etiam verſu praecedente produxit Lucilius: at verius fortaſſe doctiſſimus Scaliger, qui locum hunc verſu chaerilo, ſeu diphilo legit, ut & illum Ennii ex V. Annali:

Quo vobis mentes, rectae quae ſtare ſolebant
Ante hac, dementi ſeſe flexere via.

thium mare inter Rhodum & Alexandriam, quod abeſſe dicitur à Carpatho inſula.

LXII *Judicis Hortenſi eſt*[69] *ad eam rem nata palaeſtra.*

Porphyr. in Hor. Carm. I. *Od.* XXVII. *ad illa: Natis in uſum laetitiae ſcyphis.*] Natis, id eſt, ad hoc ſpecialiter inventis & factis. Sic, Animal propter convivia natum. & Lucilius: Judicis Hortenſî &c.

LXIII [70] *Ut Praetori' cohors, ut noſtris dixit haruſpex.*

Porphyr. in lib. I. *Sat.* VII *Hor. ad illud: —— laudat Brutum, laudatque cohortem.*] Cohortem comites dicit Bruti, qui in conſilio ejus erant. Sic & Lucilius ait; Ut Praetori' cohors &c.

LXIV [a] *Principio exitu' dignus, exodiumque ſequetur.*

Vetus Commentar. in Juvenal. Sat. III. *ad illud: —— Tandemque redit ad pulpita notum exodium.*] Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret: ut quidquid lacrymarum atque triſtitiae coëgiſſent ex Tragicis affectibus,

VARIAE LECTIONES.

a Fr. D. *Dignus principio exitus, exodiumque ſequetur.*

NOTAE.

69 *Ad eam rem nata palaeſtra.*] Varro Satyra περὶ ἀρετῆς καὶ φύσεως: *Nam ut equus qui ad vehendum eſt natus: tamen hic traditur magiſtro, ut equiſo doceat tolutim.* Quintilianus Inſt. Orat. lib. I. c. I. *Ac ſicut aves ad volatum, equi ad curſum, ad ſaevitiam ferae gignuntur: ita nobis propria eſt mentis agitatio atque ſolertia.*

70 *Ut Praetori' cohors.*] Cicero illa nobiliſſima ad Quintum Fratrem epiſtola; *Quos vero aut ex domeſticis convictoribus, aut ex neceſſariis apparitoribus ſecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte Praetoris appellari ſolent, horum non modo facta, ſed etiam dicta nobis praeſtanda ſunt.*

Digitized by Google

bus, hujus ſpectaculi riſus detergeret. Hujus & Lucilius meminit; Principio exitu' &c.

LXV *Magna penus parvo ſpatio conſumpta peribit.*

Priſcianus lib. VI. *Penus* quoque & maſculini & feminini & neutri invenitur teſte Donato & Capro. *Nonius*: *Penus* generis feminini.

LXVI *Si tibi porro iſthæc res idcirco eſt cordi, quod rere utilem.*

Nonius: *Cordi eſt*, honeſte dictum, animo ſedet.

LXVII [a] *Sanctum ego à Metello* [71] *Romam repedabam* [72] *munere.*

Nonius: *Repedare*, pede iterare.

LXVIII [73] *Caput collo ſuſtentatur, truncus ſuſtinetur à coxendicibus.*

Nonius: *Coxendicas*, coxas.

LXIX

VARIAE LECTIONES.

a Fr. D. *Sane tum ego.*

NOTAE.

71 *Romam repedabam.*] Reddenda haec vox Noctium Atticarum ſcriptori, apud quem hodie legitur lib. II. cap. 8. *Apud Platonem quoque multis in locis reperias ſyllogiſmos repudiato converſoque ordine iſto, qui in docendo traditur.* ubi fortaſſe non invitis Muſis correximus: *repedato converſoque ordine iſto.* Delectatum enim A. Gellium antiquitate videmus, & lubenter verbis etiam uti paulo magis priſcis.

72 *Munere.*] Nove poſitum Interpretor, id eſt, munere gladiatorio. Sic idem lib. XXVI.

—— *Rediſſe*
Ac repedaſſe ut Romam bitat gladiatoribus.

pro ludis gladiatoriis, ut ibidem obſervavit Joſ. Scaliger. Quamvis non incommode hoc loco pro *munere* etiam *numero* reponi poſſet, hoc eſt, cito, celeriter, quod jam occupaſſe video Joh. Guilelmium.

73 *Caput collo ſuſtentatur.*] Nigidius apud Iſidorum lib. XI. Origin. *Caput collo vehitur, truncus ſuſtinetur coxis & genibus cruribuſque.* Qui locus ex Luciliano hoc planiſſime adumbratus videri poteſt.

LXIX *Quænam vox ex te reſonans meo gradû remoram facit?*

Feſtus: Remeligines & *Remoræ* à morando dictæ ſunt.

LXX [74] *Neque prodire in altum, præliari* [a] *procul ſub vite.*

Feſtus: *Sub vitem præliari* dicuntur milites, quum ſub vinea militari pugnant.

LXXI *Quod mihi* [b] *commodum eſt, aut uda veſtimenta depoſueram.*

Donatus in Phorm. Ter. Act. IV. *Sc.* III. *ad illa*: *Cum hoc id agebam commodum.*] Commoda aeſtimatio eſt temporis ** Commodum tantum quod Lucilius: Quod mihi commodum &c.

LXXII *Mihi neceſſe eſt loqui*: [75] *nam ſcio Amyclas tacendo periiſſe.*

Servius in x. *AEneid. ad illud Virg.* —— *& tacitis regnavit Amyclis.*] Quum frequenter falſo nuntiarentur hoſtes, & inani terrore civitas quaſſaretur, lata lege cautum eſt, ne quis unquam hoſtis nuntiaret adventum. Poſtea quum vere hoſtis veniret, nullo nunciante ex improviſo capta eſt: unde

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *ſub vitem procul.* b Fr. D. *commodum erat, ut.*

NOTAE.

74 *Neque prodire in altum.*] Trochaicus ita legendus, ut cum Joſ. Scaliger conſtituit.

75 *Nam ſcio Amyclas tacendo periiſſe.*] Auctor Pervigilii Veneris:

Perdidi Muſam tacendo, nec me Phaebus reſpicit:
Sic Amyclas dum tacerent perdidit ſilentium.

76

de *Tacitae Amyclae* dictae ſunt, quod periere ſilentio. Hinc eſt quod ait Lucilius: Mihi neceſſe eſt loqui &c.

LXXIII *Homini amico ac familiari non eſt mentiri meum.*

Lactantius Inſt. Divin. lib. VI. *cap.* XVIII. Eſt enim nefas eum qui veritati ſtudeat, in aliqua re eſſe fallacem, atque ab ipſa, quam ſequitur, veritate diſcedere. In hac juſtitiae virtutumque omnium via nullus mendacio locus eſt. Itaque viator ille verus ac juſtus non dicet illud Lucilianum: Homini amico &c. Sed etiam inimico atque ignoto exiſtimabit non eſſe mentiri ſuum.

LXXIV *Quin amplexetur, qui velit, ego non ſinam me amplectier.*

Priſcianus lib. VIII. *Amplexetur*, περιπλεκέσθω.

LXXV a *Pro* [76] *obtuſo ore pugil, piſcinenſis res eſt.*

Feſtus: Piſcinae publicae hodieque nomen manet, ipſa non exſtat, ad quam & natatum & exercitationis alioqui cauſſa veniebat populus, unde Lucilius: Pro obtuſo ore &c.

LXXVI [77] *Tirei leontado & Pomani & thermo Parnime.*

Chariſius Inſt. Gram. lib. I. Plus in hac obſervatione

VARIAE LECTIONES.

a Turn. *Obtuſo ore pugil, piſcinenſiſque reſeſque.* Scal. *Obtuſe ore, pugil, piſcinenſis, reſes.*

NOTAE.

76 *Obtuſo ore pugil.*] Pugiles enim ſunt obtuſo ore pugnis, (ut notat Scaliger) quos in os recipiunt. unde illud: —— *os nullum vel potius pugilis.*

tione geminam i in maſculinis animadvertimus. Nam quum hic AEmilius, hujus AEmilii declinemus: in vocativo tamen i literam ſubtrahimus. nam ſi o [a] *AEmilii* & *Julii* dixeris Graece declinaveris, ut Lucilius, Tirei leontado &c.

LXXVII [78] *Qua facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem.*

Acron in Horat. lib. I. *Sat.* IV. *ad illud*: *E quibus unus avet quavis aſpergere cunctos.*] Quavis, quomodovis, vel quavis ratione, ut Lucilius: Qua facere id &c.

LXXVIII [79] *Pulchre invitati* [b] *ſumus, acceptique benigne.*

Nonius: *Invitare* ſignificat repleri.

LXXIX —— *& ventrem & gutturem eundem.*

Nonius: *Guttur* maſculini generis.

LXXX *Aſparagi molles,* [c] *ſed viride cyma.*

Nonius: *Cyma* neutro genere.

LXXXI *Nam tam* [d] *algu* [e] *atque nigrore majus.*

Nonius: [f] *Algu* pro algore.

LXXXII

VARIAE LECTIONES.

a V. C. *AEmilie, Julie.* b ita verſum ſupplemus, niſi quis malit, *nimu.* c Fr. D. *&.* d V. C. *algo.* e f. *ac frigore marces.* f V. C. *Algo.*

NOTAE.

77 *Tirei leontado.*] Ex verbis Chariſii videtur legendum *Tirie.* reliqua plane depoſita exiſtimo.

78 *Qua facere id poſſis.*] Hunc elegantiſſimum verſum vetuſtiſſimi manuſcripti auctoritas manifeſto Lucilio tribuit, cujus ſententiam Virgilius expreſſiſſe videtur in quarto perfectiſſimi operis:

—— *nunc qua ratione quod inſtat*
Confieri poſſit, paucis adverte, docebo.

79

Digitized by Google

LXXXII [80] *Verna* [a] *acer cupit hæc.* ——

Nonius: *Vernas* veteres appellabant, qui vere ſacro fuerant nati, & habebatur nomen pro vitabili & maledicto.

LXXXIII —— [81] [b] *hippocampi elephanto camelos.*

Nonius: *Hippocampi* equi marini à flexu caudarum quae piſcoſae ſunt. & eſt Graecum. Lucilius *tranſverſo ordine* poſuit: —— hippocampi &c.

LXXXIV *Si argenti* [c] *indiges.*

Nonius: Genitivus caſus poſitus pro accuſativo.

LXXXV [82] *Atque omnes mandonum gulæ.*

Nonius: *Mandones*, edaces.

LXXXVI [83] [d] *Andronius Flacci teget utria.*

Nonius: *Utria* generis neutri.

VARIAE LECTIONES.

a f. *ſacer.* b Scal. *Hippocampelephantocamelos.* f. *Camphippelephantocamelos.* c f. *indigeas*, vel, *indigus es.* d *Andronii: Flacci.*

NOTAE.

79 *Pulchre invitati ſumus.*] Vocem *ſumus* oportune de ſuo addidit Pater ad fulciendam ruinam carminis.

80 *Verna acer rupit haec.*] Pater: *Verna ſacer*, quod interpretatur ex illo Juvenalis:

—— *quae nunc*
Squallidus in magna faſtidit compede foſſor.

in Nonio autem ubi legitur *pro vitabili & maledicto*, habebat vetus codex *pro evitabili maledicto*, unde ſuſpicabar *pro inevitabili maledicto* legendum.

81 *Hippocampi elephanto camelos.*] Quoniam Nonius Lucilium *Hippocampi tranſverſo ordine* poſuiſſe notat, recte putat Pater legendum: *Camphippelephantocamelos.*

82 *Atque omnes mandonum gulae.*] Varro Satyra Bimargo: *Magna ut tremiſcat Roma & magnae mandonum gulae.*

83 *Andronius Flacci teget utria*] Had. Junius pro *Lucilius: Andronius*, legit *Livius Andronicus*, elegantis ingenii juvenis P. Scriverius amicus noſter faciebat: *Androgynus Flacci leget utria.* & *leget* accipit pro ſurripiet notione priſcis uſitata.

LXXXVII [84] *Impermiſtum* [a] *lymphorem.*

Nonius: *Lympha*, aqua genere fem. ut ſaepe. Maſcul. Lucil. Imperm. &c.

LXXXVIII —— *palmiſque miſellam.*
[85 b] *Depuvit me.* ——

Feſtus: [c] *Depuvere* caedere. quod ipſum ex Graeco eſt παίειν.

LXXXIX —— [86] *non omnibu' dormio.* ——

Feſtus: *Non omnibus dormio.* Proverbium videtur natum à Cipio quodam qui Pararhenchon dictus eſt, quod ſimularet dormientem, quo impunitius uxor ejus moecharetur. ejus meminit Lucilius.

XC

VARIAE LECTIONES.

a f. *limporem.* b f. *Depavit me.* c Scal. *Depuvire.*

NOTAE.

84 *Impermiſtum lymphorem*] Pater lubenter legiſſet *limporem*, niſi verba Nonii alio ſpectaſſe viderentur. ut enim liquidus à liquore, ſic Limpidum à Lympore etiamnum in uſu veteribus fuiſſe exiſtimabat.

85 *Depuvit me.*] Feſtus: *Oppuviat verberat, à paviendo, id eſt, feriendo. unde Pueri, quod puviendo coercentur, id eſt, plagis, unde & pavimenta.* ubi obiter (niſi vanus ariolus ſum) emendandum putem: *unde Pueri quod oppuviis coercentur, id eſt, plagis.* nam locum illum Afranii, *Oppuviis pueri coercentur*, aut in mentem habuiſſe, aut etiam in teſtimonium citaſſe Sextum Pompejum crediderim, ſed à Longobardo illo mutilatore ejus peſſime depravatum. In Pavimenti etymo ſuffragatur Feſto Iſidorus lib. x. Origin. ubi ſcribit: *Vocata autem Pavimenta, eo quod paviantur, id eſt, caedantur.* & Plinius lib. XXXVI. cap. 25. Nat. Hiſtor. *Pavimenta credo primum facta, quae nunc revocamus barbarica, atque ſubtegulanea in Italia fiſtucis pavita: hoc certe ex nomine ipſo intelligi poteſt.* Eodem alluſit Cato de Re ruſtica cap. 18. *Ibi de teſta arida pavimentum ſtruito, ubi ſtructum erit pavito, fricatoque, uti pavimentum bonum fiat.*

86 *Non omnibu' dormio.*] *Cipius* & in Feſto & in Cicerone reſcribendum docet Ant. Auguſtinus ex denariis & vetuſtiſſimis libris. Locus Ciceronis eſt lib. VII. Famil. ad Fabium Gallum: *Cipius, opinor, olim, Non omnibus dormio: ſic ego, non omnibus, mi Galle, ſervio.*

Digitized by Google

XC —— [87] [a] *Agipes vocem mittere caepit.*

Feſtus: Pedarium Senatorem ſignificat Lucilius, cum ait: —— Agipes vocem m. c. qui ita appellatur quia tacitus tranſeundo ad eum cujus ſententiam probat, quid ſentiat, indicat.

XCI [88] *Jactans me* [b] *ut febris querquera.*

Paulus ex Feſto: *Querqueram*, frigidam cum tremore à Graeco κάρκηρος certum eſt dici.

XCII —— [89] *Mantiſa obſonia vincit.*

Feſtus: *Mantiſa* additamentum dicitur lingua Tuſca, quod ponderi adjicitur, ſed deterius & quod ſine ullo uſu eſt.

XCIII [90] *Equum pedibus ſtlembum.*

Feſtus: *Stlembus* gravis, tardus; ſicut Lucilius pedibus ſtlembum dixit equum pigrum & tardum.

XCIV [91] *Vinum Crucium.*

Fe-

VARIAE LECTIONES.

a ſ. *Agipes cum vocem*, vel certe, *tum.* b lego, *ut querquera febris.*

NOTAE.

87 *Agipes vocem mittere coepit*] Agipedem quaſi pedibus agentem, id eſt, orantem & ſententiam dicentem; non vero ore & lingua, accipit Pater, putatque Feſti verba eo pertinere, quod in duas partes cedebant, qui ſententias dicebant, ut: *Qui ita cenſetis tranſite in hanc, alii in alteram partem.*

88 *Jactans me ut querquera febris*] In fragmentis Feſti à Fulvio Urſino editis legebatur locus hic una voce auctior, hoc exemplo: *Jactans me, ut febris querquera terret.*

89 *Mantiſa opſonia vincit.*] In quibuſdam veteribus Feſti editionibus exſtat *Mantiſſa.* de qua voce conſule Caſtigationes Joſ. Scaligeri.

90 *Equum pedibus ſtlembum.*] Vereri ſe ait Scaliger, ne Verrius in vitioſum exemplar Lucilii inciderit, & Lucilius ſcripſerit *Stlentum*, ut *Stlites.*

91 *Vinum crucium.*] Doctiſſimus Yvo Villiomarus in Rob. Ti-

Digitized by Google

Feſtus: *Crucium* quod cruciat. unde Lucilius vinum inſuave *Crucium* dixit.

XCV [92] *Qui ſchedium facit inconditum & inelaboratum.*

Feſtus: *Schedia* genus navigii inconditi, trabibus tantum inter ſe connexis facti, quo mercimonia circumferunt poſt amiſſam navem. Unde *Schedia* uſus quoque Poëmata dicit & verſus, non ſatis perfecti qui eſſent. Appellavit *Schedium* [a] Lucilius, cum dixit: Qui ſchedium fa. &c. L. *Apulejus de Deo Socratis*: Nec enim metuo ne in frivolis diſpliceam, qui in gravioribus placui. Sed ut me omnifariam noveritis: & in iſto, ut ait Lucilius ſchedio & incondito experiemini, an idem ſim repentinus qui & praeparatus.

XCVI *Terra* [b] *abiit in nimbos, himbreſque.* ——

Varro de L. Lat. lib. IV. Ubi nunc eſt Roma, [c] ſeptem montium demiſſior infimus locus. Infimus,

VARIAE LECTIONES.

a ita Feſti fragm. ſuppleruntP. Pithoeus & Fulv. Urſinus. b Scal. *abit.* c Turn. *ſeptimontium nominatum.*

NOTAE.

Titium Britonem putat haec reſtituenda in illis verſibus ex Satyr. lib. XVIII.

—— *nam vel regionibus illis*
Incruſtatu' calix, ruta, caulique bibetur.

de quo vide locum illum. Eadem vero mente à Tertulliano dictum De praeſcr adverſus haereſes: *Febris per cruciarios & mortiferos exitus erogat hominem*, id eſt, cruciantes: ut jampridem notavit Cl. Lipſius.

92 *Qui ſchedium facit inconditum*] Nomen Lucilii in verbis Feſti latuiſſe monuit primus P. Pithoeus malo rei literariae denatus, & poſt eum Fulvius Urſinus. Eodem reſpexiſſe videbitur Petronius, ſi Pariſienſis editionis fidem ſequamur, in qua legitur: *Sed ne me putes improbaſſe ſchedium Lucilianae improbitatis, quod ſentio & ipſe carmine effingam.* nam alii aliter locum illum conſtituunt.

93

mus, quod in mundo infima humus. Humor hinc itaque. Ideo Lucilius, Terra abiit &c.

XCVII —— 93 *Caecilius Pretor ne ruſticu'* [a] *fias.*

Varro de L. Lat. lib. VI. In pluribus verbis A. ante E. alii ponunt, alii non: ut quod partim dicunt Scaeptrum, partim Sceptrum; alii Faenus, alii Fenus; ſic Faenicia & Fenicia; à quo ruſtici Pappum Maeſum, non Meſum: à quo Lucilius ſcribit, Caecilius ne ruſt. fiat. *Diomedes lib.* II. Detractionis ſunt aeque quatuor Barbariſmi: temporis, literæ, ſyllabae, aſpirationis. Temporis; ut, Fervere Leucaten. Literae; ut, ſi quis detracta A litera *Pretor* dicat, ut Lucilius, Pretor ne ruſticu' fias: quum debeat AE pronuntiari *Praetor*: ſed ſtructurae gratia ſyllaba longa corripitur.

XCVIII *Ergo Praetorum eſt ante praeire* ——

Varro de L. Lat. lib. IV. *Praetor* dictus qui *praeiret* jure & exercitu.

XCIX —— *quantum hinnitum atque equitatum.*

Varro de L. Lat. lib. VI. Multa ab animalium vocibus tranſlata in homines: partim quae ſunt aperta, partim obſcura, Perſpicua, ut Lucilii, Quantum hinnitum &c.

C —— 94

VARIAE LECTIONES.

a al. *fias.*

NOTAE.

93 *Caecilius Praetor ne ruſticu' fias.*] Fortean haec in Q. Caecilium Metellum dicta ſunt. Illum enim à Lucilio famoſis verſibus proſciſſum, Horatii indicio manifeſtum eſt.

C —— 94 *quadranti' ratiti.*

Varro de L. Lat. lib. IV. Aventinum aliquot de cauſſis dicunt. Naevius ab avibus; quod eo ſe ab Tiberi ferrent aves: alii ab rege Aventino Albano quod ibi ſit ſepultus; alii ab adventu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianae templum ſit conſtitutum. Ego maxime puto ab advectu: nam olim paludibus mons erat à reliquis diſcluſus. Itaque eo ex urbe qui advehebantur ratibus, quadrantem ſolvebant. cujus veſtigia, [a] quod ea, qua tum itur, Velabrum, & unde [b] aſcendebant ad rumam nova via lucus eſt, & ſacellum larum, Velabrum dicitur à vehendo. Velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id mercede faciunt. Merces dicitur à merendo & aere. Hinc vecturae, quas ſolvebant hi, qui ratibus tranſibant, *Quadrans*. ab eo Lucilius ſcripſit: —— quadranti' ratiti. *Feſtus*: [c] *Ratitum quadrantem* ſignavit Tarquinius rex. quem . . . . . . & Opilius Aurelius dictum putant, quod in eo, & triente ratis fuerit effigies, ut navis in aſſe. Unde Lucilius *quadrantem* quoque *ratitum* vocat, cum ait: —— quadranti' ratiti.

CI 95 *Perſium non curo legere hoc*: 96 *Laelium Decimum volo.*

Ci-

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *quod qua num itur.* b Scal. *eſcendebant ad Rumiam, Nova via, ubi Lucus.* c Ex reſtitutione Scal.

NOTAE.

94 *Quadranti ratiti*] Hiatum in Feſto ingenioſiſſime ſupplevit Joſ. Scaliger. *ratitus* autem eſt rate notatus, & inſignitus.

95 *Perſium non curo legere hoc.*] Ejuſdem Perſii, hominis literati, ita Cicero in Bruto meminit: *Horum aetatibus adjuncti duo C. Fan-*

Cicero de Oratore lib. II. Nam ut C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere ſolebat: *ea quae ſcriberet neque ab indoctiſſimis neque ab doctiſſimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe quam ipſe de ſe: quo etiam ſcripſit*: Perſium non curo legere. (hic enim fuit, ut noramus, omnium fere noſtrorum hominum doctiſſimus.) Laelium Decimum volo. Quem cognovimus virum bonum & non illiteratum, ſed nihil ad Perſium.

Plinius Nat. Hiſt. lib. I. *Epiſt. ad Veſpaſ.* Haec doctiſſimum Perſium legere nolo; Laelium Decimum volo. Quod ſi hoc Lucilius, qui primus condidit ſtili naſum, dicendum ſibi putavit. *Cicero de Finib. lib.* I. Nec vero, ut noſter Lucilius, recuſabo, quo minus omnes mea legant. Utinam ille Perſius: Scipio vero & Rutilius multo etiam magis: quorum ille judicium reformidans. *Tarentinis ait ſe, & Conſentinis, & Siculis ſcribere.* facete is quidem ſicut alias: ſed nec tam docti tunc erant, ad quorum judicium elaboraret; & ſunt illius

NOTAE.

Fannii Caji, Marci filii fuerunt: quorum C. Filius, qui Conſul cum Domitio fuit, unam orationem de ſociis & nomine Latino contra Gracchum reliquit, ſane & bonam & nobilem. Tum Atticus, Quid ergo? Eſt ne iſta Fanniii nam varia opinio pueris nobis erat: alii à Cajo Perſio, literato homine, ſcriptam eſſe ajebant, illo quem ſignificat valde doctum eſſe Lucilius.

96 *Laelium Decimum volo.*] Omnes antiquitus cuſi aut manuſcripti codices Plinii, ut monet Hermol. Barbarus, aut *Junium Congium*, aut *Laelium Congrum* habent. Fuit vero cum pro *Laelium* reponendum putavi *Lucium AElium*, confiſus maxime ipſius Lucilii auctoritate, cujus hunc verſum ex lib. I. Satyr. auctor Rhetoricae ad Herennium adducit:

Has res ad te ſcriptas, Luci miſimus AEli.

Caeterum lex Trochaici carminis nihil mutandum clamat.

* *Nec doctiſſimis Manium Perſium haec legere nolo, Iunium Congum volo.* Haec vetus ſcriptura eſt Plinii. nec vero legi tantum voluerat ſua Lucilius a Laelio, ſed etiam a Junio Congo, a Conſentinis, Tarentinis, Siculis, ita ut eo in loco ſaepius mentionem fecerit Perſii, eumque rejecerit. VIR DOCTUS in Libri mei margine.

illius ſcripta leviora, ut urbanitas ſumma appareat, doctrina mediocris.

CII [97] *Priuſquam Theognis naſceretur.*

A. Gellius lib. I. *cap.* III. Hoc profecto nemo ignoravit, etiam priuſquam Theognis, ut ait Lucilius, naſceretur.

CIII [a] *Lactentia coacla cum melle bibi.*

Caper de Orthographia & Latin. verb. ***Lactens***, qui lacte abundat.

CIV [b] *Huic Terentiae Orbiliae.*

Martianus Capella lib. III. Lucilius in dativo A. & E. conjungit.

CV [98] [c] *Maenius columnam* [99] *cum peteret.*

Porphyr. in Horat. lib. I. *Sat.* III. Maenius fertur domo ſua, quam ad forum habebat, divendita,

VARIAE LECTIONES.

a reſcribo — *Lactentia Coa Clam cum melle bibi* — b f. *Huicce*, ut fiat principium Hexametri. c reſcribo, —— *columnam Maenius cum peteret*, vel *cum exciperet*.

NOTAE.

97 *Priuſquam Theognis naſceretur.*] Eundem adagionem aperte extulit Plutarchus περὶ τοῦ ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι· Τουτὶ μὲν ἤδειν πρὶν Θέογνιν γεγονέναι. Quod tamen à nemine uſque adhuc proverbiorum concinnatore obſervatum, demirari ſatis non poſſum.

98 *Maenius columnam.*] Aſconius in Verrem: *Maenius cum domum ſuam venderet Catone & Flacco Cenſoribus, ut ibi Baſilica aedificaretur, exceperat jus ſibi unius columnae, ſuper qua tectum projiceret ex provolantibus tabulatis, unde ipſe & poſteri ejus ſpectare munus gladiatorium poſſent, quod etiam tum in foro dabatur, ex illo igitur columna Maenia vocitata eſt.*

99 *Cum peteret.*] Unice probo Parentis correctionem, legentis ex Porphyrione & Aſconio, *cum exciperet.* quae vox propria in venditionibus, & locationibus, ut notum eſt.

Digitized by Google

ta, unam columnam ſibi ibi excepiſſe, unde gladiatores ſpectaret, quae ab eo columna Maenia nominabatur. cujus & Lucilius ſic meminit: Maenius columnam &c.

CVI —— [100] *Valerî ſententia dia.*

Porphyr. in Hor. lib. I. *Sat.* VI. *ad illud: contra Laevinum Valerî genus.*] Periphraſim autem neceſſario fecit, ſicut Lucilius cum dicit: Valerî ſ. d. Quia ſcilicet nomen quatuor brevium ſyllabarum, & ideo non poteſt in Hexametrum verſum recipi.

CVII —— *murexque marinus.*

Acron in Horat. lib. II. *Sat.* IV. Murex genus eſt piſcis.

CVIII —— *echinus*

[101] [a] *Cinnabari infectus.* ——

Acron in Horat. lib. I. *Sat.* VI. *ad illud: —— aſtat echinus vilis.*] Echinum dixit vas ſalis, in modum echini marini, alii ampullam vitream; alii lignum dicunt cum uncinis, in quo ponuntur calices; alii am-

VARIAE LECTIONES.

a ex emendatione Scal.

NOTAE.

100 *Valerî ſententia dia.*] Hoc de Poëta noſtro mutuatus eſt Horatius lib. I. Sermonum Sat. II.

—— *macte*
Virtute eſto, inquit, ſententia dia Catonis.

Et de Horatio Sulpitia:

Quos inter Priſci ſententia dia Catonis.

101 *Cinnabari infectus.*] Ita veriſſime Joſ. Scaliger, pro quod vulgata lectio habet, *Chinabam infectus. Cinnabari infectus*, id eſt, miniatus. nam confundunt Minium cum Cinnabari. de quo abunde Plinius Nat. Hiſt. lib. XXXIII. cap. 7. quem viſe, ſi voles.

ampullam ſcorteam, juxta illud Lucilii; Echinus chinaba infectus.

CIX —— [102] *guſtavi cruſtula ſolus.*

Acron in Horat. lib. I. *Sat.* I. *ad illa: ut pueris olim dant cruſtula blandi Doctores.*] Cruſtula placentas. *Cruſtula* quando in neutro genere dicimus, edulia ſignificamus. *Commentar. Vetus in Juvenal. lib.* III. *Sat.* IX *ad illud: —— Lambenti cruſtula ſervo.*] Cruſtula, ſpecies operis piſtorii. Lucilius: —— guſtavi cruſtula ſ. id eſt, placentas.

CX —— [103] [a] *Brutace bilingui.*

Porphyrion in Horat. lib. I. *Sat.* X. *ad eum locum: —— Canuſini more bilinguis.*] Bilinguis dicitur, quoniam utraque lingua Canuſini uſi ſunt; ſicuti per omnem illum tractum Italiae, quem ex majori par-

VARIAE LECTIONES.

a al. *Brutaces bilingues.*

NOTAE.

102 *Guſtavi cruſtula ſolus.*] Hemiſtichium hoc ab Acrone perperam Lucretio ob nominis vicinitatem tranſcriptum, jampridem docuit Pater ad Horatium. Quin item in veteri Commentario Juvenalis Lucilii nomen in mendo cubat, nam pro eo *Lucullus* citatur, quod ibidem P. Pithoeus monet. Videtur autem pulchre cohaerere poſſe cum alio ejuſdem fragmento quod paulo ante habes hoc pacto:

—— *lactantia con*
Clam cum melle bibi, guſtavi cruſtula ſolus.

103 *Brutace bilingui.*] Feſtus: *Bilingues Brutates* (Scal. *Brutiates*) *Ennius dixit, quod Brutii & Oſce & Graece loqui ſoliti ſint. ſunt autem Italiae populi vicini Lucanis.* Jacob. Cruquius, diligens Horatii interpres, putat à commentatore Veteri hoc loco citatum fuiſſe verſum ex antiquo aliquo Poëta in Canuſium aliquem detortum. ita enim in veteribus libris legi: *Ideo ergo Brunius brichace bilingui.* quae hoc modo ſanare conatur: *Brutius ergo ideo* στόματι *βρύχασι bilingui.* hac ſententia: *Brutius*, id eſt, Canuſinus: nam Brutii populi ſupra Lucaniam incoluerunt, teſte Strabone lib. VI. *ergo ideo*, id eſt, tum. Feſtus in Igitur. στόματι βρύχασε, pro ἐβρύχασε, hoc eſt, ore infremuit bilingui, hoc eſt, Graeco & Latino ſeu Oſco, ut Feſtus docet.

104

parte Graeci incoluerunt: ex quo Magnae Graeciae nomen accepit. ideo ergo & Ennius & Lucilius, Brutace bilingui, dixerunt.

CXI —— [104] *efflantque elatis naribu' lucem.*

Marius Victorinus lib. I. *de Syllabis*: Videtur plurimis eſſe quintus communium ſyllabarum modus, qui apud Lucilium & veteres multos eſt frequentatus, ut correpta vocalis deſinat in s, & excipiatur ab alia conſonanti, vel vocali loco conſonantis poſita.

CXII *Gnatis parce tuis.* ——

Servius in X. *AEneid. ad illud. Natis parce tuis.*] Parce, ſecundum antiquos ſerva, ut apud Lucilium & Ennium: Gnatis p. t.

CXIII —— [a] *horret & alget.*

Servius in XI. *AEneid. ad illa*: —— *tum late ferreus haſtis Horret ager, campique armis ſublimibus ardent.*] Horret ager, terribilis eſt. Eſt autem verſus Ennianus, vituperatus à Lucilio, dicente per irriſionem, debuiſſe eum dicere: —— horret & alget. Unde Horatius de Lucilio: Non ridet verſus Ennî gravitate minores.

CXIV —— [b] *& vellit mappas, mantella, merumque.*

Ser-

VARIAE LECTIONES.

a f. —— *ager horret & alget.* b lego —— *evertit.*

NOTAE.

104 *Efflantque elatis naribu' lucem.*] Imitatur illud Ennii:

—— *funduntque elatis naribu' lucem.*

Unde quoque Virgilius XII. AEneid.

Solis equi, lucemque elatis naribus efflant.

Servius in lib. IV. *Georg. ad illa Virgilii: tonſiſque ferunt mantilia villis.*] Varro appellat *Mantelia* ſeu *Mantella*, quaſi manuteria. Caeterum Plautus hujus ſingulare *Mantellum* poſuit in Captiv. Nec ſycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam eſt. Lucilius autem *Mantella* dixit, —— mappas, mantella, m. quae Graeci μάνδυα vocant. *Junius Philargyr. ibidem. Porphyr. lib.* II. *Sat.* III. *Hor.* Mappas antiqui dicebant, quae nunc *mantilia*. Lucilius: Et vellit mappas,

CXV 105 [a] *At quidem te ſenium atque inſulſe Sophiſta.*

Donatus in Eunuch. Act. II. *Sc.* III. *ad illum locum: Ut illum Dii Deaeque ſenium perdant.*] Plus dixit *ſenium* quam ſenem Et ſenex ad aetatem refertur: *ſenium* ad convicium. ſic Lucilius ait, At quidem te &c.

CXVI 106 *Tuam ut memoriam retineas.*

Donatus in And. Act. V. *Sc.* IV. *ad illa: Metuo ut ſubſtet hoſpes.*] ut ne, non. Lucilius, Tuam ut memor. &c.

CXVII 107 —— *Myconi calva omni' juventus.*

Do-

VARIAE LECTIONES.

a f. *At Dii te*, ut ſubaudiatur, perdant.

NOTAE.

105 *At quidem te ſenium.*] Pater legebat: *At Dii te ſenium:* ut ſubaudiatur *perdant.* quam vocem potius interponendam judico, ut ita conſtituatur totus verſus:

At Dii te perdant ſenium, atque inſulſe Sophiſta.

106 *Tuam ut memoriam retineas.*] Lacuna hoc loco, quae tamen ex Donato videtur pulchre expleri poſſe, addita voce *Metuo*, aut *Vereor*, aut certe ſimili aliqua.

107 *Myconi calva omni' juventus.*] Conſulendi Strabo, Stephanus, & Plinius lib. XI. cap. 37. Nat. Hiſt.

108

Donatus in Hecyr. Act. III. *Sc.* IV. *ad illa: Magnus, rubicundus, criſpus.*] Imperite Terentium de Myconio criſpum dixiſſe ajunt: quum Apollodorus calvum dixerit: quod proprium Miconis eſt, ut Lucilius, Miconi omnis c. i. Unde etiam proverbium Graecum μυκώνιος φαλακρός.

CXVIII —— 108 [a] *Carcer vix carcere dignus.*

Donat. in Adelp. Act. III. *Sc.* II. *ad illa: vix ſum compos animi.*] aut *vix* tandem; aut *vix*, non. ut Lucil. Carcer vix c. d. *Idem in And. Act.* I. *Sc.* II. *ad illud: Carnifex quae loquitur.*] aut excarnificans dominum, aut ipſe dignus carnifice, ut caro fiat, id eſt, lanietur. Lucilius, Carcer vix c. d. *Idem in Eunuch. Act.* III. *Sc.* II. *Vix* aut difficile ſignificat, aut non, ut ſit nec hoc. Lucil. Carcer v. c. d. *Idem ibidem Act.* IV. *Sc.* III. *ad illa: Quin in-*

VARIAE LECTIONES.

a vide Notas.

NOTAE.

108 *Carcer vix carcere dignus.*] Doctiſſimus vir, literarumque veterum ſtudioſiſſimus Paullus G. F. P. N. Merula, in luculento Commentario ſuo ad Ennii Annales, fragmentum hoc altero hemiſtichio auctius producit ex Calpurnii Piſonis lib. I. de Continentia Veterum Poëtarum, cujus verba quoniam proprium locum non obtinuerunt, hic inſerenda duxi: *Iteratio quam Graeci ἀναδίπλωσιν vocant, ſi dextre collocatur, magnum ornatum adfert orationi. Omnis aetas hic excellit. Non male Livius Andronicus in Odyſſea: Ah veſtros, veſtros, dum hic mantatis, irruet nervos perduelles. Melius Ennius in Annal.* III. *o Romule, Romule dico. Optime Lucilius Satyra* XXVIII. *de fure Callonio:*

Hic ſcurra, hic carcer, carcer vix carcere dignus.

Hactenus. Ubi vere legendum conjicit P. Merula: *de fure Gallonio.* ut intelligatur P. Gallonius Gurges, cujus gulam & luxuriem inſectatur lib. IV Lucilius, nec male idem annectit huic verſui, quae apud Nonium ex eadem Satyra in Sumere & Legere, hoc exemplo:

Hic ſcurra, hic carcer; carcer vix carcere dignus,
Omnia viſcatis manibus leget, omnia ſumet,
Crede mihi preſſe auferet omnia.--

inſuper ſcelus.] αὔξησις. Plus enim eſt ſcelus, quam ſceleſtus. ut Lucil. Carcer v. c. d. *Idem in Phorm. Act.* II. *Sc.* III. *ad illud: Ain' tandem carcer.*] non carcerarium, ſed carcerem aſperius appellavit. ſic Lucil. Carcer v. c. d. & *vix* pro non.

CXIX — [109] *lecti omnes: Atticon hoc eſt.*

Donat. in Phorm. Act. I. *Sc.* II. *ad illud: Accipe, hem. lectum eſt.*] abſolute. nam non dicit quid, utrum debitum, an argentum lectum.

CXX — [110] *animo ac virtutibus.* —

Donat. in Adelp. Act. II. *Sc.* I. *ad illa: Ornatus eſſes ex tuis virtutibus.*] Sic veteres per ironiam virtutes pro flagitiis dicebant: Lucil. animo ac virtut.

CXXI [111] *Centum genera ſoloeciſmorum.*

Iſidorus Orig. lib. I. *cap.* XXXII. Fiunt praeterea *Soloeciſmi* & plurimis modis. Nam Lucilius Centum gen. ſoloeciſm. dixit, quos omnes vitare potius quam ſequi debet, qui regulam recte loquendi ſtudet tenere.

CXXII *A me auxiliatus ſi eſt.*

Priſ-

NOTAE.

109 *Lecti omnes.*] Scilicet nummi, ut interpretatur Pater. Plautus Pſeud.

Accipe, hic ſunt quinque argenti lectae, numeratae minae.

110 *Animo ac virtutibus.*] In quibuſdam editionibus hoc fragmentum voce *tuis* auctius legitur, unde putabam reſcribendum:

— *animo ac virtutibu' tuis.*

Sic eandem vocem reſtituit Lucilio P. Merula lib. xxx. Satyr.

Quod tuas laudes culpas, non proficis hilum.

111 *Centum genera ſoloeciſmorum.*] Hinc apparet recte & Latine dici *Soloeciſmum*, praeter Aſinii Capitonis ſententiam, qui negat apud antiquiores & idoneos ſcriptores vocabulum illud reperiri. Vide A. Gellium lib. v. cap. 20. Noct. Attic.

Digitized by Google

Priſcianus lib. II. *&* VIII. Auxiliatus paſſive βοηθηθείς.

CXXIII —— [112] *anſeris herbili' virus.*

Servius P. Damnis. Virus, id eſt foetor.

CXXIV —— [113] *ſtat ſentibu' fundus.*

Donatus in Andr. Act. IV. *Sc* II. *ad illud Terentii: Per me ſtetiſſe.*] hoc eſt eſſe. ut Virg. —— deſertaque montis Stat domus. aliter plenum eſt, ut idem: Stant & juniperi & caſtaneae hirſutae. aliter horteat. ut: —— ſtant lumina flamma. & Lucilius: —— ſtat ſentibu' fundus.

CXXV [114] *Ex facie florem delegeris* ——

Donatus in Eunuch. Act. IV. *Sc.* IV. *ad illa Ter. Quem tu vero videre velles Phaedria?*] vero, pulchre. Pulcher eſt enim cujus forma nec odium, nec convitium commeruit. Lucilius in Satyr. * * ex facie &c.

CXXVI [a] *Pedetentim hunc reſalutem.*

Cha-

VARIAE LECTIONES.

a lego, —— *Pedetentimne hunc reſalutem?*

NOTAE.

112 *Anſeris herbili' virus.*] Paulus ex Feſto: *Herbilis anſer herba paſtus, qui gracilior* (alii, *grandior*) *eſt, quam frumento altus.* quo loco puto à Feſto citatum fuiſſe hoc ἀκροτελεύτιον Lucilianum, ſed à barbaro truncatore illius inductum.

113 *Stat ſentibu' fundus.*] A. Gellius, & Nonius ex libro V. Satyrar. Lucilii hoc hemiſtichium adducunt:

—— *Interea ſtat ſentibu' pectus.*

Quod diverſum ab hoc fuiſſe ſatis ex interpretatione Grammaticorum patet.

114 *Ex facie florem delegeris.*] In Donato aſteriſci alicujus defectus indicia ſunt. Liber manuſcriptus, qui ſervatur in divite libraria Rodolphi Snellii, viri doctiſſimi ac humaniſſimi, habebat:

Mihimudi facei ex facie florem delegeris.

Ex quo tamen nullam idoneam lectionem potuimus exſculpere.

115

Chariſius lib. 11. Pedetentim.

CXXVII —— *fici comeduntur & uvae.*

Chariſius lib. 1. Haec *ficus* & hae *fici* & has *ficos* facit: genitivus enim ſingularis hujus *fici*, non hujus *ficus* eſt. *Idem eodem lib. paulo poſt.*

CXXVIII —— [115] [a] *exta acceptoris & unguis.*

Chariſius lib. 1. *Acceptor* & Accipiter, Virgilius enim Accipiter dixit, Lucilius autem *Acceptor.*

CXXIX —— *gibbere magno.*

Chariſius lib. 1. *Gibber*, ut ait Verrius, ipſum vitium dicitur, ut Tuber.

CXXX [b] *Quum illa fora itant.*

Chariſius lib. 1. *Forum* neutro genere dicimus locum agendis rebus deſtinatum, aut quum Commercium ſignificamus.

CXXXI *Plure foras vendunt.* ——

Chariſius lib. 1. *Plure* aut Minore emptum antiqui dicebant.

CXXXII [116] [c] *Aſſiduas ficos.* ——

Cha-

VARIAE LECTIONES.

a lego, *roſtra.* b V. C. *Cum illi fora erat.* f. *Tunc illi fora erant*, vel potius. —— *illa Quum fora itant.* c Fr. D. *Aſſe duas ficos.*

NOTAE.

115 *Exta acceptoris & unguis.*] Hoc fragmentum, ut alia permulta in hoc auctore, debemus longe optimo veteri libro Chariſii: nam in vulgatis tantummodo vox *Acceptor* legitur, quam etiam agnoſcit auctor Gloſſarii: *Acceptor* : ἱέραξ, δοχδύς. & Gloſſae Iſidori: *Pipiunculus*, *accipiter*, *acceptor.*

116 *Aſſiduas ficos.*] Vix affirmare dubitem, quin hariolatio no-

Digitized by Google

Chariſius lib. I. Haec *ficus* & haec *fici*, & has *ficos* facit. genitivus enim ſingularis hujus *fici*, non hujus *ficus* eſt.

CXXXIII —— [117] *Legem*
Vitemus Licini ——

A. Gellius lib. II. *cap.* XXIV. *Lex* deinde *Licinia* rogata eſt; quae cum certis diebus, ſicuti Fannia, centenos aeris impendi permiſiſſet, nuptiis ducenos indulſit; caeteriſque diebus ſtatuit aeris tricenos; cum & carnis aridae & ſalſamenti certa pondera in ſingulos dies conſtituerit: ſi quidquam eſſet natum è terra, vite, arbore; promiſce & indefinite largita eſt.

CXXXIV —— [118] *Fanni* [a] *centuſſiſque miſellos.*

A. Gellius lib. II. *cap.* XXIV. *Lex Fannia*, quae Ludis Romanis item Ludis Plebeis & Saturnalibus & aliis quibuſdam diebus in ſingulos dies centenos aeris inſumi conceſſit, decemque aliis diebus in ſingulis menſibus tricenos; caeteris autem omnibus diebus denos. hanc Lucilius Poëta Legem ſignat, cum dicit, —— Fanni cent. miſ. in quo erra-

VARIAE LECTIONES.

a for. *centuſſi' miſellus.*

NOTAE.

noſtra vera ſit: *Aſſe duas ficos.* ſic Martialis lib. IX. *Aſſe duos calices emit, & ipſe tulit.* Videtur autem Lucilius caritatem ficuum voluiſſe innuere. ac eodem pertinuiſſe credo fragmentum proxime praecedens: *Plure foras vendunt.* ubi etiam legendum puto, *foris.*

117 *Legem vitemus Licini.*] Feſtus: *Centenariae coenae dicebantur, in quas lege Licinia non plus centuſſibus praeter terrâ nata impendebantur.*

118 *Fanni centuſſe miſello.*] Sic Martial. *Centum miſelli jam valete quadrantes.* Legis autem Fanniae meminit & Plinius lib. X. cap. II. Nat. Hiſt.

119

taverunt quidam Commentariorum in Lucilium ſcriptores, quod putaverunt Fannia Lege perpetuos in omne dierum genus centenos aeris ſtatutos. Centum enim aeris Fannius conſtituit, ſicuti ſupra dixi, feſtis quibuſdam diebus; eosque ipſos dies nominavit. aliorum autem dierum omnium in ſingulos dies ſumptus incluſit intra aeris alias tricenos, alias denos.

Macrobius Saturnal. lib. III. *cap.* XVII. *Fanniae* autem *Legis* ſeveritas in eo ſuperabat Orchiam Legem, quod in ſuperiore numerus tantummodo caenantium cohibebatur, licebatque ſecundum eam unicuique bona ſua inter paucos conſumere: *Fannia* autem & ſumptibus modum fecit aſſibus centum. Unde à Lucilio Poëta feſtivitatis ſuae more Centuſſis vocatur.

CXXXV *Anû noceo.*

A. Gellius lib. IV. *cap.* XVI. Lucilius in dativo caſu *anu* dicit, non anui.

CXXXVI — *prodes amicis.*

Macrobius de differentiis & ſocietatib. Graeci Latinique verbi: Similiter apud Latinos Imperativus naſcitur ab infinito abjecta ultima, Cantare, Canta; Monere, mone; Legere, lege, Ambire, ambi; Ferre, fer; Eſſe, es, & Ades & *Prodes.*

CXXXVII — [119] *primum facie quod* [a] *honeſtas*
Accedit. —

A.

VARIAE LECTIONES.

a ex emendat. Scal.

NOTAE.

119 *Primum facie quod honeſtas Accedit.*] Ita legendum cum Joſ. Scaligero, non cum vulgo: *Primum facie quod honeſtatis accedit,* nulla carminis habita ratione.

120

A. Gellius lib. I. *cap.* XIV. In caſu autem dandi, qui puriſſime locuti ſunt non *Faciei* uti nunc dicitur, ſed *facie* dixerunt.

CXXXVIII *Scinde, puer, calam, ut caleas.* —

Servius in VI. *AEneid. Virg. Calas* dicebant majores noſtri fuſtes, quos portabant ſervi ſequentes dominum ad praelium, unde etiam *Calones* dicebantur. Nam conſuetudo militis erat Romani, ut ipſe ſibi arma portaret, & vallum, quod dicebant *Calam*. Sic Lucilius; Scinde puer calam &c. id eſt, o puer frange fuſtes & fac focum.

CXXXIX — [120] *reſultantes* [121] *aedeſque lacuſque.*

Servius in I. *AEn. ad illa, dependent lychni laquearibus aureis.*] Principaliter *lacus* dicitur. ut Lucil. reſultantes æ. que l. que. Diminutio *Lacunar* facit. Horat. nec mea renidet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio *Lacunarium*, & per ἀντίστοιχον *Laquearium*. *Iſidorus Orig. lib.* XV. *cap.* 8.

CXL *Ecquem Pamphilum quaeris.*

Servius in I. *AEn. Quem* vacat. nam de uno loquebatur.

CXLI — χῖοστε δυνάστης.
Οἶνος: —

Servius in II. *Georg. ad illa Virg. Sunt & Amineae vites firmiſſima vina Tmolus & aſſurgit quibus*

NOTAE.

120 *Reſultantes.*] Ita eſt in veteribus libris, vulgo *reſultant.* male autem apud Iſidorum *Lucio* pro *Lucilio* hoc hemiſtichium aſcriptum legitur.

121 *AEdeſque lacuſque.*] Id eſt, aedes laqueatas. ἐν διὰ δυοῖν, ut monuit nos Joſ. Scaliger.

bus & rex ipſe Phanaeus.] De Lucilio tractum eſt, qui ait:

—— Χῖοςτ δυνάςης &c.

CXLII [122] *Uxori legata penus* ——

Servius in I. *AEn.* Sane dicimus & hic & haec & hoc *penus*: ſed in maſculino & feminino genere quartae eſt declinationis, in neutro tertiae, quomodo pecus, pecoris.

CXLIII [123] *Apollo Pulcher dici non vult.*

Servius P. Danielis Aurelii.

CXLIV *Scorta Pyrgentia.*

Servius ejuſdem.

CXLV *Vultis? empta eſt: noltis? non empta eſt.*

Diomedes lib. I. *in verbo Nolo*: Apud veteres reperimus; Id quod non vultis, noltis. ut eſt apud Lucilium; Vultis? emta &c. Ex hoc vulgo faciunt Imperativum *noli.*

CXLVI *Et ſuffocare conatur.*

Diomedes lib. I. Praefoco, praefocavi, Probus quaſi novam vocem miratur. angit enim veteres dicebant. ut Virgilius: —— & faucibus angit inhaerens. Lucilius tamen ait: Et ſuffocare c.

CXLVII —— *pergit capulare cadaver.*

Ful-

NOTAE.

122 *Uxori legata penus.*] Lib. XVI. *Legavit quidam uxori mundum omne penumque* quod ad eandem rem pertinuiſſe putem.

123 *Apollo Pulcher.*] Virgil. III. AEneid. *Taurum Neptuno, taurum tibi Pulcher Apollo.*

124

Fulgentius Planciades de Priſco ſermone: *Capularem* nominari volunt ſenem jam morti contiguum; quin & reos capulares dicebant, qui capulo digni fuerant, unde & Lucilius ait: Pergit capul. c.

CXLVIII *Serenu' fuit.*

Quintilianus Inſt. Orat. lib. IX. *cap.* IV. Caeterum conſonantes quoque, eaeque praecipue, quae ſunt aſperiores in commiſſura verborum rixantur, & s ultima cum x proxima, quarum triſtior etiam, ſi binae collidantur, ut, ars ſtudiorum: quae fuit cauſſa & Servio, ut dixi, ſubtrahendae s literae, quoties ultima eſſet aliaque conſonante ſuſciperetur: quod reprehendit Lauranius, Meſſalla defendit. Nam neque Lucilium putant uti eadem ultima, quum dicit: Serenu' fuit, &, dignu' loco.

CXLIX [124] *Subulo*, a *pullipremo.*

Auſonius Epigramm. LXIX.

Quid Marcus? Feles nuper pullaria dictus,
  Corrupit totum qui puerile ſecus.
Perverſae Veneris poſtico vulnere foſſor,
  Lucilî Vatis, Subulo, pullipremo.

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *pulliprema.*

NOTAE.

124 *Subulo.*] Joſ. Scaliger in Conjectaneis Latinos veteres *Mullare*, & *Mulleos* calceos à mullando dixiſſe autumat, itaque Theocrito *τὸ μυλλεῖν*, quod uſitatius περαίνειν, unde *Subulones* Lucilius paedicones vocarit. Sed in veteribus libris *Suppilo* legitur, quod Baptiſta Pius hoc Laberii exemplo firmabat: *Quaenam mens, quae deliritas vos ſuppilatores facit cum cano eugio velitari?* ubi obiter immiſſa voce reſtituo; *Quaenam mala mens, quae deliritas.* ex Catullo:

Quaenam te mala mens miſelle Ravide
Egit præcipitem in meos Jambos?

Ibid. *Pullipremo.*] Joſ. Scaliger Auſonianarum Lect. lib. I. c. 27. *pulliprema* reſcribit, neque eſſe id quod vult Turnebus putat. Significari enim potius puerorum plagiarium. nam *premere*, id ſignificat, hoc eſt, ἀποκρύπτειν, *furto clepere.*

CL — [125] *Viſcus aprinum.*

Chariſius lib. I. Item Caprina & *Aprugna* cur diſſimiliter derivetur, quaeri ſolet, quibus reſpondebimus utrumque per i proferri debere, ſed in altero uſu u literam celebrari, quamvis Lucilius, Viſcus aprinum, non *aprugnum* dixerit.

CLI — [126] *Agrariu' mergus.*

Julius Capitolinus in vita Pertinacis: Avaritiae ſuſpicione privatus non caruit, cum apud vada Sabatia oppreſſis faenore poſſeſſoribus, latius ſuos teneret fines. Denique ex verſu Luciliano agrarius mergus eſt appellatus.

CLII [127] *Oleum Caſſinas.*

Priſcianus lib. VII. *Oleum Caſſinas* neutrum pro Caſſinate dixit.

CLIII [128] *Cariſſam.*

Feſtus: *Cariſſam* apud Lucilium [a] vafram ſignificat.

CLIV

VARIAE LECTIONES.

a v. c. vafrum.

NOTAE.

125 *Viſcus aprinum.*] Ita ex veteri codice Chariſii reſtituimus: nam in vulgatis *aprugnum* legitur, contra mentem Grammatici.

126. *Agrarius mergus.*] Puto Lucilium hoc tanquam adagio hominem rapacem & lucricupidum deſignare voluiſſe, eſt enim mergus avis inſatiabilis & voraciſſima. Simile proverbium apud Graecos extat: Αἰθυιῶν τρόπον, quod interpretatur Had. Junius, *in modum mergorum*, de inexplebili ingluvie, & nunquam ſatiata edacitate.

127 *Oleum Caſſinas.*] Agri Caſſinatis praeſtantiam in ferendo oleo commendat etiam Varro Rerum humanarum lib. XI. *Ad victum optima fert, ager Campanus frumentum, Falernus vinum, Caſſinus oleum, Tuſculanus ficum vel Tarentinus, piſcem Tyberis.*

128 *Cariſſam*] In veteribus editionibus Feſti *vafrum*, non, *vafram*, cui (ut doctiſſimus Scaliger monet)

CLIV Ἄλλῃ ἔθηκεν.

Servius in X. *AEn. ad illum locum Virgilii: —— meque hoc ita ponere ſentis.*] Ponere, facere. Sic Lucilius Homerum ſecutus, qui ait, Ἄλλῃ ἔθηκεν, id eſt, fecit.

CLV [129] *Ninguis.*

Chariſius lib. I. Ix terminata maſculina & feminina & communia invenies, quorum genitivus cis exit, ut hic Calix, calicis, haec Pix picis, hic & haec & hoc Felix, felicis. Excipitur hoc ſolum Nix, quod contra rationem nivis facit, licet veteres *ninguis* declinaverunt, è quibus eſt Lucilius.

CLVI *Strigilim.*

Chariſius lib. I.

CLVII *Jugerum.*

Chariſius lib. I. Quum vero e, vel i, vel u terminetur ablativo ſingulari, um accipit, & facit genitivum pluralem, dativus & ablativus bus ſyllaba finiuntur, veluti ab hoc Rege, regum, regibus; ab hac Navi, navium, navibus; ab hoc Portu, portuum, portubus. Inveniuntur tamen apud auctores etiam his contraria. *Nucerum* enim Caelius dixit, [a] Lucilius Jugerum, Gellius vero *Re-*

VARIAE LECTIONES.

a v. c. Caecilius, Naterum.

NOTAE.

net) adſtipulari videtur auctor Gloſſarii: *Cariſſa*, μωαυλιςὴς, πορνοβοσκὸς. Gloſſae Iſidori contra feminino: *Cariſſa lena vetus & litigioſa: ancilla doloſa, fallax.* Lucas Fruterius in epiſtola quadam ad M. Muretum putat, *Cariſſa* reponendum in Feſto nam *Catos* pro callidis & ingenioſis apud veteres dictos fuiſſe, quod vel *Cato* teſtari poſſit.

129 *Ninguis.*] Gloſſarium Arabico

Regerum & *Lapiderum*: quum rum ſyllabam nunquam accipiat ablativus e terminatus, niſi cum producitur, ut ab hac Re, rerum; Die, dierum; Specie, ſpecierum; Facie, facierum.

CLVIII Εὔφωνα.

Conſultus Chirius Fortunatianus, *Rhetor.lib.* III. Quae verba magis ſonantia ſint ea potius collocemus, quae Lucilius εὔφωνα appellat, id eſt, vocalia.

CLIX [130] *Canaliculam.*

Nonius: Canalis Feminino; Lucilius ὑποκοριϛικῶς Canaliculam dicit.

CLX *Corolla.*

Iſidorus Orig. lib. XIX. *cap.* 30. Primum ornamentum Corona inſigne victoriae; ſive Regii honoris ſignum, quae ideo in capite Regum ponitur ad ſignificandum circumfuſos [a] in orbe populos, quibus accinctus, quaſi caput ſuum, coronatur. Haec à Lucilio Corolla, ab Homero ϛεφάνη dicta eſt.

CLXI [131] *Vappones.*

Probus in Catholicis nominum.

CLXII

VARIAE LECTIONES.

a f. *in orbem.*

NOTAE.

eo Latinum: *Ninguis, nivis*. Priſcianus lib. VI. *Nix nivis, antiqui tamen etiam ninguis dicebant.*

130 *Canaliculam.*] Varro Rei ruſticae lib. III. c. 5. *Intra retem aves ſunt omne genus, maxime cantrices, ut luſciniolae ac merulae, quibus aqua miniſtratur per canaliculam, cibus objicitur ſub retem.*

131 *Vappones.*] Perperam Lucretio vocem hanc adſcribi multi monuerunt.

132

CLXII *Aquilum.*

Gloſſarium: Aquilum μέλαν, ὡς Αὐκίλλιος.

CLXIII [132] *Gulioca καρυοτόμια. Gulliocae.*

Gloſſarium: Gulioca. καρυοτόμια Galliocae κάρυα μακρὰ παρὰ Λυκιλλίῳ.

CLXIV *Arnobius adverſ. Gent. lib.* II. Quia *Fornicem* Lucilianum, & Marſyam Pomponii obſignatum memoria tenetis.

CLXV *Idem lib.* V. Ocriſiam prudentiſſimam foeminam Divos inſeruiſſe genitali: explicuiſſe motus certos. Tunc ſancta & ferventia numina [133] *Vim vomuiſſe* Lucilii, ac Regem Servium natum eſſe Romanum.

CLXVI *Hieronymus ad Chromatium*: Secundum illud de quo [134] *ſemel in vita Craſſum* ait *riſiſſe* Lucilius: *Similem habent labra lactucam, aſino carduos comedente. Idem ad Demetriadem*: *Et M. Craſſum ſemel in vita* ſcribit *riſiſſe* Lucilius. *Idem adverſus Ruffinum*: Ego certe ut homini ſeveriſſimo riſum mo-

NOTAE.

132 *Gulliocae.*] Feſtus: *Gulliocae nucum juglandium ſumma & viridia putamina.* Verba Gloſſarii ita ut ea Joſ. Scaliger legenda duxit poſuimus. nam lectio vulgata longe corruptiſſima ita habet: *Gulluca, καρσιοδομία, & Gutilli, ocae κάρσια, μακρὰ παρὰ Λυκιλλίῳ.*

133 *Vim vomuiſſe.*] Vim αὐτομάτητα illam intelligi docet Joſ. Scaliger in Priapeia: quam voluerit exprimere ad verbum Graecorum θόρον. nam etiam θόρος eſt *vis*, & inde θουρὸς *violentus.*

134 *Craſſum ſemel riſiſſe in vita.*] Sidon.

Tam Cenſorius haud fuit vel ille,
Quem riſiſſe ferunt ſemel in aevo.

De eodem Plinius Nat. Hiſt. lib. VII. cap. 19. *Ferunt Craſſum, avum Craſſi in Parthis interemti, nunquam riſiſſe, ob id Agelaſtum vocatum.*

Digitized by Google

moveam, ut imiteris aliquando *Craſſum, quem ſemel in vita riſiſſe* ſcribit Lucilius. *Cicero de Finib. lib.* v. Dicimus aliquem hilare vivere. Igitur ſi ſemel triſtior effectus eſt, hilara vita amiſſa eſt? At hoc in eo *M. Craſſo, quem ſemel* ait *in vita riſiſſe* Lucilius, *non contigit, ut ea re minus ἀγέλαςος*, ut ait idem, vocaretur. *Idem Tuſculan. Quaeſt. lib* III. Nec vero ea frons erat, quae *M. Craſſi* illius veteris, quem *ſemel* ait *in omni vita riſiſſe* Lucilius, ſed tranquilla & ſerena. *Macrobius Saturnal. lib.* II. *cap.* I. Neque ego ſum neſcius, vos nec triſtitiam nec nubilum vultum in bonis ducere, nec Craſſum illum, quem Cicero auctore Lucilio *ſemel in vita riſiſſe* ſcribit, magnopere mirari. *Aſconius Paedianus in Orat. Cic.* II. *contra Verrem ad illa: Semel ait ſe in vita perticuiſſe contumaciam Verris praecipitem.*] Nam ſemel vicinum eſt ad pene numquam; ex eodem ſenſu eſt, quod *ſemel in vita riſiſſe Craſſum* ſcribit Lucilius. unde Virgilius mihi videtur dixiſſe:

Tum primum noſtri Cacum videre timentem.

Ammianus lib XXVI. Exceſſit autem vita Procopius anno 40. menſibus 10. corpore non indecoro, nec mediocris ſtaturae, ſubcurvus, humumque intuendo ſemper incedens, perque morum triſtium latebras illius ſimilis Craſſi, quem *in vita ſemel riſiſſe* Lucilius affirmat & Tullius.

CLXVII *Plinius Nat. Hiſt. lib.* VIII. *cap.* 48. *De generibus lanarum & veſtium loquens: Crebrae Papaveratae* antiquiorem habent originem, jam ſub Lucilio Poëta *in Torquato notatae.*

CLXVIII *Servius in* VIII. *AEn. Virg. ad illum locum:*

cum: —— viridique in littore conſpicitur ſus.] [135] Horat. — & amica luto ſus. Sciendum tamen hoc, eſſe vitioſum in monoſyllabum finiri verſum, *niſi forte ipſo monoſyllabo minora explicentur animalia*, *ut*, Parturient montes, naſcetur ridiculus mus. *gratioſiores enim ſunt iſti verſus* ſecundum Lucilium.

CLXIX *Cicero in Bruto de L. Craſſo loquens*: Multae deinde cauſſae: ſed *ita tacitus Tribunatus*, *ut niſi in eo magiſtratu caenaviſſet apud Praeconem Granium*, *idque nobis bis narraviſſet Lucilius*, Tribunum Plebis neſciremus fuiſſe.

CLXX [136] *Quintilianus lib.* I. *cap.* 5. *Inſt. orat.* Taceo de *Tuſcis & Sabinis & Praeneſtinis*, *quorum ſermone utentem Vectium Lucilius inſectatur.*

CLXXI *Commentator Vetus Horatii lib.* II. *Sat.* I. *ad illa*: —— *me pedibus delectat claudere verba Lucili ritu noſtrum melioris utroque. Ille velut fidis arcana ſodalibus olim Credebat libris.*] Hoc Lucilius ex Anacreonte traxit & Alcaeo Sapphoque Grae-

NOTAE.

135 Ejus rei exemplum in Virgilio & Horatio laudat Quintilianus lib. VIII. cap. 3. his verbis: *At Virgilii miramur illud:*
—— ſaepe exiguus mus.
nam epitheton exiguum aptum proprium effecit ne plus exſpectaremus: & caſus ſingularis magis decuit, & clauſula ipſa unius ſyllabae non uſitata addidit gratiam. Imitatus eſt itaque utrumque Horatius:
—— naſcetur ridiculus mus.

136 Vectium quendam familiarem Lucilii nominat Suetonius de illuſtr. Gramm. Et puto eundem eſſe cujus ita Cicero meminit in Bruto: *Atque etiam apud ſocios & Latinos oratores habiti ſunt: Q. Vectius Vectianus è Marſis quem ipſe cognovi, prudens vir & in dicendo brevis.* Fortaſſean autem huc pertinuerit vox Praeneſtinorum *Tongere*, quod eſt εἴδειν. quam è Lucilii XXIII. Satyrar. libro adfert vetus Gloſſarium Fornerii, & Lucilius eam in Vectio irriſiſſe videri poteſt. Similiter autem Attius & Plautus Praeneſtinos inſectatur, quod *tammodo*, & *Conia* dicerent.

cis Lyricis, quos ait Ariſtoxenus libris propriis amicorum loco uſos fuiſſe. Dicitur enim Lucilius *vitam ſuam ſcripſiſſe*, *& non ſibi peperciſſe*.

CLXXII *Prophyr. in Hor. lib.* II. *Sat.* II. *ad illud: Primum nam inquiram, quid ſit furere.*] Oſtendit quid ſit furor, ut Lucilius ——

CLXXIII *Donatus in Adelp. Ter. Act.* III. *Sc.* I. *ad illa: E re nata melius fieri haud potuit.*] Sic proprie dicimus de iis quae contra voluntatem noſtram acciderunt: ut nunc vitium virginis. Ergo e re nata, ex vitio virginis. Sic Lucilius, p—i—i—

CLXXIV *Feſtus*: *Rauam* vocem ſignificare ait Verrius raucam, & parum liquidam proxime canum latratum ſonantem, unde etiam cauſidicus pugnaciter loquens, *rabula* appellabatur, ut eſt apud Lucilium —

CLXXV *Idem*: *Remillum* dicitur quaſi repandum — Lucilius, *ſudae* — *remilium.*

CLXXVI *Idem*: *Suberies* arboris genus ex qua cortex natatorius detrahitur, Lucilius — *ti hibernacul.*

LXXVII *Gloſſarium*: *Mutonium* προβασκάνιον, ὡς Λουκίλλιος.

VER-

VERSUS

Aliquot citati quidem omiſſo auctoris nomine aut perperam adſcripto, à doctis tamen LUCILII eſſe exiſtimati.

*

CLXXVIII —— [137] *Cujus non audeo dicere nomen?*
Quid refert, dictis ignoſcat Mutius, an non?

Juvenalis lib. I. *Sat.* I. —— unde illa priorum
Scribendi, quodcumque animo flagrante luberet,
Simplicitas; *Cujus non audeo dicere n. &c.*

CLXXIX —— [138] *Granius autem*
Non contemnere ſe, & reges odiſſe ſuperbos.

Ci-

NOTAE.

137 *Cujus non audeo dicere nomen*] Ita geminos hos verſus Lucilio ex Juvenale redonavit Pater, admonente ſe ipſius Aquinatis Poëtae ſententia. per *Priores* enim Lucilium ipſum deſignari arbitratur: cujus tanta fuit in ſcribendo acrimonia ac libertas (quam Satyrice Juvenalis *Simplicitatem* appellat) ut nominibus non modo veris ſed etiam magnis auſus fuerit abuti. Haec & plura Pater in Commentariolo ſuo ad Horatium cap. 12. quam ſententiam ejus validiſſime confirmat veteris Commentarii auctoritas, ubi ad vocem *priorum* annotatum legitur *Lucilii & caeterorum.* & duobus poſt verſibus: *Pone Tigillinum nunc, ſicut olim Mutium Lucilius, ut Perſius:*

—— *ſecuit Lucilius urbem*
Te Lupe, te Muti, & genuinum
fregit in illis.

ad quae item Gloſſae ineditae: *Mutius fortiter, & ſapienter tulit, quicquid in eum à Lucilio dictum eſt.*

138 *Granius autem non contemnere.*] Hunc ſeſquiverſum Lucilianum eſſe, atque ita conſtituendum. ut edidimus, cenſet eruditiſſimus Simeon Boſius, hoc ſenſu: Granius, inquit, quem potentiores deſpiciebant, ipſe ſe non contemnebat, ſed plurimi faciebat: idem Reges oderat ſuperbos, hoc eſt, magnates illos qui ipſum deſpectui habebant. Confirmat autem doctiſſimi viri ſententiam Lucilianiſſimus iſte Granius, quem familiarem ad-

Digitized by Google

Cicero ad Attic. lib. VI. *Epiſt.* III. Omnino (ſoli enim ſumus) nullas unquam ad me literas miſit Brutus; ne proxime quidem de Appio, in quibus non ineſſet arrogans, ἀκοινονόητον aliquid; tibi autem valde ſolet in ore eſſe, —— *Granius autem Non contemn. &c. Idem lib.* II. *Epiſt.* VIII. Ipſe vero [Curio] mirandum in modum, —— *reges odiſſe ſuperbos.*

CLXXX [139] *Quid? puto te in hoc aut riſiſſe, aut ingemuiſſe,*
Ut frontem ferias. ——

Cicero ad Att. lib. I. *Epiſt.* I. Competitores, qui certi eſſe videantur, Galba & Antonius, & Q. Cornificius. —— *Puto te in hoc &c.*

CLXXXI *Diſpliceo mihi, nec ſine ſummo ſcribo dolore.*

Cic. ad Att. lib. II. *Epiſt.* XVIII. Sed de Repub. non libet plura ſcribere. *Diſpliceo mihi, nec, &c.*

CLXXXII

NOTAE.

modum Poëtae noſtro fuiſſe conſtat. Lucilius ipſe lib. XI. Satyr.

Conjicere in verſum dictum praeconi' volebam
Grani. ——

Cicero in Bruto: *Ego memini T. Tincam Placentinum hominem facetiſſimum cum familiari noſtro Q. Granio Praecone dicacitate certare. Eone inquit, Brutus, de quo multa Lucilius? iſte ipſe: ſed Tincam non minus multa ridicule dicentem Granius obruebat neſcio quo ſapore vernaculo.* Idem ibidem: *Multae deinde cauſſae* (de L. Craſſo loquitur) *ſed ita tacitus Tribunatus, ut niſi in eo magiſtratu coenaviſſet apud Praeconem Granium, idque nobis bis narraviſſet Lucilius, Tribunum plebis neſciremus fuiſſe.* Alias aliorum de hoc verſu conjecturas, & cenſuras non hic repeto. Hieron. Columnam & Paullum Merulam ad Annales Ennii, ſi operae eſt, conſulito.

139 *Quid? puto te in hoc aut riſiſſe.*] Et hunc ſeſquiverſum Lucilianum eſſe, ut & proxime ſequentem, ſagaciſſime odoratus eſt Cl. V. Franc. Junius, columen Lycaei noſtri: qui hactenus neglecti, & pro libera oratione habiti. Praepoſitio *in* ſequente h. producitur.

140

CLXXXII [140] [a] *O domus antiqua, heu quam diſpari dominare domino.*

Cicero de Officiis lib. I. Aliter ampla domus dedecori ſaepe domino ſit, ſi eſt in eo ſolitudo: & maxime ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari. odioſum eſt enim cum à praetereuntibus dicitur: *O domus antiqua &c.* Quod quidem his temporibus in multis dicere licet. *Idem in* II. *adverſ. M. Antonium*: O tecta ipſa miſera? *quam diſpari domino* (quamquam quomodo iſte dominus?) ſed tamen quam à diſpari tenebantur? Studiorum enim ſuorum M Varro voluit eſſe illud, non libidinum diverſorium.

CLXXXIII [141] *Suſtineat currum, ut bonu' ſaepe* [142] *agitator, equosque.*

Cic. ad Att. lib. XIII. *Epiſt.* XXI. Inhibere illud tuum quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet: eſt enim verbum totum nauticum. quanquam

VARIAE LECTIONES.

a Hier. Colum. *O domus Anci, heu q. d. domino dominaris.*

NOTAE.

140 *O domus antiqua.*] Et hic verſus Joſephi Scaligeri judicio Poëtae noſtro adſcribendus eſt, quem putat idem ex iis libris fuiſſe, quos jambico aut trochaico carmine ſcripſerat Lucilius, alii eum Ennio tribuunt, ſed nullis certis rationibus innixi.

141 *Suſtineat currum.*] Etiam hunc verſum docti viri eſſe Lucilii exiſtimant, quantumvis in Cicerone legendum ſit: *Nec eſt melius quidquam, quam ut Lucullus Suſtineat currum, ut bonu' ſaepe agitator equosque*, non *Lucilius.* nam intellexit dubio procul locum illum lib. IV. Academ. Quaeſt. ubi ex perſona L. Luculli ſic loquitur: *Ego enim ut agitator callidus, prinſquam ad finem veniam, equos ſuſtinebo.* Nam Attici ſententiam ſequutus, *equos inhibebo*, mutaverat: quod tamen ſibi nunc minime probari dicit.

142 *Agitator.*] Gloſſarium: *Auriga, agitur, ἡνίοχος, ἐλάτης.* emenda: *Auriga, agitator*, nam & alibi in eodem Gloſſario legitur: *Agitat, ἐλαύνει, Agitator ἡνίοχος, ἐλάτης.*

143

quam id quidem ſciebam: ſed arbitrabar Suſtineri remos, cum Inhibere eſſent remiges juſſi. id non eſſe ejuſmodi didici heri, cum ad villam noſtram navis appelleretur. non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant. id ab ἐποχῇ remotiſſimum eſt. quare facies, ut ita ſit in libro, quemadmodum fuit. dices hoc idem Varroni, niſi forte mutavit. nec eſt melius quicquam quam ut Lucullus *Suſtineat currum, ut &c.* ſemperque Carneades προβολήν pugilis, & retentionem aurigae, ſimilem facit ἐποχῇ.

CLXXXIV [143] *Atque aliquos* [a] *ibus ab rebus clepſere foroque.*

Varro lib. VI. *de L. Lat. Clepſere* dixit, unde etiam alii *Clepere*, id eſt, *Corripere*; quorum origo à *Clam*, ut ſit dictum Clapere, & ex e, a commutato, ut multa, eſt factum *Clepere*. Poteſt & à Graeco dictum, κλέπτειν.

CLXXXV [144] *Tantidem quaſi foeta canes ſine dentibu' latrat.*

Varro lib. IV. *de L. Lat.* Utrum primum *Una Canis* an Canes ſit appellata. Dicta enim apud veteres *Una Canes.*

CLXXXVI

VARIAE LECTIONES.

a ex emendatione Scal.

NOTAE.

143 *Atque aliquos ibus ab rebus,*] Ita verſus hic emendandus, atque huc transferendus, de ſententia Joſ. Scaligeri. nam falſo Lucretio tribuitur, & ſine ſenſu ac numeris vulgo legitur: *Atque aliquos ibi ab rebus clepſere foro.*

144 *Tantidem quaſi faeta canes.*] Hunc quoque verſum Lucilii eſſe, delendumque nomen Ennii apud Varronem, Joſ. Scaliger autumat.

145

CLXXXVI [145] *Non fruſtillatim, nec minutatim dari.*

Nonius: *Fruſtatim & Fruſtillatim* per fruſta, ut minutatim.

CLXXXVII [146] *Priverno Oufentina venit, fluvioque Oufente.*

Feſtus: *Oufentinae Tribus* initio cauſſa fuit nomen fluminis *Oufens*, quod eſt in agro Privernate, inter in mare & Terracinam. Poſtea deinde à Cenſoribus alii quoque diverſarum civitatum eidem tribui ſunt adſcripti.

CLXXXVIII

NOTAE.

145 *Non fruſtillatim.*] Cohaerent haec apud Nonium cum Pomponii fragmento, ſic: *Verum illi valent, qui luctantur cum leonibus, ut eo objectas fruſtatim paſſerinum prandium ſaturarum, non fruſtillatim, nec minutatim dari.* Quae male coaleſcentia commode diviſit, ac diſtraxit Had. Junius nomine Lucilii interpoſito: *Lucilius Satyrarum: Non fruſtillatim, nec minutatim dari.*

146 *Priverno Oufentina venit.*] Perperam Lucretium pro Lucilio apud Feſtum citari monet Scaliger. In antiquis monumentis urbium transpadanae Galliae ubique haec nota legitur OUF. quam Oufentinam tribum ſignificare docet Andr. Alciatus. Peregrinos enim, qui ad jus civitatis Romae admiſſi nomen Romanum aſſumſerant ſolitos eſſe plaerunque in Oufentina tribu nomen dare. Hinc vero manifeſto dilucet recte atque Latine à Parente meo ſcriptitatum hactenus DOUSA. nam diphthongum OV. Romanis etiam in uſu fuiſſe docet diſertim Victorinus lib. I. de Orthographia de diphthongo ea loquens: *Quod apud illos* (Graecos) *junctum o litera v facio ſyllabam, noſtri etiam, quoties ejuſdem ſoni longa ſyllaba ſcribenda eſſet & ipſi V adjungebant O litera. Inde ſcriptum legitis* LOUCETIOS, NOUNTIOS *&* LOUMEN *& caetera.* Hinc apud eundem legitur, OUVIUS & OUVERTIT pro obvius & obvertit. Sic in veteribus monumentis: INDOUCEBAMUS, COURATO, JOUSSIT, JOUDICAVERUNT. & alia. In nominis autem noſtri ſcripturam placuit nuper Viro inter magnos maximo extemporali epigrammate ludere, quod quoniam nondum lucem vidit, lectori hîc exhibere non dubitavi:

DOUSA ille cujus exprimendis dotibus
Vix litterae omnes litterarum ſint pares,
Scribatur opto una imminutus littera,
Quae quarta cunctis dicitur vocalium.
Cauſſam rogas? cauſſam ipſe jam nunc dicere
Ipſo ſedente ſim paratus Lipſio.

147

CLXXXVIII [47] *Graecia Sulpicio ſorti data, Gallia Cottae.*

Iſidorus Orig. lib. I. *cap.* XXXV. Zeugma eſt clauſula, cùm plures ſenſus uno verbo clauduntur, quae fit tribus modis. Nam aut in primo, aut in poſtremo, aut in medio id verbum ponitur. In primo, ut, Vertitur oenophoris fundus, ſententia nobis. in medio, ut, *Graecia Sulpicio ſorti &c.*

CLXXXIX

NOTAE.

147 *Graecia Sulpicio ſorti data.*] Etiam hunc abſolutiſſimum verſum, qui hactenus ſub incerto Poëta latuit, ſub Lucilii ſigna revocandum indicavit nobis Joſ. Scaliger. cui ut accedamus multa ſimul impellunt. Imprimis ſermonis priſci veſtigia. nam *ſorti* pro *ſorte*, hoc eſt, dativus pro ablativo poſitus. de quo adi Priſcianum lib. VII. tum temporis ipſius ratio. (ne quis Ennio potius aſſcribendum contendat, qui jam vigintiquinque annis ante deceſſerat.) nam Ser. Sulpicii Galbae, & L. Aurelii Cottae conſulatus incidit in annum V. C. DCIX. Poſtremo, & quae validiſſima ratio eſt, huc me movet Iſidorus ipſe. is enim ibidem loci, ubi poſtea hunc verſum adducit, prius citaverat alterum, nec libri, nec auctoris alicujus titulo itidem appoſito:

Vertitur oenophoris fundus, ſententia nobis.

quem non minus Lucilii eſſe apparet ex Nonio, qui illum ex tertio ejuſdem Satyrar. libro producit. Porro verſus hic veterum Romanorum morem comprobat, ex quo Legati & Conſules ſorte olim lecti & miſſi in provincias, de quo J. Lipſius ad Tacitum lib. IV. Hiſtoriarum. cui rei magis firmandae en tibi praeter hoc Lucilii, à Cicerone exemplorum trigam clariſſimo viro inviſam aut neglectam; pro Ligario: *Ruberonis ſors conjecta eſt ex S. C. cum ipſe non adeſſet, morbo etiam impediretur.* & paulo poſt: *Africam, quo Senatus eum ſorsque miſerat.* Idem in Familiar. epiſt. *Appius dixit ſeſe, ſi licitum eſſet legem Curiatam ferre, ſortiturum cum collega eſſe provinciam.* Poteſt autem videri idem verſiculus acerbe detortus in Sulpitium & Cottam. cum enim uterque contenderent, ut in Hiſpaniam adverſus Viriatum mitterentur, cujus potentia tum Romanis formidabilis erat, neuter eorum obtinere id potuit. Quam rem ita refert Valer. Maximus lib. VI. VI. cap. IV. *P. Scipio AEmilianus, cum Ser. Sulpicius Galba, & Aurelius Cotta Conſules in ſenatu contenderent, uter adverſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur, ac magna inter patres conſcriptos diſſenſio eſſet, omnibus, quonam ejus ſententia inclinaretur, exſpectantibus, Neutrum, inquit, mihi mitti placet, quia alter nihil habet, alteri nihil ſatis eſt. AEque malam licentis imperii magiſtram judicans inopiam, atque avaritiam. Quo dicto, ut neuter in provinciam mitteretur, obtinuit.*

148

CLXXXIX 148 *Ructantur juvenes, & ſputis omnia foedant.*

Nicol. Perottus in Martialem ad Epigr. CXVI. *in Feſcenniam.*

CXC —— 149 *Ore ſalem exſpiravit amarum.*

Hieron. Columna in Explicationib. fragmentor. Ennii.

CXCI —— 150 *quanquam fuit ipſe.*

Cicero ad Att. lib. IV. *Epiſt.* VII. Quid enim vereris quemcunque haeredem fecerit? niſi Publium fecit. verum fecit non improbum, *quanquam fuit ipſe.*

CXCII —— 251 [a] *clopo*

Subſidio occurrat. ——

Cic.

VARIAE LECTIONES.

a ex reſtitutione Franc. Junii, vide Notas.

NOTAE.

148 *Ructantur juvenes.*] Unde Perottum verſum hunc Lucilii habere dicam neſcio. nam apud nullum equidem veterum ſcriptorum invenire eum potui. quare dicamus neceſſe eſt, illum ex manuſcripto aliquo Grammatico depromſiſſe, ac in noſtris libris hodie deſiderari. & certe, ſi quis conjecturae hic locus, putarim à Feſto citatum fuiſſe in *Ructare.*

149 *Ore ſalem exſpiravit amarum.*] Refertur hoc ἀκροτελεύτιον ab Hieron. Columna: quod unde nactus ſit, id ipſum ſcire oportet ſcilicet, mihi non liquet. Huc unice facere locum Plauti è Sticho monuit me Pater, ubi Antipho pater ſatagenti ſibi filiae oſculum dare reſpondet. AN. *ſat eſt mihi oſculi veſtri.* PI. *Quo amabo pater?* AN. *Quia ita meae animae ſalſura evenit.*]

150 *Quamquam fuit ipſe.*] Acroſtichium Lucilianum, ut Clariſſ. Franc. Junius opinatur.

151 —— *clopo Subſidio occurrat.*] Etiam haec verba à Lucilio eſſe clariſſ. Fr. Junius autumat, finem principiumque verſus Heroici. ad quorum interpretationem haec ibidem addit: *Clopo*, vel *Cloppo* pro *Clippo*, quod in MSS. duobus legitur. *Claupus* διὰ συγκοπῆς pro claudipus. ut clauſus pede, appellatur claudus, niſi quis forte διὰ συγκοπῆς

ex

Cic. ad Att. lib. XII. *Epiſt.* III. Ac vereor, ne iſte auctionem nullam faciat: ſed ludis factis — *cloppo Subſidio occurrat*, ne talis vir ἀλογηθῇ ſed μελήσῃ.

CXCIII — [152] *nae ridicule mihi cillus.*

Cic. ad Att. lib. XIII. *Epiſt.* XLIX. Ad Caeſarem quam miſi epiſtolam, ejus exemplum fugit me tum tibi mittere: nec id fuit, quod ſuſpicaris, ut me puderet tui — *nae ridicule mihi cillus.* Nec mehercule ſcripſi aliter, ac ſi πρὸς ἴσον ὅμοιόνque ſcriberem.

NOTAE.

ex Graeco duci maluerit, χωλὸς τὰς πόδας. Ac poſt diphthongum quidem, ut obſervat Velius, non fuit legitimum literam geminari, ſed poſt ſimplicem vocalem ο, ut ſcriberetur *Cloppus*, & ita eſt in Gloſſario vetere: *Clóppus* χωλὸς. *Subſidium* igitur *Cloppum* ut *clauda fides* apud Silium lib. XIII. eſt incertum atque inſtabile, ſive ex infirmitate, ſive ex malitia certoque conſilio: quam inſtabilitatem qui colunt, Graecis & Latinis, ut Haebraeis, dicuntur claudicare. Dicit ergo Tullius, vereri ſe, ne quum prope eſſe videbitur, ut confiant omnia, tum Caeſar *Cloppo ſubſidio occurrat*, totamque rationem illius nominis mutet arbitratu ſuo. Haec Junius in Notis ad epiſtolas ad Attic.

152 *Nae ridicule mihi cillus.*] Et hoc acroſtichium Lucilianum eſſe putat Fr. Junius, quo Tullius commodiſſime utatur, hac mente: *Nae ridicule*, inquit, id à me eo conſilio factum putaveris. *Mihi cillus*, id eſt, ut Plautino ſermone utamur, mihi ſupercilium ſalit, quum de genere illius epiſtolae & modo cogito: adeo omnibus etiam bonis probatum iri ſpondeo. Eſt autem *Cillus* à cinno dictus, quomodo & *cirrus*. *Cinnus* autem modo pro capillo cirrato ſumitur, & ab eo *cinnae* βοστρυχωτοὶ, modo pro cilio. Gloſſarium: *Cinnus* ἐπισκύνιον. Ab hac ſignificatione orta ſunt *Cirrum* & *cinnum* νεῦμα, ibidem, *cillus*, vel *cillum* & forma adjectiva *cilium* eodem ſignificatu omnia. Haec Franciſcus Junius.

C. LU-

C. LUCILII
Quae ſuperſunt
EX LIBRO I. SATYRARUM
RELIQUIAE.

*

SERVIUS *in* X. *AEn. Virgilii ad illum locum: Accipite ergo animis, atque haec mea figite dicta*] *Totus hic locus de Primo Lucilii tranſlatus eſt, ubi in-*

NOTAE.

Inſtituerat Lucilius hoc libro Deorum concilium, in quo inducebantur primum Dii conſultare de interitu Lupi cujuſdam Judicis rei ac in Rep. ducis, hominis potentis & factioſi, poſtea autem ſinguli inter ſe ſententias dicere: ut quidem Serviana Commentaria quamvis mutila ac decurtata indicium faciunt nobis. Eorum auctoritate ſubnixi, quaecunque ex fractis hiſce tabulis eo quaſi obtorto collo trahere potuimus, probabilibus tamen rationibus illuc inducti, quamvis in tam acciſis ac disjectis reliquiis difficulter tale quid arbitrari poſſit, operae non pepercimus noſtrae, quam feliciter, aliorum arbitratus eſto. Lupus ille, de quo hoc libro actum dicit Servius, quis fuerit, indicat nobis plane vetus Horatii Interpres ad eum locum libri II. Sermonum Satyra I.

Famoſiſque Lupo cooperto verſibus.

Ubi addit: *P. Rutilius Lupus Conſul fuit cum L. Julio Caeſare anno ab urbe condita* DCLXIV. ubi male temporis rationem ſubductam licet agnoſcas, eorum enim Conſulatum non in DCLXIV. annum urbis conditae, ſed proxime praecedentem incidiſſe ſcriptorum pariter conſentientium auctoritas ſatis confirmat. De eodem autem Lupo ita Lucilius ipſe per dialogiſmum ſcribit lib. Satyr. XXIX.

—— Hoc quum feceris,
Cum caeteris reus una tradetur
Lupo:
Non aderit: ἀρχαῖς hominem &
στοιχείοις ſimul
Privabit: quum igni & aqua interdixerit, duo
Στοιχεῖα habet, id maluerit:
privabit tamen.

Quos verſus libenter etiam huc tranſtuliſſem, niſi Jambicorum numerorum ratio non movendos loco clamaſſet.

inducuntur Dii habere concilium, & agere primo de interitu Lupi cujuſdam Judicis rei, poſtea ſententias dicere. Sed hoc, quia indignum erat Heroico carmine, mutavit Virgilius, & induxit primo Jovem loquentem de interruptis faederibus, cujus orationem interrupit Venus: poſt ſecuta Junonis verba ſunt, quibus redarguit Venerem.

*

I [1] *Concilium ſummis hominum de rebus habebant.*

Servius in IX. *AEn. ad illum verſum Virg. Concilium ſummis regni de rebus habebant.*] Lucilii verſus eſt uno tantum ſermone mutato.

II [2] [a] *Vellem concilio veſtrum, quod dicitis, olim*
Caelicolae; vellem inquam adfuviſſemu' priore
Concilio. ——

Jul. Rufinianus de figuris ſententiarum & elocutionis: Epanalepſis repetitio ſententiae propter aliam neceſſariam cauſſam, non ut fit in figuris elocutio-

VARIAE LECTIONES.

a Ita reſtituo hos verſus.

NOTAE.

1 *Concilium ſummis hominum.*] Hic verſus, quamvis ſine libri numero à Servio adferatur, hunc tamen locum quaſi proprium ſibi depoſcere viſus eſt; quo dixerit Poëta ſuperos concilium de rerum humanarum ſumma habuiſſe.

2 *Vellem concilio veſtrum.*] Et hos verſus ita ſenſui & numeris à ſe reſtitutos ad librum hunc pertinuiſſe non vane hariolatur Pater, cenſetque à Jove ipſo productos, ut reliqui Dii de concilio prius à ſe ſolis Jove abſente habito mentionem feciſſe à Poëta inducti fuerint. Joſ. Scaliger addito praeterea tertio verſu ex incerto Satyrarum libro ab Aſconio allato ita totos conſtituendos putat:

Vellem cum primis, fieri ſi forte potuiſſet,
Vellem concilio veſtrum, quod dicitis, olim,
Vellem Caelicolae veſtrum adfuiſſe priore
Concilio ——

Ubi elegantem repetitionem τοῦ *Vellem*, καὶ τοῦ *Veſtrum* obſerva.

3 Ut

tionis. ſic apud Lucilium: *Vel concilio veſtrum quod dicitis olim Coelicolae adfuiſſemus priore Concilio.*

III [3] *Ut nemo ſit noſtrum, quin pater optimu' Divum,*
Ut Neptunu' pater, Liber, Saturnu' Pater, Mars,
Janu', Quirinu' pater, [a] nomen dicatur ad unum.

Lactantius lib. IV. *cap.* III. *Divin. Inſt.* Multorum autem Deorum cultus non eſſe ſecundum naturam, etiam hoc argumento colligi poteſt, & comprehendi. Omnem Deum, qui ab homine colitur, neceſſe eſt inter ſolemnes ritus & precationes *Patrem* nuncupari, non tantum Honoris gratia, verum etiam rationis; quod & antiquior eſt homine, & quod vitam, ſalutem, victumque praeſtat, ut Pater. Itaque ut *Jupiter* à precantibus *Pater* vocatur, & *Saturnus* & *Janus* & *Liber*, & caeteri deinceps, quod Lucilius in Deorum Concilio irridet.

IV —— [4] *Tubulus ſi Lucius unquam,*

Si

VARIAE LECTIONES.

a f. *omnes dicuntur*, vel potius, *omnes dicamur*.

NOTAE.

3 *Ut nemo ſit noſtrum.*] Haec ad idem Deorum concilium referenda, ſi non res ipſa, certe Lactantii verba manifeſto nos arguerent, qui Lucilium ea in Deorum concilio irriſiſſe ſcribit, & videntur etiam ex Jovis perſona accipienda.

4 *Tubulus ſi Lucius unquam, Si Lupus.*] Ut haec quoque ad hunc librum pertinuiſſe putaremus (nam apud Ciceronem nullus libri numerus agnoſcitur) perſuadebat, & quaſi manu ducebat Lupus iſte, cujus impietatis & Deorum neglectus etiam commeminit Obſequens: *Rutilius Lupus*, inquit, *ſpretis religionibus, quum in extis caput non inveniſſet jecineris, amiſſo exercitu in praelio occiſus eſt.* Lucius vero Tubulus iſte quis fuerit, licet penitus ex Cicerone cognoſcere, ita graphice deſcribentis eum in oratione pro Scauro: *Si mehercule, judices, pro Lucio Tubulo dicerem, quem unum ex omni memoria ſceleratiſſimum & audaciſſimum fuiſſe accepimus, tamen non timerem venenum hoſpiti aut con-*

R 2 vi-

Si Lupus, [5] *aut Carbo, aut Neptuni filiu'* [a] *Dives*
Eſſe putaſſet, 'tam impius, aut perjuru' fuiſſet?

Cicero de Natura Deor. lib. I. Quid de ſacrilegis, quid de impiis perjuriſque dicemus? —— *Tubulus ſi Lucius unquam, Si Lupus, aut Carbo, aut Neptuni filius,* ut ait Lucilius, *putaſſet eſſe Deos, tam perjurus, aut tam impius fuiſſet?*

V *Quo pacto populum atque urbem* [6] *ſervare* [b] *potiſſit*
Ampliu' Romanam. ——

Chariſius lib. II. *Amplius.*

VI —— [7] *ut multos menſeſque dieſque,*

Non

VARIAE LECTIONES.

a ita puto ſcripſiſſe Lucilium, vel potius —— *ullos Dives eſſe putaviſſet, ſit impius unquam, Aut perjuru' fuiſſet.* —— a al. *potis ſit.* f. *ſint.* b Ita reſtituo hos verſus.

NOTAE.

vivae ſi diceretur coenanti ab illo datum, cui neque haeres neque iratus fuiſſet. quem locum exponens Aſconius, *Lucius hic Tubulus,* inquit, *Praetorius fuit aetate patrum Ciceronis; is propter multa flagitia, cum de exſilio accerſitus eſſet, ne in carcere necaretur, venenum bibit.* De eodem Cicero libris II. & V. de Finib.

5 *Aut Carbo, aut Neptuni filius.*] Puto legendum cum magno Scaligero, *aut Carbo Neptuni filius.* extrita vocula *aut* tanquam ſuperflua. ut vocaverit Lucilius Carbonem iſtum filium Neptuni: nam ita dictos homines feros & immanes auctor eſt A. Gellius lib. XV. cap. 21. Noct. Attic. Quem vero Carbonum hoc loco tangat Poëta, pro certo affirmare non auſim, quum Cicero tres fratres pariter improbiſſimos hoc nomine recenſeat Epiſtolarum ad Famil. lib. IX. cujus verba haec ſunt: *Cognovimus Cn. Carbonem, & ejus fratrem ſcurram, quid his improbius? de hoc amico meo Rubriae filio nihil dico. Tres illi fratres fuere, C. Cn. M. Carbones. Marcus P. Flacco accuſante condemnatus, fur magnus ex Sicilia. Cajus accuſante L. Craſſo cantharidas ſumſiſſe dicitur. is & tribunus plebis ſeditioſus & P. Africano vim attuliſſe exiſtimatus eſt.*

6 *Servare potiſſit.*] Alii *potis ſit* vocibus diviſis, id eſt, poſſibile ſit. & ita Plautus. Dicuntur & haec in Concilio Deorum.

7 *Ut multos menſeſque dieſque.*] Hanc veram horum verſuum ſcripturam Donato & Nonio quaſi inter ſe collatis conſtituit Pater. Sententia aptiſſima ac apertiſſima, quae nulla antea ex

fra-

Digitized by Google

Non tamen aetatem tempeſtate hac ſceleroſi
Laetentur. ——

Donatus in Eunuchum Act. IV. *Sc.* V. *ad illa Terentii: Jamdudum aetatem lites ſunt inter eos factae maximae.*] Jamdudum aetatem pro longinquo tempore. Lucilius: —— *ut multum menſesque diesque Non tamen aetatem. Nonius: Sceleroſi* pro ſcelerati. Lucilius lib. I. *Non tamen aetatem tempeſtatem hanc ſceleroſi Mirentur.*

VII [8] *Haec ubi dicta dedit, pauſam facit ore loquendi.*
Nonius: *Pauſa* eſt quies alicujus rei.

VIII 9 [a] *Nec ſi Carneaden ipſum ad nos Orcu' remittat.*
Lactantius lib. V. *cap.* XV. *Divin. Inſt.* Carneades Academicae ſectae Philoſophus, cujus in diſſerendo quae vis fuerit, quae eloquentia, quod acumen, qui neſcit, is ex praedicatione Ciceronis intelliget, aut Lucilii, *apud quem diſſerens Neptunus de re difficillima, oſtendit non poſſe id explicari, nec ſi Carneadem ipſum Orcus remittat.*

IX [20] *Per Satyram AEdilem factum* [b] *qui legibu' ſolvat.*

Dio-

VARIAE LECTIONES.

a ita conſtituendum puto hunc verſum. b f. *quis l. ſolvat?*

NOTAE.

fragmenti utriusque diſtractione elici poterat. Cenſet autem ab Jove ipſo caelitus deſcendiſſe, & in Deorum concilio dictos eſſe, lento quidem ac ad ſcelerum vindictam cunctabundo, ſed temporis tarditatem gravitate ſupplicii compenſare ſolito. vide, ſi operae eſt, Centurionatum Patris lib. I. cap. 6.

8 *Haec ubi dicta dedit.*] Puto & hoc de Jove, vel certe alio quopiam Deorum finem dicendi faciente intelligendum eſſe.

9 *Nec ſi Carneaden.*] Multa de hujus divini ingenii celeritate, dicendique copia, Cicero in libris Philoſophicis.

10 *Per Satyram AEdilem.*] Et hunc verſum de P. Rutilio Lupo ac-

Diomedes lib. III. *cap.* VI. Alii dictam putant Satyram à Lege Satyra, quae uno rogatu multa ſimul compraehendat. quod ſcilicet & Satyra carmina multa ſimul & poëmata compraehendat, cujus Legis Lucilius meminit in primo: *Per ſatyram &c.*

X [11] *Cui, ſi conjuret, populus vix totu' ſatis ſit.*

Chariſius lib. II. *Satis* diverſe accipitur ἀντὶ τοῦ par.

XI *Munu' tamen fungi, & muros ſervare* [a] *potiſſent.*

Nonius: Accuſativus poſitus pro ablativo.

XII *Si non amplius, ad luſtrum hoc protolleret unum.*

Nonius: *Protollere* eſt differre.

XIII [12] *Ad coenam* [b] *adducam, & primum hiſce abdomina thynni*

Ad-

VARIAE LECTIONES.

a v. c. *poteſſint.* b f. *abducam.*

NOTAE.

accipiendum credo. quippe quem per omnes dignitatum, ac honorum gradus ad Conſulatum demum devolutum eſſe facile mihi perſuaderi patior. de lege vero Satyra Feſtum in Satura, & ejuſdem interpretem magnum Scaligerum, qui volet, conſulito.

11 *Cui, ſi conjuret, populus.*] Ita ex chirographo codice corrigendum, pro, quod vulgo legebatur: *Cui ſi cum jure populus*, nullo intellectu: ad hunc autem librum pertinuiſſe ſuſpicatur Pater; quamvis id Chariſius nullus indicet. ut dicat Lucilius de Lupo hoc rerum potiente loquens: Cujus hominis ea factio ac potentia eſt, ut etiamſi univerſus populus Romanus in commune ad liberandam Rempubl. conſulens opes inter ſe conſocient viresque opponant ſuas, tamen ne ſic quidem pares ad reſiſtendum eſſe poſſint. Haec fere Pater Plautinarum Explanationum lib. IV. cap. 7.

12 *Ad coenam adducam.*] Melius Pater *abducam.* Sic Plautus Milite:

Abducunt ad exta, me ad ſe, ad
prandium, ad caenam vocant.

Si-

Digitized by Google

Advenientibu' priva dabo, 13 a *cephaleaque atarnae.*

A. Gellius lib. x. *cap.* xx. Veteres *Priva* dixerunt, quae nos ſingula dicimus. *Nonius*: *Priva* ſignificat ſingula.

XIV *Porro quaecunque*, & *cuicunque*, *ut diximus ante*,
Obſtiterit, *primo hoc* b *minuendi refert res.*

Nonius: Ablativus pro genitivo.

XV —— —— *ut contendere poſſem*
14 *Theſtiadas Ledae*, *atque* 15 *Ixionas Archilochi.*

Nonius: *Contendere*, ſignificat comparare.

XVI *Has res ad te ſcriptas*, 16 *Luci*, *miſimus*, *Aeli.*

Auctor Rhetoricae ad Herennium lib IV. *De ornamentis*: Compoſitio eſt verborum conſtructio, quae

VARIAE LECTIONES.

a Ita Scal. P. Col. *cephaleaque*, *atarne.* Turn. *carnem & cephaleam.* b Scal. *minuendo.*

NOTAE.

Similis menda apud Varronem Satyra Sexageſi, ubi excuſum legitur: *Eo*, *ut viaticum ex arcula adderem in bulgam.* ubi item, *adderem in bulgam*, reſcribendum hariolor. Sic in Terentii Andria,

Prope adeſt, *cum alieno more vivendum eſt mihi.*

putem reponendum: *Prope abeſt.* ita enim Cicero ad Atticum lib. I. *Illam manum tu mihi cura ut praeſtes*, *quoniam propius abes.*

13 *Cephaleaque atarnae.*] Atarne ut Cete piſcis genus eſſe notarunt jam pridem viri docti. Sic Ennius:

—— *calvaria pinguia*, *atarne.*

14 *Theſtiadas Ledae.*] Male vulgo, *Theſtiades.*

15 *Ixionas Archilochio.*] Pro Ἀρχιλοχείῳ, ut Ennius in ſecundo Annali: *Metico Fufetico.*

16 *Luci*, *miſimus*, *AEli.*] Quem L. AElium potiſſimum hoc verſu deſignet Lucilius, incertum, cum multos diverſos eo nomine fuiſſe, legamus. *L. AElii Lanuvini*, *L. AElii Stilonis*, aut *Praeconini* apud Suetonium de illuſtr. Grammaticis mentio. *L. AElium Gallum* Varro & Sextus Pompeius ſaepius nominant.

 17

Digitized by Google

quae facit omnes partes orationis aequaliter perpolitas. Ea conſervabitur, ſi verborum transjectionem vitabimus, niſi quae erit concinna; qua de re poſterius loquemur. quo in vitio eſt Lucilius aſſiduus, ut hoc eſt in priore libro: *Has res ad te ſcriptas*, &c.

XVII *Quis leget haec? min' tu iſtud ais? nemo hercule, nemo.*

Veteres Gloſſae in Perſium Sat. I. *ad illum verſum*: *Quis leget haec? min' tu iſtud ais? nemo hercule, nemo.*] Hunc verſum de Lucilii primo tranſtulit.

XVIII [17] *Serpere uti gangraena mala, atque* [a] *herpeſtica poſſet.*

Nonius: *Gangraena* eſt cancer.

XIX *Vultus item ut facies,* [18] *mors,* [b] *icteru' morbu', venenum.*

Nonius. Vultus & Facies hoc diſtant: *Vultus* eſt voluntas quae pro motu animi in facie oſtenditur; *Facies* ipſa oris ſpecies.

XX *Infamem,* [c] *honeſtam, turpemque odiſſe popinam.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a Had. Jun. *herpes ita*. b ita Scal. c Had. Jun. *inhoneſtam*.

NOTAE.

17 *Serpere uti gangraena.*] Hinc idem morbus *Serpens* dictus Lucretio.

18 *Mors, icteru' morbus.*] Ita doctiſſimus Scaliger vera & indubitata lectione reſtituit. nam in vulgatis, *mors, citer morbus*, ſine ullo ſenſu. *Icterus* autem morbus, dictus à volucri galbula concolore, eſt quem *Regium* vocat Horatius.

19

Digitized by Google

Nonius: Popinones, vel hi quos nunc dicimus Tabernarios, à Popinis, vel luxurioſos qui ſe popinis dedunt.

XXI [19] *Praetextae, ac tunicae Lydorum opu'* [a] *ſordidum omne.*

Nonius: *Tunica* eſt veſtimentum ſine manicis.

XXII [20] [b] *Pſilae atque amphitapae* [c] *villis ingentibu' molles.*

Nonius: *Amphitapae* veſtes dicuntur utrimque habentes villos. *Iſidorus Orig. lib.* XIX. *cap.* XXVI. *Sipla* tapeta ex una parte villoſa, quaſi ſimpla *Amphitape* ex utraque parte villoſa tapeta.

XXIII [21] [d] *Irritata canes quod, homo quam, planiu' dicit.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a al. *ſordidum id omne.* f. *ſordidulum omne.* b Iſid. *Siplae.* c Scal. *molles cum ingentibu' villis.* d Ex reſtitutione Scalig.

NOTAE.

19 *Praetextae, ac tunicae Lydorum opus.*] Ariſtaenetus lib. I. 15. Τὶ δὲ ὦ πασῶν ὑπερφέρουσα γυναικῶν καὶ κάλλει καὶ γνώμῃ τοῦ ἔυφρονος οὐ παρήγαγεν ἐυθαλίας. οὐχ ὅρμος, οὐχ ἑλικτῆρες, οὐ πόλεων τὸ πολύτιμον, οὐ περιδέρραιον, οὐ Λύδιός τε καὶ ποδήρης χιτὼν, οὐ πορφυρίδες, οὐ θεράπαιναι τῆς Καρίας, οὐδὲ Λυδῶν ὑπερφυῶς ἰςουργοῦσαι γυναῖκες. Lydii vero quondam ex Aſia duce Tyrrheno profecti in Tuſcia ſive Hetruria conſederunt, ut docent Strabo v. Geogr. & Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. I. Antiq. Rom. Hinc Plinius lib. VIII. cap. 48. Nat. Hiſtor. *Praetextae apud Hetruſcos originem invenere.*

20 *Pſilae atque amphitapae.*] Gloſſarium: *Auleum*, ψιλη. Item *Babulonicum*, ψιλὴ πολύμιτος. Item: *Tapetus*, τάπις, ψιλή.

21 *Irritata canes quod, homo quam.*] Ita recte verſum hunc conſtituit Joſ. Scaliger. In verbis vero Chariſii ineptiſſime nomen Plinii irrepſit. continuandus enim eſt verſus Lucilii hoc pacto: *Canes. Lucilius primo,*

Irritata canes quam homo, quod planiu' dicit. pro *canis*

 Quem

Digitized by Google

Nonius: *Irritare* dictum eſt proprie provocare: tractum à canibus, qui, quum provocantur, irriunt. *Donatus in Adelphos Terentii*, *Act.* II. *Sc.* IV. *ad illa*: *ne ſi magis irritatus ſiet Aliqua hoc ad patrem permanet.*] Proprie de lenone, quem irritari dicit ut canem. nam *irritari* proprie canes dicuntur. Lucilius de litera R. *Irritata canis quod homo quam plurima dictat.* *Chariſius lib.* I. *Canes.* Lucilius primo, *Irritata canes quam homo*, hoc quod Plinius dicit pro *canis.*

XXIV [22] *Nodum in ſcirpo inſane facere vulgus.*

Donatus in Andr. Ter. Act. V. *Sc.* IV. *ad illud*: *Nodum in ſcirpo quaeris.*] *Scirpus* Paluſtris res & leviſſima. Lucilius in primo: *Nodum in ſcirpo &c.* Eſt autem *Scirpus* ſine nodo, & levis junci ſpecies. alibi ipſe: *Reddunt curatura junceas.* Plautus: *Scirpea inducitur ratis.*

XXV [23] *Et mercede* [a] *meret relligiones.*

Ne-

VARIAE LECTIONES.

a reſcribo, *merent legiones.*

NOTAE.

Quem locum eidem Grammatico etiam aliquanto poſt in mentem fuiſſe exiſtimem cum ſcripſit: *Torques, hic & hoc Torques, ut hic & haec Canis à Lucilio libro primo dictas legimus*, ubi nullus hercule dubito, quin *Canes* reponendum ſit, & hunc locum intellexerit. Porro libenter eum, quoniam de litera R agit, ad nonum Lucilii tranſtuliſſem, eo enim libro de orthographiâ ac literis diſputarat, ſed movit me conſenſus Nonii & Chariſii pariter ex libro primo producentium. de eo igitur lectorem commonuiſſe ſuffecerit.

22 *Nodum in ſcirpo inſane facere.*] Illud *facere* quid huic loco faciat equidem non video. hoc certe patet ex Donato Lucilium verbum vetus *In ſcirpo nodum quaerere* uſurpaſſe. an ergo audeamus ſic reformare; *In ſcirpo nodum tum inſane quaerere vulgus*, ut ſententiae pariter & verſui conſulatur. Eandem parœmiam Ennius extulit:

Quaerunt in ſcirpo, ſoliti quod dicere, nodum.

23 *Et mercede meret relligiones.*] Reſcribendum ſuſpicatur Pater: *Et merc. merent legiones*, referendumque ad locum illum, qui ita cor-

Nonius: *Meret* humillimum & ſordidiſſimum quaeſtum capit.

XXVI [a] *Miracula ciet thelephantes.*

Nonius: Mira & *Miracula* veteres pro monſtris & horrendis ponebant.

XXVII — [24] *Arutaenas & aquales.*

Chariſius lib. I. Nomina quaedam ſunt principalia, quae Plinius Secundus Sermonis dubii lib. VI. faciendi appellat, ut *Aquae*: ex quibus poſſeſſiva naſcuntur, quae patiendi vocat, ut *Aquale.* nam Lucilius I. Satyrarum, *Arutaenas*, inquit *& aquales*, non ut autumnal. Hujus autem principale nomen eſt *Aqua*: quod vero patitur ac tenet aquam, *Aquale*; ut equile, ſedile, monile: & ut idem Plinius, *Aquale.*

XXVIII *Vulturius.*

Chariſius lib. I. Vultur dixit Virgilius in VI. ſed & *vulturius* Lucilius in primo.

VARIAE LECTIONES.

a Had. Jun. *Miracla cient elephantes.*

NOTAE.

corruptiſſime apud Porphyrionem Horatii Interpretem conceptus legitur lib. I. Epiſt. I. *Cohors nunc amici, nam & Lucilius eos, qui nunc* (forte *cum*) *praeſidibus ad ſalarium eunt mercede inventas ait.* ubi idem *merentes* pro *inventas* emendat.

24 *Arutenas, & aquales.*] Vulgo *Arutae neque aquales* diſtractis vocibus. credam *Arutenaeque & aquales.*

QUAE

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO II.

*

I [1] *Quem cum vidiſſent Hortenſiu', Poſthumiusque,*
Caeteri item in capulo hunc non eſſe, [2] *aliumque cubare.*

Nonius: *Capulum* dicitur, quidquid aliquam rem intra ſe capit.

II —— —— [a] *hoſtilibu' contra*
[3] *Peſtem pernitiemque,* [4] *catax quam & Manliu' nobis.*

Nonius: *Catax* dicitur, quem nunc Coxonem vocant. *Idem*: *Pernicies* generis faeminini.

III —— *quae horis ſublata duabus*
Omnia ſunt, [5] *ſole occaſo,* [b] *ductoque.* ——

Pri-

VARIAE LECTIONES.

a f. *hoſtibu' contra* ſcil. opto. b f. *obductoque tenebris.*

NOTAE.

1 Quem *cum vidiſſent.*] Vetus codex, *Quem illi cum vidiſſent.* quid ſi? *Quem cum ibi vidiſſent.*

2 *Aliumque cubare.*] Cubare abſolute pro quod Plautus, *In morbo cubare.* Horatius lib. I. Sermon. Sat. 9.

Trans Tiberim longe cubat is prope Caeſaris hortos.

de qua vocabuli hujus notione plura Pater in Succidanea Appendice ad Commentariolum Horatii cap. 4.

3 *Peſtem pernitiemque.*] Catullus:

Eripite hanc peſtem pernitiemque mihi.

4 *Catax quam & Manliu'.*] Feſtus *Batax*. *claudus*. Gloſſae Iſidori: *Catax*, *claudus*, *coxus*.

5 *Sole occaſo.*] In XII. Tabulis verbum hoc ita ſcriptum eſt: *Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto.* adi A. Gellium lib, XVII, cap. 2. Noct. Attic.

6

Priſcianus lib. IX. Ab occido *occaſus* pro ὁ δύνας.

IV [6] [a] *Injuriatum hunc* [7] *in fauces invaſſe, animamque*
Eliſiſſe illi. ——
Nonius: *Elidere* excludere ſignificat.

V [8] [b] *Nunc nomen, jamque ex teſtibus ipſe rogando.*
Exſculpo, [c] *haec dicam.* ——
Nonius: *Exſculpere* eſt extorquere.

VI *Quae nunc Aemilio praecanto atque exigo.* [d] *atque*
Excanto. ——
Nonius: *Excantare* ſignificat excludere.

VII *Non dico vincat licet* [e] *& vagus exſulet, erret*
Exlex. ——
Nonius: Illex & *Exlex* eſt qui ſine lege vivit.

VIII

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *In viriatum.* b Scal. *Nunc Nomentani quae ex teſtibus ipſer. Exſculpi.* c al. *edicam.* d F. D. *quaeque.* e f. *& vagat.*

NOTAE.

6 *Injuriatum hunc.*] Doctiſſimus Scaliger: *In viriatum* ex Nonio, qui ſcribit *Viriatum dictum eſſe magnarum virium.*

7 *In fauces invaſſe.*] Ita rectiſſime Scaliger pro invaſiſſe: cui accedit libri veteris ſcriptura, in quo *muaſſe*. Sic Horatius lib. II. Serm. Sat. III.

Evaſtis credo metues doctuſque cavebis.

vulgares editiones *involaſſe* peſſime.

8 *Nunc nomen jamque.*] Inſane bene Joſ. Scaliger totum verſum ita conſtituit:

Nunc Nomentani quae ex teſtibus ipſe rogando
Exſculpi, haec dicam. ——

& hujus Nomentani Lucilium alias etiam meminiſſe praeter hoc ipſius teſtimonium, quod paulo infra habes,

Qui te, Nomentane, malum jam catera perdat.

teſtatur Scholiaſtes vetus Horatii ad illa:

Pantolabum ſcurram Nomentanumque nepotem.

ubi ait: *Pro hominibus vilibus. Nomina ſunt luxurioſorum, quos etiam in priore libro Lucilius carpſit.* quo loco aut *libro ſecundo* pro *priore* reponendum, aut certe

haec

Digitized by Google

VIII *Nunc Praetor tuus eſt; [9] meu' ſi diſceſſerit horno [a] Gentili.* ——

Donatus in Andr. Act. V. *Sc.* VI. *ad illud Ter. Tuus eſt nunc Chremes.*] Lucilius in ſecundo: *Nunc Praetor* &c.

IX *Si natibus natricem impreſſit craſſam & capitatam.*
Nonius: *Natrices* dicuntur angues natantes.

X *Stulte ſaltatum te inter veniſſe cinaedos.*
Nonius: *Cinaedi* dicti ſunt apud veteres ſaltatores, vel pantomimi ἀπὸ τοῦ κινεῖν [b] τὸ σῶμα.

XI *Succuſſatoris [c] tetri, tardique caballi.*
Nonius: *Caballus*. *Idem*: *Succuſſare* eſt ſurſum frequenter excutere.

XII *Homo [d] impudicus & impune eſt rapinator.*
Nonius: *Impune* quod eſt impudenter. *Idem*: *Rapinatores*, pro raptoribus.

XIII

VARIAE LECTIONES.

a f. *Gentilis*. Subaudi erit. b al. τὰ κῶλα. c al. *tardi, rarique*; d al. *impuratus*.

NOTAE.

haec fragmenta Lucilii ad librum priorem transferenda exiſtimo. *Exſculpi* autem pro *exſculpſi* ἀρχαϊκῶς dictum.

9 *Meu' ſi diſceſſeris horno Gentili.*] Fortean huc pertinuerint illa Apulei ex Apologia, emendante eruditiſſimo Caſaubono: *Equidem C. Lucilius, quanquam ſit Satyricus, tamen improbarim, quod Gentilem & Macedonem pueros directis nominibus carmine ſuo proſtituerit.* nam vulgares editiones habent *C. Lucullus quanquam ſit Jambicus.* ubi *Jambicus* etiam retineri poſſe crediderim, eo enim genere carminis Lucilium quoque ſcripſiſſe ſatis alibi, ut puto, oſtendimus. Et certe Macedonis etiam meminiſſe videtur, quamvis locus corruptiſſimus ſit, lib. VIII.

Hic eſt Macedo ſi agrum longiu' ſtaccet.

Io

XIII [a] *Ricini & aurati*, [10] [b] *cicae & oraria mitrae.*
Nonius: *Ricinum.*

XIV *Quid dicis? cur eſt factum*, [c] *quod conjicis iſtuc?*
Nonius: *Conjicere*, furari, auferre.

XV *Qui te, Nomentane, malum*, [11] *jam caetera perdat.*

Donatus in Phorm. Act. I. *Sc.* II. *ad illud Terentii*: *Qui illum Dii omnes perduint.*] Qui, utinam eſt, ut Lucilius in ſecundo, *Qui te Nomentane* &c.

XVI [12] [d] *Tum ferto omnia* [13] *ſunt circumlata.* ——
Nonius: *Circumferre* eſt proprie luſtrare.

XVII —— *in vulgam penetrare piloſam.*
Nonius: *Vulga* capacitas, vel ſinus cum laxitate.

XVIII

VARIAE LECTIONES.

a al. *Strophia & aurati ricini.* b Lud. Carr. *rica.* c Scal. *quo conjicis iſtud?* d f. *Cum.*

NOTAE.

10 *cicae & oraria.*] Bene Carrio *ricae, & orarine*, & refert ad vocem iſtam paulo prius à Nonio expoſitam, *Rica eſt quod nos ſudarium dicimus.* Oraria vero collocat inter tegmina ſive veſtes, ut monet clariſſimus Lipſius: alio qui *oraria, quibus os obvelabatur*, interpretantur Gloſſae veteres.

11 *Jam caetera perdat.*] Aliquod mendum latet, quod tollere non poſſumus, ſuſpicabamur tamen, *jam querquera perdat.*

12 *Tam ferto omnia.*] Ferto luſtrabant olim. Feſtus: *Fertum genus libi dictum eſt, quod crebrius ad ſacra ferebatur, nec ſine ſtrue altero genere libi: quae qui adferebant Struferctarii appellabantur.* Idem: *Struferctarios dicebant, qui quaedam ſacrificia ad arbores fulguritas faciebant, à ferto ſcilicet quodam ſacrificii genere.* Vide neceſſario inſcriptionem Fratrum Arvalium apud Scaligerum ad Feſtum, cujus indicio haec etiam loca debere nos libenter profitemur.

13 *Sunt circumlata.*] Virgilius: *Idem ter ſocios pura circumtulit unda.* ubi Servius: *Circumtulit, purgavit. antiquum verbum eſt. Plautus: Pro larvato te circumferam, id eſt, purgabo. nam luſtratio à circumlatione dicta eſt vel taedae vel ſulphuris. Juvenalis —ſi qua darentur Sulphura cum taedis.*

XVIII —— [14] *vix vivo* [a] *homine* [15] *ac monogrammo.*

Nonius: *Monogrammi*, dicti ſunt homines macie pertenues ac decolores: tractum à pictura, quae prius, quam coloribus corporatur, umbra ſingitur.

XIX *Duceret* [b] *has greges.*

Chariſius lib. I. Faeminina omnia monoſyllaba ſunt, excepto, *grege*, & *rege*, quorum alterum ex diverſo genere conſtat. nam Lucilius in II. *Duceret has g.* faeminino genere dixit.

XX —— *Ut jureperitus.*

Chariſius lib. I. Juris conſultus dici debet, non Jureconſultus: licet Cicero pro Muraena ita dixerit, & Lucilius in II. *Ut jure p.* &c.

XXI —— *luſtratu', piatus.*

Nonius: *Luſtrare*, expiare.

XXII [16] [c] *noctiluca .·. medica .·.·.*

Feſtus: *Noctilucam* Lucilius cum dixit, lib. II. obſcoenum ſignificat.

VARIAE LECTIONES.

a al. *homini.* b f. *haſce.* c Scal. *Noctulugus.* v. c. *noctiluga.*

NOTAE.

14 *Vix vivo homine.*] Sic Ovidius lib. II. de arte amandi:

Sit gracilis, macie quae male
viva ſua eſt.

quod interpretandum ex illo Lucretii lib. IV.

Iſchnon eromenion tum ſit, cum
vivere non quit
Prae macie.

15 *Ac monogrammo.*] Similiter T. Livius *Effigies, imo umbrae hominum, fame, frigore, illuvie, ſqualore enecti.*

16 *Noctiluca.*] Joſ. Scaliger in Conjectaneis *noctulugus* emendat, & addit hanc vocem Lucilium uſurpaſſe pro obſcoeno, id eſt, mali ominis, quales ſunt bubones, aut ſimiles aves noctu lugentes.

QUAE

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO III.

*

Porphyrion in Horat. lib. I. *Sat.* V. *Lucilius libro* III. *deſcripſit iter ſuum, quod Roma fecit Capuam, & inde ad fretum uſque Sicilienſe.* Hunc imitatus Horatius iter ſuum ab urbe Roma deſcripſit Brunduſium uſque, commemorans ejus itineris incommoda.

Idem Sat. X. *lib.* I. *ad illa Hor. Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci? Non ridet verſus Enni gravitate minores?*] *Comis* Lucilius propter urbanitatem dicitur, & *mutat* pro eo quod emendat poſitum eſt. Facit autem Lucilius cum alias, tum vel in Tertio libro & Nono & Decimo.

*

I [1] [a] *Millia porro bis quina octoginta videbis*
Commoda de Capua. Hinc quinquaginta atque bis octo.

Nonius: *Commodum*, integrum, totum.

II

VARIAE LECTIONES.

a Ex reſtitutione Scalig.

NOTAE.

1 *Millia porro bis quina.*] Ita rectiſſime duos hos verſus conſtituit Joſ. Scaliger: nam vulgo & ſententia pariter & verſibus claudicantibus legitur:

—— *bis quina octoginta videbis*
Commoda de Capua quinquaginta atque octo.

Digitized by Google

II [2] [a] *Ad portam mille, à porta eſt ſex inde Salernum.*

A. Gellius lib. I. *cap.* 16. *Mille* numero ſingulari dictum eſt. neque hoc, ut quidam putant, vetuſtati conceſſum eſt, aut per figurarum concinnitatem admiſſum eſt: ſed ſic videtur ratio poſcere. *Mille* enim non pro eo ponitur, quod Graece χίλιοι dicitur, ſed quod χιλιὰς: & ſicuti una χιλιὰς, & duae χιλιάδες: ita *unum mille* & *duo millia* certa atque directa ratione dicitur. *Macrobius Saturnal. lib.* I. *cap.* 5.

III [3] *Inde Dicaearchum populos, Delumque minorem.*

Feſtus: *Minorem Delum* Puteolos eſſe dixerunt, quod Delus aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum, cui ſucceſſit poſtea Puteolanum, quod municipium Graecum ante *Dicaearchia* vocatum eſt, unde Lucilius: *Inde Dicaearchum* &c.

IV [4] [b] *Campana Capua.* ——

Porphyrion in Horat. lib. I. *Sat.* VI. *Mala luſtra* dixit

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *A porta mile.* b f. *Campanam Capuam.*

NOTAE.

2 *Ad portam mille.*] Eleganter Lucilius ad portam longum iter eſſe ait, ſed portae vicinum Salernum, quum tamen longiſſime Salernum ab urbe diſtet. Eandem ſententiam expreſſit Varro, qui portam itineri longiſſimam dicit, quod cum ab urbe proficiſcendum eſt, cunctamur vixque urbe pedem efferimus, qua ubi exivimus, facile quo intendimus pervenimus. Hanc hujus verſus interpretationem adfert Turnebus Adverſar. lib. XXVIII. cap. 9.

3 *Inde Dicaearchum populos.*] Verſum hunc, quamvis à Feſto ex incerto Satyrarum libro allatum, ordo itineris huc referendum eſſe admonet. Puteoli enim colonia non procul à Capua diſſita erat, quam Dicaearchiam dictam etiam Plinius conſentit, lib. III. cap. 5. Nat. Hiſt.

4 *Campana Capua.*] Et haec ad itineris hujus deſcriptionem pertinere jam olim monuit Pater ad Horatium, quae cum proxime ſubſequenti fragmento etiam cohaeſiſſe non vane ſuſpicari poſſumus.

Digitized by Google

dixit perpetuo epitheto; nec enim ſunt bona, ut ad eorum diſcretionem mala dixerit. Sic & à Plauto; *Athenis Atticis*; & à Lucilio: *Campana Capua.*

V —— *longe tria milia paſſuum.*

Chariſius lib. II. *Longe*, pro praecipue, maxime.

VI [a] *Verum haec ludus ibi, ſuſque omnia deque fuerunt,*
[b] *Suſque & deque fuere (inquam) omnia, ludu' iocuſque:*
Illud opus durum ut Setinum acceſſimu' [c] *finem;*
Αἰγίλιποι *montes AEtnae omnes, aſperi Athones.*

Gellius lib. XVI. *cap.* 9. Significat autem *Suſque deque ferre* animo aequo eſſe, & quod accidit non magni pendere, atque interdum negligere & contemnere; & propemodum id valet, quod dicitur Graece ἀδιαφορεῖν.

VII [d] *Praeterea omne iter hoc eſt laboſum atque lutoſum.*

Nonius: Ab eo quod eſt *Labos Laboſum* facit non laborioſum.

VARIAE LECTIONES.

a al. *Verum hic ludus ubi.* b lego, *Suſque haec deque.* c f. *fineis* d f. *Praeterea hoc iter omne laboſum eſt atque lut.*

NOTAE.

5 *Αἰγίλιποι montes AEtnae.*] Haec vera eſt hujus verſus ſcriptura, ut docuit ex Homero doctiſſimus Theod. Canterus, apud quem ſaepius legitur: ἤτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης, cum loquitur de ſcopulo aliquo praerupto & rupe adeo alta ut prae altitudine à capreis relinquatur. in vulgatis A. Gellii libris peſſime exſtat: ἐπὶ τὸ λοιπὸν *ut aiunt montes AEtnae omnes atque aſperi athones*, in manuſcriptis vero, Αἰγίλιποι *montes AEtnae.*

VIII *Porro homines nequam malus ut quartariu'*, [6] *cippos*
[a] *Colligere omnes* ——

Feſtus: *Quariarios* appellabant antiqui muliones mercenarios, quod quartam partem quaeſtus capiebant.

IX. [7] *Mantica cantheri coſtas gravitate premebat.*

Porphyrion in Horat. lib. I. *Sat.* VI. *ad illum verſum*: *Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos.*] *Mantica* pera eſt, ſed hoc ex Luciliano illo ſumtum eſt: *Mantica cantheri* &c.

X. [8] [b] *Promontorium remis ſuperamu' Minervae.*

Servius P. Danielis Aurelii.

XI. [9] *Quattuor hinc Silari ad flumen, portumque Alburnum.*

Pro-

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *Colliſere omnes.* b Scal. *Promontori imum. f. Promontoriolum.*

NOTAE.

6 *Cippos Colligere omnes.*] Et hunc ſeſquiverſum ad hunc librum & itineris deſcriptionem pertinuiſſe judicavi, cujus hanc ſententiam facit Adr. Turnebus: Venuſte malos muliones inducere ſua jumenta in cippos eminentes & inaequales nec ſequi planam viam & aequatam, ex eoque vel jumenta ceſpitare, & cadere vel everti vehicula ſignificans, eos dicit *colligere cippos.*

7 *Mantica cantheri coſtas.*] Et hoc fragmentum ad itineris hujuſce deſcriptionem indubie pertinere autumat Parens meus. Videtur autem de ſe ac vectore ſuo fabulari cui hippoperae utrimque dependentes (id enim mantica eſt) tergaque & coſtas preſſatas ulcerabant onere ſarcinarum multo infeſtiſſimo. Vide Patrem in Succidanea Appendice ad Commentariolum Horatii.

8 *Promontorium remis.*] Docte Joſ. Scaliger, *Promontori imum*, fulciendo verſui, hoc eſt τὴν ὑπώρειαν.

9 *Quattuor hinc Silari.*] Quamvis libri numerum, unde hic verſus deſumtus ſit, non indicet Probus, ordinis tamen conjectura ductus hic eum locandum cenſui.

10

Digitized by Google

Probus in IV. *Georg. Virg. ad illa: Eſt Lucos Silari circa, ilicibusque virtutem Plurimus Alburnum volitans.*] Silarum flumen eſt Lucaniae; Portus Alburnus, & ejus nominis mons ad ſextum à primis tabernis. Mentionem facit Lucilius hoc verſu: *Quattuor hinc Silari* &c.

XII *Hinc media remis* [10] *Palinurum pervenio nox.*
Servius P. Danielis.

XIII —— —— *& ſaepe quod ante*
Optaſti, freta Meſſanae, & Rhegina videbis
Moenia, [11] *tum* [a] *Liparam, & Faſceliti' templa Dianae.*

Probus de vita Virgilii & Bucolici carminis ratione. Oreſtes poſt parricidium furens, reſponſo didicit quod deponeret furorem ita demum, ſi recuperata ſorore Iphigenia ablueretur fluvio, qui ſeptem fluminibus confunderetur. Diu vexatus, cum in Taurica Iphigeniam reperiſſet: venit ad fines Rheginorum; ibique invento flumine elutus trajecit in Siciliam: & juxta Syracuſas à ſomnio admonitus, ſimulacrum Deae, quod ſecum de Taurica advexerat, templo poſito conſecravit, quam appellavit *Faſcelitim*: ſive quod faſce lignorum

VARIAE LECTIONES.

a ita leg.

NOTAE.

10 *Palinurum pervenio nox.*] Palinuri promontorii meminit Plinius lib. III. cap. 5. Nat. Hiſt. *nox* autem pro noctu, ἀρχαικῶς. XII. Tabulae: *Si nox furtum factum eſcit.* Adi Macrobium lib. I. cap. 4. Saturnal.

11 *Tum Liparam & Faſceliti' templa Dianae.*] Ita emendavimus. legebatur antea: *tum Liparas Faſcelinae templa Dianae* De Diana Faſceliti Servius in II. AEneid.

rum tectum de Taurica ſimulacrum extuliſſet. *Faſcelitis* autem *Dianae* Lucilius quoque in tertio Satyr. meminit ſic: — *& ſaepe quod* &c.

XIV [12] *Hic ** ſummi ſuperat carcheſia mali.*

Nonius: *Carcheſia* alias ſumma pars mali. Item foramina quae ſummo mali funes recipiunt.

XV — — — [13] *Viamque*
[a] *Vis degrumari, ut caſtris menſor facit olim.*

Nonius: *Grumae* ſunt loca media, in quae directae quatuor congregantur & conveniunt [b] viae. Eſt autem *gruma* menſura quaedam, qua flexae viae ad lineam diriguntur, ut eſt agrimenſorum & talium.

XVI — *& ſpatium curando corpori honeſtum*
Sumemus. —

Nonius; *Sumere* etiam ſignificat eligere.

XVII

VARIAE LECTIONES.

a V. C. *Degrumari vis*, f. *Degrumarier, ut caſtris.* P. Merul. *Degremaris, ut in.* b Scal. *viae rectae.*

NOTAE.

12 *Hic * * ſummi.*] Ita prima parte mutilum hunc verſum in veteri codice reperimus. In vulgatis eſt,

Tertius hic mali ſuperat carcheſia ſumma.

ubi vocem *Tertius* pro *libro tertio* in contextum irrepſiſſe nemo non videt.

13 *viamque Vis degrumari.*] Multa ad hunc locum collecta vide apud P. Pithœum Subſec. lib. II. cap. 14. Joſ. Scaligerum ad Feſtum, P. Merulam ad XVII. Annalem Ennii.

14

Digitized by Google

XVII *Oſtrea nulla fuit*, [14] *non purpura*, *nulla peloris.*
Nonius: *Oſtrea* generis faeminini.

XVIII *Aſparagi nulli.* ——
Chariſius lib. 1. Sicut & faſces dicuntur *aſparagi*, quamvis *aſparagos* pluraliter dicamus.

XIX —— —— —— [15] *ergo*
E ſomno pueros cum mane expergitu' [a] *clamo.*
Diomedes lib. I. *Expergor*, *expergitus*. Sed is *expergitus* dicitur, qui excitatus à ſomno ſponte vigilat; unde & Lucilius: —— *ergo E ſomno* &c. *Priſcianus lib.* X. *Expergitus* ſecundum vetuſtiſſimos ab *expergiſcor.*

XX [16] *Cernuus extemplo plantas conveſtit honeſtas.*
Nonius: *Cernuus* dicitur proprie inclinatus, quaſi quod terram cernat.

XXI [17] [b] *Broncus* [c] *novit lanius*, [18] *dente adverſo*, *eminulo*, [d] *hic eſt*

Ri-

VARIAE LECTIONES.

a al. *clamas.* b Furn. *Bronchu' bovillanus.* P. Mer. *Bronchu'*, *novus lanius.* c Had. Jun. *cuat.* f. *obit.* d Fr. D. *hoc eſt.*

NOTAE.

14 *Non purpura*, *nulla peloris.*] Alii, *non purpura nulla Pelori.* ut more Græcorum augeant duae negativae.

15 —— *ergo E ſomno pueros.*] Ita recte vulgata lectio: à qua vellem manum abſtinuiſſet Caſper Schoppius: qui volentibus, ſi Dis placet, Muſis ait ſe reſcribere, *Ego è ſomno pueros.* & in Diomede, *ſatiatus ſomno* pro *excitatus à ſomno.* Adeo ſaepe bonis ſcriptoribus novas plagas pro medicina inferimus.

16 *Cernuus extemplo.*] Feſtus & Iſidorus volunt Cernuum eſſe genus calceamenti, decepti hoc verſu Lucilii, ut docet Scaliger ad Varronem. ac eundem praeceſſiſſe putat illum ex incerto Satyrarum libro à Feſto allatum:

Et pedibus laeva ſicyonia demit honeſta.

17 *Broncus novit lanius,*] Gloſ-

ſa-

19 *Rhinoceros velut AEthiopus.* ——

Nonius: *Bronci* ſunt producto ore, & dentibus prominentibus. *Priſcianus lib.* VI. *AEthiopus* pro AEthiops.

XXII —— 20 [a] *ille alter abundans*

21 *Cum ſeptem incolumis pinnis redit ac recipit ſe.*

Donatus in Phorm. Terent. Act. I. *Sc.* III. *ad illud: Amore abundas Antipho.*] *Abundare* dicitur, qui ſucceſſu proſpero affluit. Lucilius libro III. —— *ille alter abundans Cum ſeptem in locum Hiſpanis r. a. r. p. Vetus Commentarius in Juvenal. lib.* I. *Sat.* III. *ad illum locum*: —— *inter Pinnirapi cultos juvenes.*] Pinnis pavonum ornari ſolent gladiatores, ſi quando ad pompam deſcendunt. Pinnirapes autem dicit laniſtas ex habitu gladiatorum: quia poſt mortem retiarii pinnam, id eſt, manicam rapit, ut oſtendat populo ſe viciſſe. aut ideo *pin-*

VARIAE LECTIONES.

a ita reſtituo. Vide Notas.

NOTAE.

ſarium: *Brochus*, ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ᾠδηκῶς. lege, *Bronchus.*

18 *Dente adverſo.*] Sic idem lib. IX. —— *denteſque adverſos excutio omnes.*

19 *Rhinaceros velut AEthiopus.*] Ita duo haec loca, quae diverſis libris legebantur, combinavimus. Nam haec verba ſola ex IV. libro adducta legebantur. quae res Adr. Turnebum in fraudem impulit, dum autumat Rhinocerotem Lucilio dici hominem, qui dente eminente bronchus ſit.

20 *Ille alter abundans.*] In horum verſuum ſcriptura recte atque εὐστοχῶς collineatum à Parente meo. ita enim Donati locum depravatiſſimum emendandum affirmat ejectis velut è Belgio Hiſpanis, inque eorum locum Pinnirapo laniſta, hoc eſt, gladiatore recepto.

21 *Cum ſeptem incolumis pinnis.*] Varro lib. IV. de Ling. Lat. *Pinnae, quas inſigniti milites in galeis habere ſolent, & in gladiatoribus Samnites.* Gloſſæ Iſidori: *Pinnirapi, ſecutores, gladiatores, quod pinnas rapiant.*

22

pinnirapes, quia pinnas in galeis habebant, ut Lucilius: *Cum ſeptem incolumis* &c.

XXIII *Romanis ludis forus olim ornatu' lacernis.*

Nonius. *Forus* generis maſculini. *Chariſius lib.* I. Maſculine autem *fori* tabulata navium & ſemper pluraliter, quamvis Gellius *fora navium* neutraliter dixerit, & Lucilius *negociorum forum* maſculine extulerit libro III. — *forus olim orn. l.*

XXIV [22] *Symmachu' praeterea jam tum depoſtu' bubulcus*
[a] *Exſpirans animam pulmonibus aeger agebat.*

Nonius: *Deponere* eſt deſperare, unde & *depoſiti* deſperati dicuntur. *Idem*: *Exſpirare* dictum eſt, vel ab ſpiritu effuſo, vel à ſpiraminibus.

XXV *Crebrae ut ſcintillae; in ſtricturis quod genus olim*
Ferventi ferro. —

Nonius: *Stricturae* dicuntur proprie ſcintillae, quae de ferro ferventi exeunt, quod aut ſtricte emittantur, id eſt, celeriter, aut oculos ſui fulgore praeſtinguant.

XXVI *Non peperit, verum* [23] *poſtica parte* [b] *protundit.*
No-

VARIAE LECTIONES.

a al. *Exhalans*. b al. *profudit*.

NOTAE.

22 *Symmachu' praeterea.*] Conjungebat cum his Paullus Merula alium verſum à Nonio item ex tertio Satyrarum Lucilii citatum:

Non, ut opinor, is à leto jam
longiter errat.

Sed impoſuit viro doctiſſimo corrupta Nonii editio. non enim Lucilii, verum Lucretii verſus eſt iſte, apud quem lib. III. ita legitur:

Non, ut opinor, ea ab leto jam
longiter errat.

23 *Poſticâ parte protundit.*] Alii, *profudit*. ut illud Sulpitiae de Domitiano: *Non trabe, ſed tergo prolapſus.*

Nonius: *Poſticam* faeminino genere conſuetudine appellamus.

XXVII [a] *Conturbare animam potis eſt*, [b] *quicumque adoritur.*

Priſcianus: *Adoriri.*

XXVIII —— —— —— [c] *laboſas*
Tantalu' qui poenas ob facta nefantia [d] *luvit.*

Nonius: Ab eo quod eſt *labos laboſum* facit, non laborioſum, Lucilius: *Tantalus laboſas poenas. Idem*: *Nefantia* pro nefanda. Lucilius Satyr. lib. III. *Tantalu' qui poenas* &c.

XXIX *Vertitur oenophoris fundus*, *ſententia nobis.*

Nonius: *Sententia*, ſenſibilitas. *Iſidorus Orig. lib.* I. *cap.* XV. Zeugma eſt clauſula, cum plures ſenſus uno verbo clauduntur, quae fit tribus modis. Nam aut in primo, aut in poſtremo, aut in medio id verbum ponitur quod ſententias jungit. In primo, ut: *Vertitur oenophoris* &c. *Idem lib.* XX. *cap.* VI. *Veteres Gloſſae in Perſ. Sat.* V. *Oenophorum* vas vinum ferens. οἶνος enim vinum eſt, de quo eſt illud: *Vertitur oenophoris* &c.

XXX [24] *Illud ad incita cum redit atque internecionem.*

Nonius: *Incitas* dicitur egeſtas.

XXXI

VARIAE LECTIONES.

a al. *Conturbari.* b f. *quemcumque.* c ita reſtituo. d al. *pendit.*

NOTAE.

[24] *Illud ad incita cum redit.*] Ita in veteribus libris conſtanter excuſum reperimus non minus hoc quam illo altero ejuſdem Poëtae loco libri XV. *Commanducatus corrupit, ad incita adegit.* unde evidentiſſima ſuſpicio eſt, etiam antiquos *incitum* & in plurali

XXXI [25] *Exhalat placidos tum demum pectore ructus.*
Nonius: *Ructus* à ructando dictus.

XXXII *Malas tollimus[a] nos atque utimur rictu.*
Nonius: *Rictum* ferarum dici volunt, cum Lucilius etiam auctor ſit hominis dici debere.

XXXIII [26] — *Caupona hic tamen una Syra.*
Priſcianus lib. VI. *Caupona* faeminini generis à *caupo.* ut à leo leaena.

XXXIV — *ſtudent hi ligna videre.*
Chariſius lib. I. *Ligna* pluraliter dicit.

XXXV *Et pulvino fultus.*
Servius P. Danielis.

XXXVI *Ut pote.*
Chariſius lib. II.

VARIAE LECTIONES.

a V. C. *animo.*

NOTAE.

li *incita* dixiſſe. nam ſi *incitas* cum vulgo legas, non video quanam ratione conſtare poſſent numeri Luciliani. nec enim eos *as* quemadmodum *us* eliſiſſe crediderim.

25 *Exhalat placidos tum.*] Ita excudi curavimus ex fide antiqui codicis. nam vulgo priore parte verſus deminuto legitur: *Exhalat tum acidos ex pectore ructus.* unde rectum ſuſpicabar:

Exhalat acidos tum demum pectore ructus.

26 *Caupona hic tamen una Syra.*] Hinc *Copa Syriſca* Virgilii dicitur.

QUAE

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO IV.

*

Veteres Gloſſae in Perſii Satyr. III. *Hanc Satyram poëta ex Lucilii libro quarto tranſtulit, caſtigantis divitum luxuriam & vitia.*

*

1 [1] *O lapathe, ut jactare neceſſe eſt, cognitu' cui ſis.*
[2] *In quo Laeliu' clamores Sophos ille ſolebat*
Edere; [3] *compellans* [a] *gumias ex ordine noſtros:*

IO-

VARIAE LECTIONES.

a ita Scal. Turn. *gumas.* P. Merul. *gluvias.*

NOTAE.

1 *O lapathe, ut jactare.*] Hos verſus, licet non appoſito alicujus libri numero citentur, huc tamen referendos putavi, quoniam disertè in homines ingluvioſos ac tantum non abdomini deditos dicti viderentur. Petri autem Criniti turpem hallucinationem, qui ex lapatho herba nomen viri hic conſtituerit, ſatis caſtigat P. Victorius Variar. lib. XXIII. cap. 13. nam Poëta converſo ſermone herbae utilitatem commendat. unde paullo poſt in Cicerone ſequitur: *Non igitur lapathi ſuavitatem acipenſeri Gallonii Laelius anteponebat.*

2 *In quo Laeliu' clamores Sophos*] Cognomentum Sapientis C. Laelio ex re adhaeſit, quod cum Tiberii partes adverſus optimates tueri caepiſſet, diſcordiam civitatis metuens ab incepto deſtiterit. Plutarchus in Gracchis. vulgo autem *Sapiens*, non *Sophos* appellabatur, ut apparet ex Cicerone de Officiis & Senectute, inter quas appellationes nominis ſonus differt. caeteroqui Pomponius J. C. fruſtra eſſet, qui in Enchiridio de origine Juris ſic ſcribit: *Fuit poſt eos maximae ſcientiae Sempronius, quem populus Rom.* Σοφὸν *appellavit: nec quiſquam ante hunc aut poſt hunc hoc nomine cognominatus eſt.*

3 *Compellans gumias.*] Sic doctiſſimus Scaliger. *Gumiae* vero vocabantur antiquitus guloſi. Adi, ſi libido eſt, Conjectanea ejuſdem.

Digitized by Google

4 *O Publi, ô Gurges Galloni, es homo miſer, inquit,*
Coenaſti in vita numquam bene, cum omnia in[a] *iſta*
Conſumis ſquilla atque acipenſere cum decumano.
5 *Laeliu' praeclare & recte Sophos, illaque vere.*

Cicero lib. II. *de Finib.* Is haec loquitur, qui in voluptate nihil ponens, negat eum *bene caenare*, qui omnia ponat in voluptate: & tamen non negat libenter unquam caenaſſe Gallonium (mentiretur enim) ſed bene. Ita graviter & ſevere voluptatem ſecernit à bono.

II 6 *Quod ſumtum atque epulas victû praeponis honeſto.*

A. Gellius lib. IV. *cap.* XVI. Lucilius in dativo caſu *victu* dicit non victui.

III

VARIAE LECTIONES.

a al. *iſte.*

NOTAE.

dem. Adr. Turnebum *gumas* legiſſe apparet, qui ita dictos fuiſſe putat homines luxurioſos, ut κύμακας· nam neutra illa Graecorum in primam declinationem ſaepe à Latinis deflecti ſolita. *Gumas* igitur ut gurgites vocatos. Paullus Merula *gluvias* ubique reſcribendum aſſerit, quoniam in antiquis libris Ciceronis *glumae* expreſſum depraehenderit.

4 *O Publi, o gurges Galloni.*] Ejuſdem & rei & hominis meminit Horatius lib. II. Sermon. Sat. II.

—— haud ita pridem
Galloni Praeconis erat acipenſere menſa
Infamis.

ubi vetus interpres, *Gallonius Praeco*, inquit, *primus acipenſerem piſcem ſuae menſae appoſuit, quare ejus menſa etiam à Lucilio taxatur.* Cicero de Finibus lib. II. *Sed qui ad voluptatem omnia referens, vivit ut Gallonius, loquitur ut Frugi ille Piſo, non audio.*

5 *Laeliu' praeclarè.*] Ordinem horum verſuum ita in priſtinam dignitatem reduxit doctiſſimus Scaliger, qui antea tranſpoſiti, ac perturbati legebantur. hic enim verſus ante illum ponebatur:

O Publi, ô gurges Galloni, es homo miſer, inquit.

Praeterea pro *illaque vere*, abſurde nimis *illudque vere* legebatur, quae res Georgium Fabricium, virum doctiſſimum, peſſimè decepit, dum hoc ſolo exemplo nobis approbare conatur D literae eliſionem ſeu ſubtractionem perinde ut S veteribus uſitatam fuiſſe.

6 *Quod ſumtum atque epulas.*]

Hunc

Digitized by Google

III 7 *Nam quid* [a] *Mutino ſubrectoque huic opu'* [*] *ſigni.*
8 *Ut lurcaretur lardum, & carnaria* [b] *furtim*
Parum conficeret. ——

Nonius: *Lurcare* eſt cum aviditate cibum ſumere.

IV *Fingere praeterea adferri quod quiſque volebat.*
Illum ſumina ducebant, atque altilium lanx,
9 *Hunc pontes* [c] *Tiberinu' duo inter captu' catillo.*

Macrobius Saturn. lib. III. *cap.* 16. Sed & Lucilius acer & violentus Poëta, oſtendit ſcire ſe hunc piſcem egregii ſaporis qui inter duos pontes ca-

VARIAE LECTIONES.

a al. *Maetino.* b Scal. —— *fartim Patrum.* c ita lego.

NOTAE.

Hunc quoque verſum, quamvis ex incerto libro allatum, huc pertinere judicavimus. nec incommode de eodem Gallonio accipi poſſe putamus. ſic enim Cicero in eandem rem pro Caecinna: *Qui relicta bonorum virorum diſciplina & quaeſtum & ſumptum Gallonii ſequi maluerunt.*

7 *Nam quid Mutino.*] Mutinum in Lucilio ſeu Maetinum eſt σφραγίς vel φυλακτήριον, ut docet Joſ. Scaliger ad Priapeia. nam pudenda pro amuletis ſuſpendi è collo pueris auctor Varro. Ex Lucilio vero cognoſcimus etiam ſignis notam veretri apponi, velut προβασκάνιον quoddam. In veteri Gloſſario legitur: *Mutonium*, προβασκάνιον, ὡς Λυκίλλιος. ut manifeſte appareat eum in animo hunc locum Lucilii habuiſſe. in Lucilio tamen non eſt *Mutonium* ſed *Mutinum*. Haec fere Scaliger. vide & Turnebum lib. XVII. cap. 23. Adverſar. & I. Lipſium Electorum lib. II cap. 19.

8 *Ut lurcaretur lardum.*] Pomponius Syris: *Lapathium nullus veſcebatur, lardum lurcabat lubens.*

9 *Hunc pontes Tiberinu' duo.*] Sic reſtituit Pater, cum in omnibus libris perperam legeretur, *Tiberinos.* Catillonem Tiberinum inter duos pontes captum dicit Lupum piſcem qui Romanis in ſummis deliciis erat. Horatius lib. II. Sermon. Sat. II.

Unde datum ſentis? Lupus hic
Tiberinus, an alto
Captus hiet?

Plinius lib. IX. cap. 54. Nat. Hiſt. *Eadem aquatilium genera alibi atque alibi meliora: ſicuti Lupi piſces in Tiberi amne inter duos pontes.* Columella de re ruſtica lib. VIII. cap. 16. *Hoc igitur perjurium multorum ſubtiliorem facit gulam, doctaque & erudita palata faſtidire docet fluvialem Lupum, niſi quem Tiberis adverſo torrente defatigaſſet.*

re

captus eſſet; eumque quaſi ligurritorem *Catillonem* appellat. Scilicet qui proxime ripas ſtercus inſectaretur. Proprie autem *Catillones* dicebantur, qui ad polluctum Herculis ultimi cum venirent, catillos ligurribant.

V [10] *Illi praeciſo atque epulis capiuntur opimis.*

Nonius: *Praeciſum* & Omaſum partes carnis & viſcerum.

VI [11] [a] *Tunnos captato, cordulum exclude: minores*
Occidunt, Lupe, ſaperdae te, & jura Siluri:
[b] *Sumen te, atque amia.* ——

Varro de Ling. Lat. lib. VI. Piſcium nomina ſunt, eorumque in Graecia origo.

VII —— [12] *Vinum*

De-

VARIAE LECTIONES.

a Ex emendatione Scal. b Turn. *Sumina te.*

NOTAE.

10 *Illi praeciſo atque epulis.*] Conjungendum hunc verſum putamus cum ſuperioribus, quoniam ex ſermonis conſequentia & ſenſu ſimul appoſite quadrare videntur, male autem ex XX Satyrar. libro citabatur.

11 *Tunnos captato, cordulum.*] Ita verſus optimos ex depravatiſſimis eruit Joſ. Scaliger, quibus hortetur Lucilius Lupum illum famoſo carmine ſaepius à ſe notatum, εἰρωνικῶς, ut relictis minoribus piſciculis illis, ut ſunt cordilae & ſaperdae, tunnos, ſiluros & amias immanes piſces conſectetur. manifeſto autem irridet gulam ac rapacitatem illius; quamobrem etiam ad hunc librum tranſtuli, vulgo nulla aut ſententiae aut verſuum ratione habita ita expreſſum reperies: *Thynno capto corvum excludunt foras, occiduntque lupos aperdite & jura ſiluri. Sumere te atque amiam.* Quorum tamen priorem verſum idem Scaliger non conjungendum ſibi cum ſequentibus videri monuit poſtea in Appendice ad Coniectan. non enim eſſe Hexametrum. ac proinde legendum: *Thunno capto corvum excludendum foras.* quod proverbiale antiquis fuerit, ut Amphis Comicus oſtendit:

Οστις κορακῖνον ἐσθίει θαλάττιον
Γλαύκου παρόντος, οὗτος οὐκ
ἔχει φρένας.

12 *Vinum Defuſum quibus è pleno.*

Deſuſum quibus è pleno fiet oenephoro, cui
Nil dempſit [13] *hir, & cui ſacculus abſtulerit nil.*

Cicero de Finib. lib. II. Nemo noſtrum iſtius generis aſotos jucunde putat vivere. mundos, elegantes, optimis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, venatione, his omnibus exquiſitis vitantes cruditatem, *quibus vinum* [a] *deſuſum è pleno ſit* [b] *oenephoro*, ut ait Lucilius, *cui nihil demſit* [c] *nix, nec ſacculis abſtulerit.*

VIII —— [14] [d] *editque bibitque*

Ju-

VARIAE LECTIONES.

a al. *diffuſum.* b V. C. *hir, ſiphon.* c V. C. *vis & ſacculos abſtul.* Scal. *vires ſacculum abſt.* vide Not. d ita puto ſcripſiſſe Lucilium.

NOTAE.

no.] Verba haec aliquantum à Cicerone more ſuo immutata ac tranſpoſita, qui ſaepiſſime ita Poetarum verſus diſſolvere ſolet, ut eorum ſtructura haud facile dignoſci poſſit; quae tamen Pater ſic reſolvenda & ad numeros redigenda putat, ut edidimus. Verum V. CL. Franciſcus Junius, non minus harum quam ſacrarum literarum intelligens, ea ita à ſe reſtituta nobis indicavit nuper:

—— ſit quibu' vinum
Deſuſum è pleno, hir, ſiphon cui neque dempſit
Vim, nec ſacculus abſtulerit ludos adhibentes.

nam poſt verba illa *adhibentes ludos* continuo in Cicerone legitur: *& quae ſequuntur*, ut manifeſto appareat ea verba Lucilii fuiſſe. *Deſuſum.* ita recte legitur. vide Turnebum Adverſar. lib. I. cap. I. *hir, ſiphon.* ita Joſ. Scaliger in Appendice ad Conjectan. ex melioribus tam ſcriptis, quam antiquitus excuſis exemplaribus reſtituit, pro quod legebatur *oenophoro.* nam vinum cui ſiphon aliquid dempſerit, ſi diu ita deintegratum maneat aceſcit. Propterea Lucilius ex cujus verbis haec ſcribit Cicero, proponit vinum integerrimum, & nulla parte periclitans aceſcere: id quod ſiphone depletum non eſt, neque vola manus pitiſſatum. nam *Ir*, vel *Hir* eſt vola manus, & ſumitur pro hauſtu, vel depletione. quia vola manus deplemus vas vinarium, ad vinum guſtandum. Egregiè facit locus Catonis ad hanc rem: *Iri primae.* id eſt, primae depletioni. Haec fere Scaliger.

13 *Vis & ſacculos abſtulerit.*] Ita habebant antiquae editiones, unde Scaliger: *vires ſacculus abſtulerit.* Fr. Junius: *vim nec ſacculus abſtulerit.* Firmiſſima autem vina olim ſacculis vinariis caſtrari ſolita notiſſimum eſt ex Plinio.

14 *Editque bibitque.*] Sic & hos verſus reconcinnavit Pater, quos ad

Jucunde atque ἀδεῶς: nec ſolum id, ſed bene coсto, &
Condito ſermone [a] *bono,* [15] *& (ſi quaeri') libenter.*

Cicero ad Att. lib. XIII. *epiſt.* L. Itaque & *edit & bibit ἀδεῶς, jucunde*: opipare ſane & apparate: *nec id ſolum, ſed bene coсto, & condito ſermone bono & (ſi quaeri') libenter. Idem de Finibus lib.* II. Ita graviter & ſevere voluptatem ſecernit à bono; ex quo illud efficitur, qui bene coenent omnes libenter coenare: qui libenter, non continuo bene. [b] Quid bene? dicit Lucilius *Coсto & condito*; ſed cedo caput coenae, *ſermone bono*, quid ex eo? *ſi quaeri', libenter.* Veniebat enim ad coenam, ut animo quieto ſatiaret deſideria naturae.

IX [16] *Vivite lurcones, comedones,* [17] *vivite ventres.*

Do-

VARIAE LECTIONES.

a malim, *bene.* b f *Quid? bene, dicit.*

NOTAE.

ad hunc librum quoque transferendos putavi, quoniam eodem pene loco à Cicerone recenſentur: quo illi:

O lapathe, ut jactare neceſſe eſt &c.

15 *Et ſi quaeri' libenter.*] Libenter coenare, id eſt cum voluptate & lubentia. Cato de Re ruſt. *Si voles in convivio multum bibere caenareque libenter, ante caenam eſto braſſicam crudam.* Pomponius Placenta: *Ruſtici edunt libenter pedibus triſtes, acres intibos.*

16 *Vivite lurcones.*] Verſus hic à Donato ex libro II. Lucilii, à Nonio vero ex V. producitur, unde ego ad hunc librum pertinuiſſe non vane ſuſpicatus ſum, nam aperte in luxurioſos, ac gulones dictum apparet. In antiquis vero libris pro *Lurcones* eſt, *glancones*, quod corruptum putat Joſ. Scaliger ex *glutones*, ac deinde à correctoribus non intelligentibus eam vocem mutatum in *lurcones*. *Glutones* vero dicebantur guloſi. Perſius Sat. V.

Nec gluto ſorbere ſalivam mercurialem.

Ambroſius: *Sic amat diabolus filios ſuos ut perdat, ſicut amat gluto porcellum, ut comedat.*

17 *vivite ventres.*] Juvenalis Sat. IV.

Montani quoque venter adeſt abdomine tardus.

Epimenides apud D. Paulum:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργοί.

T

Donatus in Phorm. Act. v. Sc. VI. *ad illud Terentii: Pugnos in ventrem ingere.*] Urbane in ventrem, quaſi paraſito. An ventrem totum paraſitum dicit? ut Lucilius in II. *Vivite lurcones &c.* *Nonius*: *Lurcones* dicti ſunt à lurcando. *Lurcare* eſt cum aviditate cibum ſumere.

X [18] *Aeſerninu' fuit*, [a] *Flaccorum munere, quidam*
Samnis, ſpurcus homo, [19] *vita illa dignu' locoque;*
[20] *Cum Placideiano hic componitur*, [21] *optumu'* [b] *longe*
Poſt homines natos gladiator qui fuit unus.

Nonius: *Spurcum*, ſaevum vel ſanguinarium. *Idem*: *Componere* rurſus ſignificat comparare. *Cicero de optimo gen. orator.* A me autem (ut cum maximis minima conferam) gladiatorum par nobi-

VARIAE LECTIONES.

a ita Turn. & Lipſius ex vet. codicis veſtigiis. Ha. Jun. *flacco ore Amuniu' quidam.* b al. *multo.*

NOTAE.

18 *AEſerninu' fuit.*] In editionibus vulgatis hic verſus poſteriore ſui parte mutilus legitur ſic: *AEſerninu' fuit flacco ore, una equidem.* quem ſupplebat Pater, *ac una equidem aure.* Had. Junius vero è veſtigiis veteris ſcripturae (ut ait) emendabat hoc pacto: *flacco ore Amuniu' quidam.* ut nomen iſtud fuerit hominis AEſernia, Samnitium municipio, oriundi.

19 *Vita illa dignu' locoque.*] Sic Petronius: *Intrat cinedus, homo omnium inſulſiſſimus, & plane illa domo dignus.* Victorinus in Commentario de metrorum ratione ex Ennio refert hoc hemiſtichium; à quo veriſimile eſt Lucilium eſſe mutuatum.

20 *Cum Placidiano componitur.*] Eodem alluſum à Cicerone lib. III. epiſtola IV. ad Q. Fratrem: *Non putaſſet ſibi Pompeius de illius ſalute, ſed de ſua dignitate mecum eſſe certamen, in urbem introiviſſet, ad inimicitias res veniſſet, cum AEſernino Samnite Placidianus comparatus viderer.* Placidiani gladiatoris etiam Horatius meminit lib. II. Sermon. Sat. VII.

—— *Cum Fulvi Rutubaeque*
Aut Placideiani contento poplite miror
Praelia rubrica picta aut carbone ——

21 *Optimu' longe Poſt homines natos.*] Genus loquendi Tullio oppido quam familiare. ut pro Milone: *Unius poſt homines natos fortiſſimi viri.* de claris Oratoribus: *Longe autem poſt natos homines improbiſſimus C. Servilius Glaucia.*

Digitized by Google

biliſſimum inducitur. AEſchines tanquam *AEſerninus*, ut ait Lucilius, non ſpurcus homo, ſed doctus & acer: *Cum Placidiano componitur, optimu' longe Poſt homines natos. Idem Tuſcul. Quaeſt. lib.* II. Quis mediocris gladiator ingemuit? quis vultum mutavit unquam? quis non modo ſtetit; verum etiam decubuit turpiter? quis cum decubuiſſet, ferrum recipere juſſus, collum contraxit? tantum exercitatio, meditatio, conſuetudo valet. ergo hoc poterit *Samnis ſpurcus homo, vita illa dignu' loco-que*: Vir natus ad gloriam, ullam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione & ratione corroboret? *Idem in Oratore*: Quin autem quod jam ſubruſticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eaedem erant poſtremae duae literae, quae ſunt in *Optumus*, poſtremam literam detrahebant niſi vocalis inſequebatur. Ita non erat ea offenſio in verſibus, quam nunc fugiunt novi Poëtae. Ita enim loquebamur, — *Qui eſt omnibu' princeps.* non *omnibus princeps.* &, — *Vita illa dignu' loco-que.* non *dignus. Quintilianus Inſt. orat. lib.* IX. *cap.* IV. Nam neque Lucilium putant uti eadem ultima, quum dicit, *Serenu' fuit*, & — *dignu' loco.*

XI [22] *Occidam illum equidem, & vincam, ſi id quaeritis, inquit:*

Ve-

NOTAE.

22 *Occidam illum equidem.*] Hos verſus, quam libet ex incerto libro adferantur, eodem tamen quo ſuperiores pertinuiſſe credo, ex Cicerone potiſſimum conjecturam faciens, qui eos itidem à Placidiano aliquo enunciatos praedicat.

Verum illud credo fore, in os prius [a] *accipiam ipſe.*
Quam gladium in ſtomacho; [23] *ſura ac pulmonibu' ſiſto.*
Odi hominem; iratus pugno; nec longiu' quidquam
[b] *Nobis, quam dextrae* [24] *gladium dum accommodat alter:*

Uſ-

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *occipiam ipſe; Quam gladium ſtomacho, ſicam pulmonibu' ſiſto.* f. *accipiam, ipſi.* b al. *Vobis.* Scal. *Votis, quam gladium dextrae dum accommodet alter.*

NOTAE.

23 *Sura ac pulmonibu' ſiſto.*] Omnes in vocabulo *ſura* ut ſcopulo offenduntur, nec injuria: cur enim à ſtomacho ad ſuram repente tam longè tranſitur? deinde cum interficere velit parem, nec lethalis plaga ſit ſurae, cur ibi ſiſtere gladium & defigere poſtulat potius quam immergere jugulo aut jecori? Itaque Adr. Turnebus tentabat reſcribere: *fibra ac pulmonibu' ſiſto.* nam & vox non longe abludere, & ſignificatio jecori convenire videbatur. poetae enim Jecur ſaepenumero fibram vocant. ac idem aliquando legendum crediderat *lura*, ut os ventriculi, qui ceu utris vel culeus quidam eſt, intelligeretur. Parenti noſtro videbatur legendum *bira*. cui depravationi praeter inſolentiam vocis etiam hiatum in medio verſu cauſſam praebuiſſe putabat. de quo adi, ſi videtur, illius Plautinarum Explanationum lib. I. cap. 22. At vero omnium optime J. Scaliger, qui totum locum ita refingendum nobis indicavit:

—— *in os prius occipiam ipſe*
Quam gladium ſtomacho, ſicam pulmonibu' ſiſto.

Noli dubitare quin vera ea ſit lectio. Prius, inquit, occipiam ſiſtere gladium in os, quam ipſum ſiſto in pulmones. Hoc enim plane gladiatorium, prius os petere quam corpus. Quare dicebant: *non te peto, piſcem peto,* qui piſcis erat ſculptus in galea adverſarii. Hoc praeceptum dedit militibus ſuis Caeſar in pugna Pharſalica, ut prius ora hoſtium peterent, quam reliquum corpus. Sica autem erat etiam gladiatorum. Suetonius apud Iſidorum lib. XVII. cap. 6. Origin. *Dum cujuſdam gladiatoris in ludum emiſſi gladius curvatus fuiſſet ex acie recta: procurrit unus ad eum corrigendum, tumque à pugnante reſponſum eſt, ſica pugnabo: inde ſicae nomen datum eſt.* Utrumque ergo geſtabant gladiatores, gladium & ſicam. Hic locus Lucilii, ſi quis alius, dignus eſt notatu. Haec Scaliger.

24 *Gladium dum accommodat alter.*] τὸ *Alter* non hac vulgaria, verum hercle Pompejana notione, hoc eſt, pro *adverſario* interpretandum videri monuit nos Pater.

Digitized by Google

Uſque adeo ſtudio, atque odio illius efferor ira.

Cicero Tuſculan. Quaeſt. lib. IV. An vero vir fortis niſi ſtomachari caeperit, non poteſt fortis eſſe? Gladiatorium id quidem eſt. Quamquam in eis ipſis videmus ſaepe conſtantiam. Colloquuntur, congrediuntur, aliquid poſtulant, ut magis placati, quam irati eſſe videantur. Sed in illo genere ſit ſane Placidianus aliquis hoc animo, ut narrat Lucilius: *Occidam illum equidem* &c.

XII —— —— 25 *quamvis bonus ipſe*

Samnis in ludo, ac rudibus a *cuivis ſatis aſper.*

Cicero de Oratore lib. III. Magiſter hic Samnitium ſumma jam ſenectute eſt, & quotidie commentatur: nihil enim curat aliud, b atque ea, quae velocius puer addidicerat: ſed quod erat aptus ad

VARIAE LECTIONES.

a al. *cauſſis.* Lipſ. *civis.* b Turn. *at Q. Velocius puer.*

NOTAE.

25 *Quamvis bonus ipſe.*] Eodem hunc ſeſquiverſum, quia de magiſtro quodam Samnitium, hoc eſt, laniſta agebat, referendum duxi, quamvis à Cicerone libri titulus non indicetur. Et prope abeſt, ut affirmem cum alio cohaeſiſſe quem libro praecedente habes, hoc exemplo:

Bronchu' bovillanus, dente adverſo, eminulo, hic eſt
Rhinoceros velut AEthiopus, quamvis bonus ipſe,
Samnis in ludo ac rudibus cuivis ſatis aſper.

Et certe, ne quid diſſimulemus, videtur Lucilius libro tertio Satyrarum potius inter alia itineris ſui oblectamenta, quod Roma fecit Capuam (nam & ibi ludos gladiatorios fuiſſe docet clariſſimus Lipſius in libris proprie huis rei deſtinatis) munus aliquod gladiatorium deſcripſiſſe, ad cujus imitationem maxime Horatius & ipſe in itineris ſui deſcriptione, quod ab urbe Roma Brunduſium uſque inſtituerat,

Sarmenti ſcurrae pugnam, Meſſique Cicerri,

retuliſſe videri poteſt. quin verò & alia fragmenta, quae eodem libro leguntur, ad eandem rem ſpectaſſe liquido apparet, ut illud:

—— ille alter abundans
Cum ſeptem incolumis pinnis redit ac recipit ſe.

Itaque & hunc locum & duos proxime praecedentes, quos male hoc libro collocavimus, ad tertium hinc transferendos eſſe judicamus.

ad illud totumque cognorat, fuit, ut eſt apud Lucilium: —— *Quamvis bonus* &c.

XIII *Quod ſi nulla poteſt mulier tam corpore duro*
Eſſe, 26 *tamen* [a] *tenero maneat ſuccuſſa lacerto.*
Et manus [b] *uberior lactanti in ſumine ſidat.*

Nonius: *Sumen* proprie à ſugendo dictum. Nam & mulieris mammam *Sumen* veteres dicebant.

XIV 27 [c] *Tiſiphone reſidet pulmonibus*, *atque* [d] *ad id*
unguen .

Ex-

VARIAE LECTIONES.

a al. *tenero moveat.* Lipſ. *tenerum moveat ſuccuſſa lacertum*, *Et manus ulterior*, vel, *interior.* b Scal. *liberior.* c Ita Had. Jun. ex ms. c. emendavit. d f. *adeo unguen.*

NOTAE.

26 *Tamen tenero maneat ſuccuſſa lacerto.*] Alii, *tenero moveat*, quod pro moveatur poſitum credebat Pater perpeſſionis ſignificatu. J. Lipſius verba Lucilii hac emendatione egere putabat,

—— *tamen tenerum moveat*
ſuccuſſa lacertum
Et manus interior &c.

tali ſententia: Praeſcribere mulierculis videtur, ut ſi quae imbecilliore corpore ſunt ad concuſſationem illam & dolorem lactantium puerorum fortiter tolerandum, ut humeros ac lacertos modice moveant ac ſuccutiant, manuque ſiniſtra (ita enim interiorem manum interpretatur) uber paulisper tractent ac comprimant. Niſi forte cui pro eo *uberior* non *interior* ſed *ulterior* commodius legi poſſe videatur, quod ipſum non rejicit CL. Lipſius. Caeterum Joſephus Scaliger longe alia mente ſe haec accipere nobis indicavit, retenta vulgata lectione niſi quod pro *uberior*, *liberior* reſcribat. Exigere ſiquidem poëtam à muliere ut ſit ſolido corpore. quod ſi non ita ſolido corpore reperiri poſſit, attamen unum exigere, ut ſi ſuccutiatur manu, aut alio impulſu, ſaltem maneat immota, quantumvis teneros lacertos habeat, & etiam ut manus liberius requieſcere poſſit ſuper ejus mamilla: non autem ut peſſum eat prae mollitie mamillarum.

27 *Tiſiphone reſidet.*] Sic Had. Junius verſus hos ſartos tectos reddidit, libri ſcripti fidem ſecutus maxime, in quo erat: *Tiſiphone retine pulmonibus atque adirem unguem.* &c. in vulgatis vero codicibus multo corruptiſſimi leguntur ſic:

Tiſiphone te pulmonibus adirem,
unguentum
Execoctum attuli Eumenidibus
ſanctiſſima Erinnys.

Excoctum attulit Eumenidum ſanctiſſima Erinnys.

Nonius: Sebum, & *Unguentum* habent hanc diverſitatem. Sebum fit ex adipe ruminantium.

XV *Aſſequitur* [a] *nec opinantem*, [28] *in caput inſilit, ipſum*
Commanducatur totum complexa, comeſtque.

Nonius: *Commanducatur. Idem*: *Comeſt* pro comedit.

XVI [29] *Haeret verticulis adfixum in poſteriore*
Parte, atque articulis, ut nobis talu' genusque.

Nonius: *Genu* maſculini generis. *Feſtus*: *Verticulas* cum dixit Lucilius, articulos intelligi voluit.

XVII [30] *Hi prae ſe portant ingentes munere piſces*
Tri-

VARIAE LECTIONES.

a lego *neque*.

NOTAE.

28 *In caput inſilit.*] De nimis Latino verſuum horum intellectu, Patris mei Praecidanea pro Tibullo, qui volet, conſulito cap. 17.

29 *Haeret verticulis affixum.*] Videtur Adr. Turnebo Lucilius hoc verſu verticulas vocare ſpondilos ſpinae potius quam articulos. Verticulas autem credit dici & ſpondilos & articulos à vertendo: quod ibi ſe vertant & flectant membra corpusque quaſi στρόφιγγες ſint. Ejuſdem vero loci crebra ruminatio redegit mihi in memoriam Arnobianum quempiam, ubi vocem hanc miſere interpolatam licet agnoſcere, libro III. adverſus Gentes, *Quid ergo dicemus? Caput Deos geſtare tereti rotunditate collectum, retinaculis nervorum dorſo illigatum ac pectori, & ad cervicum neceſſarias flexiones conſertionibus verticum, atque oſſea ſubſtructione fulciri?* apage iſtud *verticum*, repono quamvis audaciter *conſertionibus verticularum.*

30 *Hi prae ſe portant.*] Sic Varro Manio: *Lecto ſtrato matellam, lucernam, caeteras res hujuſmodi prae ſe portant.* Plautus dandi caſu dixit Paenulo:

Trecentos nummos Philippos portat prae ſibi.

Triginta numero. ——
Servius P. Danielis.

XVIII *Tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum*
Partiſſes ——
Nonius: *Partiret* pro partiretur.

XIX —— —— —— *ne agitarem*
Nam tu peſſulus, hunc vectem [a] *poſſis cuneo ipſo.*
Nonius: *Vectis* generis maſculini.

XX [31] *Longior hic quam grus,* [b] [32] *grue tota cum volat olim.*
Nonius: *Grues* genere feminino.

XXI [c] *Concurſaret* [d] *agros, catulos, foetumque ferarum.*
Nonius: *Catuli* non ſolum canum diminutive, verum omnium animalium appellantur.

XXII *Quumque hic tam formoſus* [e] *homo, ac te dignu' puellus.*

Fe-

VARIAE LECTIONES.

a f. *poſeis.* b f. *grege.* c Frut. *concuſſaret.* d Scal. *apros* f. *agens.* e v. c. *tibi.*

NOTAE.

31 *Longior hic quam grus.*] I. Guilelmius homines longos παρμιωδῶς Grues dictos hoc Lucilii & illo Laberii verſu ex Fullonicis probare nititur:

Utrum tu hunc gruem Balearicum an hominem putas eſſe?

32 *Grue tota cum volat olim.*] Pater: *grege tota.* ſic enim ſupra: *Duceret haſce greges.* quod tamen hoc loco Nonii obſervatio non videtur admittere. *olim* vero ex Plauto interpretandum ſcribente in Milite:

Quam ſolis radii eſſe olim, cum ſudum eſt, ſolent.

Et Truculento:

Qam olim muſcarum eſt, cum caletur maxime.

Sic Horatius Satyra I.

—— *ut pueris dant olim cruſtula blandi*
Doctores.

33

Feſtus: *Puelli* per diminutionem à pueris dicti ſunt. *Nonius*: *Puellos*, pueros. *Priſcianus lib.* VI. *Puellus* & Puella.

XXIII a *Sufficit huic* 33 *dum fulmentas quattuor addit.*
Nonius: *Fulmenta* faeminino genere.

XXIV *Nam omnibus unus dolor receptus laboſque.*
Servius P. Danielis.

XXV b *Qui edit ſe, hic comedit me.*
Priſcanus lib. X. Vetuſtiſſimi *Edo*, *edis*, *edit*, dicebant correpta prima ſyllaba.

XXVI *Obturſi ebrius.*
Priſcianus lib. IX, *Turgeo.*

VARIAE LECTIONES.

a Iſ. Caſaub. *Sufficit huic: clavis fulmentas q. a.* b f. *Qui ſeſe edit, hic comedit me.*

NOTAE.

33 *Dum fulmentas quattuor addit.*] Ingenioſe Iſacus Caſaubonus, decus ac columen literarum: *clavis fulmentas quattuor addet.* hoc eſt, quatuor clavis fulmentas addit. imperitum librarium ex *cl.* feciſſe *d.* autumat. quae prima mendi indoles fuerit. Fulmenta autem ſunt καττύματα, ut idem monet, quod etiam ſolum Latinis dicitur.

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM

LIBRO V.

*

1 *Quo me habeam pacto, [1] [a] tametſi non quaeri' docebo.*
Quando in eo numero mânſti, quo maxima nunc eſt
Pars hominum, ut periiſſe velis, quem nolueris, quum
Viſere debueris. [b] hoc Nolueris, & Debueris te
Si minu' delectat, [2] quod [c] ἄπεχνον [d] Iſocration eſt
[e] Ὀχληρῶδεςque *ſimul totum ac* συμμειρακιῶδες:
Non operam perdo. Si tu hic. . . . .

A. Gellius lib. XVIII. *cap.* 8. Ὁμοιοτέλευτα καὶ ἰσοκατάληκτα καὶ πάρισα καὶ ὁμοιόπτωτα, caeteraque hujuſcemodi ſcitamenta, quae iſti ἀπειρόκαλοι qui ſe Iſocratios videri volunt, in collocandis verbis immodice faciunt & rancide, quam ſint inſubida &

VARIAE LECTIONES.

a f. *tamen etſi haud* b lego, *hoc Nol' & Debueris te*, more Ennii decurtatis verbis. c Scal. τεχνίον. d f. *Iſocrataeum eſt.* e Scal. Ἀχρῶδεςque *ſimitu, tum* συμμειρακιῶδες.

NOTAE.

1 *Tametsi non quaeri docebo.*] Verſus labaſcit, ni fulcias hac Parentis noſtri emendatione:

—— *tamenetſi haud quaeri' docebo.*

pto tametſi. Sic Catullus:

Quae tamen etſi uno non eſt contenta Catullo.

2 *Quod* ἄτεχνον *Iſecration eſt.*] Donatus ad Adelphos Terent. *Argumentorum genera duo ſunt* ἔντεχνον, καὶ ἄτεχνον.

3 *Nam*

& inertia & puerilia, facetiſſime hercule ſignificat in quinto Satyrarum Lucilius. *Nam ubi eſt cum amico conqueſtus, quod ad ſe aegrotum non viſeret; haec ibidem addit feſtiviter: Quo me habeam pacto* &c.

II [3] *Nam ſi quod ſatis eſt homini, id ſatis eſſe* [a] *potiſſet,*
Hoc ſat erat: nunc quum hoc non eſt, qui credimu' porro
Divitias ullas animum mi explere [b] *potiſſe?*

Nonius: Multum & *Satis* diſtant; quod Multum infinitum eſt, Satis finitum. Avaris illud; hoc parce ſe continentibus applicandum eſt.

III [4] [c] *Sicuti quum primos ficos* [5] *propala recenteis*
[6] *Pro-*

VARIAE LECTIONES.

a al. *poteſſet.* b al. *poteſſe.* c Turn. *Ut cum primitiis ficus.* Scal. *Sicuti quum ficus primus propola.*

NOTAE.

3 *Nam ſi quod ſatis eſt homini.*] Ita verſus hos legendos & interpungendos exiſtimat I. Lipſius Muſarum deliciae, de quorum ſententia adi, ſi lubet, ipſius Variar. Lect lib. I. cap. 14. Luſit autem Lucilius in varia ſignificatione ejus orationis, qua *Satis eſſe* aliquid dicimus, & id quod reipſa ſufficit, & quo contenti ſumus. ſic Auſonius:

—— *ſatis hoc rear eſſe,*
Quod ſatis eſt ——

& Seneca Epiſtola xv. *Quibus, ſi quid ſatis eſſe poſſet, fuiſſet.*

4 *Sicuti cum primos ficos*] alii, *primas ficos*, & *paucas* ſequenti verſu. Sic idem ſupra: *Aſſiduas ficos.*

5 *Propala recentes.*] *Propalas* putat fuiſſe Turnebus, quae merces palam & velut ante palum, ſeu de palo pendentes vendiderint, cui aſſentit Had. Junius. Palum enim multis in locis rerum venalium indicem ante domum erigi ſolere addit, ac vocem mere Latinam eſſe, id quod ſyllabae longae ratio facile evincat, cum ſi peregrina fuerit *Propola*, neceſſario brevianda ſit. Caeterum Joſephus Scaliger huic incommoditati alia ratione ſubvenit, putat enim *Propola* ex Graeco πωλεῖν deduci, ſed praepoſitionem Latinam eſſe, ut in *Prologus.* producitur enim. quod non eſſet ſi Graeca eſſet. ſi enim eſſet προπώλης hoc eſt προξενητής, ne-

[6] *Protulit, & pretio ingenti dat primitu' paucos.*
Nonius : *Dare*, petere. *Idem* : *Primitus* pro primo.

IV *Si tam corpu'* [7] *loco validum, ac regione maneret,*
[a] *Scriptores quam vera manet ſententia cordi.*
Nonius Sententia, ſenſibilitas.

V [8] [b] — *Dic quam cogitat vis ire minutim*
Per commiſſuras rimarum nocti' nigrore.
Nonius: *Minutim* pro minute.

VI [c] *Sanute ſoli mihi in magno moerore*
Triſtitia in ſumma, creperaque inventu' [d] *ſalutis.*
Nonius: *Crepera* res proprie dicitur dubia.

VII — — — *Hic ſolus vigilavit opinor*

9 *Et*

VARIAE LECTIONES.

a f. *Scriptoris.* b f. — *Dic qua te cogat vis ire minutim.* c Scal. *Samni ſole mihi in magno moerore, metuque, Triſtitia in ſumma, crepera in re inventu' ſalutis.* f. *Sane tu ſolus magno in maerore metuque.* d f. *ſalute.*

NOTAE.

neque primam produceret, neque eam ſignificationem haberet quam nunc. Dictus enim quod primus vendat merces: quas in portu primus anticipat: &, ut Perſius ait, primus tollit piper è ſitiente camelo, ut prior vendat. quod manifeſto innuit Lucilius. Haec & plura Scaliger ad Culicem Maronis.

6 *Protulit.*] Pro profert accipiendum ab antiquo *Tulo*, eſt enim praeſentis temporis non praeteriti. Sic *Obtulit*, pro offert uſurpat Plautus & Pacuvius in Medo: *Et cuſtodite hunc vos ne quis eum abſtulat, neve attigat.* pro auferat.

7 *Loco validum ac regione.*] Ennius:

Succincti gladiis media regione cracentes.

8 *Dic quam cogitat vis ire minutim.*] Acute amicus noſter Joannes Meurſius: *viſire minutim.* de qua voce conſule Joſ. Scaligeri Caſtigationes in Catullum. priora tamen verba Lucilii etiam corrupta ſunt.

9 Et

[9] *Et cum id mi viſus facere eſt* [10] *tum retia nexit.*

Priſcianus lib. I. *&* *lib.* IX. A *Necto*, *nexui* protulerunt plerique. Quidam tamen etiam *Nexi*, *Necto*, *nexi*, dicentes; & *nexus*, ut flecto, flexi, & flexus.

VIII —— —— *& Divos thure precemur*
[a] *Conſilium*, *fas ſi placet*, *tunc impune ſuperbis.*
Nonius: *Lupari* ut ſcortari vel proſtitui.

IX —— [b] *Cecidiſſe ſenem veterum tamen unum*
Tireſiam aequalem conſtat. ——
Nonius: *AEquales* ſunt ſimiles & ex aequo.

X *Nec deſignati roſtrum Praetori', pedeſque*
[c] *Spectet* ——
Nonius: *Roſtrum* hominis dici non debere conſuetudo praeſumpſit.

XI [12] [d] *Liviu' pauperem ait ſe ingentia munera fungi.*
No-

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *Conſilium facſint placeat, tu impune luperis.* b Ita diſpono verſus hos. Joſ. Mercer. *Verum nuum cecidiſſe tamen ſene Tireſiai AEqualem conſtat.* ὑποχ. pro ſeni Tireſiae. c al. *Spectes.* d al. *Leviu'.* f. *Pauper ait levius*, Giſan. *Lentu' pauperiem ac ſe ingentia m. ſ.*

NOTAE.

9 *Et cum id mi viſus facere eſt.*] Sic Pater ex conjectura verſum conſtituit, quomodo & poſtea in libro antiquiſſimo Priſciani manu exarato exſtare comperi, vulgo perturbatis numeris legitur: *Et cum id mihi viſus eſt facere tum retia nexit.*

10 *Tum retia nexit.*] Has tres voces ex incerto libro Satyrar. Lucilii etiam Diomedes adducit lib. I. Grammat. ubi docet *Necto nexui vel nexi* facere in praeterito.

11 *Conſilium, fas ſi placet, tunc i.*] Had. Junius, *C. fas ſi placeat, tu imp. ſ.* Sed vera & indubitata lectio Joſephi Scaligeri: *Conſilium facſint placeat, tu impune luperis.* nam *ſuperbis* illud nihil ad rem.

12 *Liviu' pauperem ait.*] Conjiciebat

Nonius: Accuſativus poſitus pro ablativo.

XII [13] *Lippus edendâ acri aſſiduo ceparîu' caepâ.*

Nonius: *Caepe* faeminini generis *Priſcianus lib.* 6. Quamvis antiquiſſimi *Cepa* in *a* quoque ſingulari faeminino genere recte protuliſſe inveniuntur; frequentior tamen uſus hoc *Cepe* protulit

XIII [14] *Intybu' praeterea* [15] *pedibus* [a] *perſerpſit equinis.*

Nonius: *Intybus* generis maſculini. *Chariſius lib.* I. *Intyba* neutro genere Virg. dixit — *& amaris intyba fibris.* & ſic multi eruditorum; ſed & maſculino genere frequenter à veteribus dictum eſt. Nam Lucilius in quinto *deridens ruſticam coenam enumeratis multis herbis*, *Intybu' praeterea* &c.

XIV

VARIAE LECTIONES.

a v. c. *perſerpit.* f. *proſerpſit.* Scal. *praeſerpſit.* al. *praetenſus.*

NOTAE.

bat Pater: *Liviu' pauperie hac ſe ingentia munera fungi.* id eſt, in hac pauperie ſua. quaſi dicat nihil obeſſe pauperiem Livio quo minus ingentia munia defungi poſſit.

13 *Lippus edenda acri.*] Haec vera eſt hujus verſus ſcriptura. apud Nonium corrupte legitur: *Lippus edenda acria aſſidue caparius caepa lacrymoſa.* quod poſtremum epitheton adiectum è ſuperiore Lucilii verſu ibidem adducto a Nonio, recte Had. Junius monet. quod vero apud Priſcianum in excuſis libris inſertum habes, κρομμυοπώδης *homo.* & verſum turbat & à calamo exaratis aberat. ſcin' quid ſuſpicer? τὸ κρομμυοπώδης interpretationem vocis *Caeparius* fuiſſe à ſciolo aliquo adjectum, emendandumque κρομμυοπώλης, quod caeparum venditorem notat. non autem abſimilis huic verſui eſt ille Nonii ex Apella: *Cui caepe edendo oculus alter profluit.*

14 *Intybu' praeterea.*] Quemadmodum divitum luxuriem & vitia libro priore caſtigarat Lucilius: ita hoc libro de vita ac victu ruſticorum egiſſe videtur. nam Chariſius auctor eſt eum deridentem caenam ruſticam multis herbis enumeratis hunc verſum tandem addidiſſe.

15 *Pedibus perſerpit equinis.*] Pater legit, *proſerpſit.* cujus ſcripturae veritatem probat auctoritate Varronis, qui lib. IV. de L. Lat. *Proſerpere* idem quod ſerpere fuiſſe ſcribit.

16

XIV [16] *Flebile caepe ſimul*, [17] *lacrimoſaeque ordine tallae.*

Nonius: *Caepe* generis neutri.

XV [18] *Urceus & gemina longus miſtarius anſa.*

Nonius: *Miſtarium* quo miſcemus.

XVI [19] *Macte inquam virtute ſimulque his verſibus eſto.*

Nonius: *Mactare*, magis augere.

XVII *Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.*

Priſcianus. Potior.

XVIII [20] *Laſcivire pecus juſſit roſtrique repandum.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a ita Scal. Had. Jun. *ſcillae.*

NOTAE.

16 *Flebile caepe ſimul.*] Hunc verſum cum ſuperiori olim cohaeſiſſe, vix eſt ut dubitemus.

17 *Lacrimoſaeque ordine tallae*] Sic veriſſime emendavit Joſ. Scaliger pro quod *talpae* apud Nonium corrupte legitur. nam interiores tunicas caeparum, unde *Tunicatum caepe* Horatio, *Tallas* vocabant. Sextus Pompejus emendante eodem Scaligero: *Tallam, allii folliculum vel caepe.* Gloſſarium: *Talla* κρομμύου λέπυρον. Quod vero Had. Junius *ſcillae* reſtituendum cenſebat, nihil eſt. nam quamvis & id generis caeparum ſit, nimis procul tamen à receptae ſcripturae veſtigiis recedit.

18 *Urceus & gemina longus m. a.*] Sic optime verſum hunc reſtitutum confidimus, nec aetate impeditur judicium hic noſtrum, pro quod vulgati codices vitioſe praeferunt: *Urceus aut longa geminus miſtarius anſa.* at vetus editio. *Urceus aut longe geminus miſtarius paulo.* unde aliquando ſuſpicio nata nobis pro *paulo*, reſcribendum *aure.* ut *Miſtarius*, ſive ut quidam *Mixtarius*, idem ſit prorſus quod *Dyota* apud Horatium.

19 *Macte, inquam, virtute.*] Hinc Horatius:

— — — *macte*
Virtute eſto inquit ſententia dia
Catonis.

20 *Laſcivire pecus juſſit.*] Delphinem hoc verſu intelligi planum. deeſſe itidem vocem aliquam quae ſenſum abſolvat apparet, quam videor non incommode ex Livio Andronico ſupplere poſſe, e cujus Aegyſto adducit Nonius: *Tum*

Digitized by Google

Nonius. *Pecus* non ſolum quadrupes animal; verum omnia animalia *pecudes* vocantur.

XIX *Poſtquam praeſidium caſtris educere* [a] *crevi.*
Nonius: *Cernere* rurſum diſponere.

XX *Major erat natu; non omnia poſſumus omnes.*
Macrobius lib. VI. *cap.* I. *Saturn. ad illud Virg. Dicite Pierides, non omnia poſſumus omnes.*

XXI *Cuſtodem claſſis catapulta* [b] *inſtila ſariſſas.*
Nonius: Catapulta, jaculum celer [c] vel ſagitta.

XXII *Poſſit ne elabi,* [21] *an porro prodenda dies ſit.*
Nonius: *Prodere*, differre vel excludere. *Donatus in Andr. Act.* II. *Sc.* II *ad illud Terentii*: *Ut aliquot ſaltem nuptiis prodat dies*] *Prodat*, proferat, prolatet, differat. Lucil. in V. An porro prodenda dies ſit.

XXIII [d] *Scutam ligneolam cerebro* [e] *infixit.*

Pri-

VARIAE LECTIONES.

a al. *crevit.* b Ha. Jun. *haſtile, ſariſſa.* c f. *ut ſagitta.* d f. *ſcutamque cerebro Ligneolam infixit.* e Fr. D. *inflixit.*

NOTAE.

Tum autem laſcivum Nerei ſimum pecus.
ut reſcribamus in Lucilio:
——— *ſimum*
Laſcivire pecus, &c.
nam ea nota proprie Delphini inſigniti. Lucilius lib. VII.
Simavit taxim adnares, delphinus ut olim.
Plinius lib. IX. cap. 8. Nat. Hiſt. de Delphino locutus, addit: *Pro voce gemitus humano ſimili, dorſum repandum, roſtrum ſimum. Qua de cauſſa nomen Simonis omnes miro modo agnoſcunt, maluntque ita appellari.* Ex quibus verbis poſſet quis non inſcite arbitrari, pro *roſtrique repandum* reſcribendum *dorſique repandum* in Lucilio, niſi à vulgaria ſcriptura ſtaret aperte Naevius illo verſu: *Repandiroſtrum incurvicervicum pecus.*

21 *An porro prodenda dies ſit.*] Ita apud Nonium ex Donato corrigendum, pro quód exſtat: *an prodenda dies?*

Priſcianus lib. 3. Hoc *Scutum*, vel haec *Scuta*, id eſt, forma rotunda *Scutula* & *Scutella*.

XXIV —— *Interea ſtat ſentibu' pectus*.

Nonius: *Stat* etiam quod plenum eſt dicitur. *A. Gellius lib.* VIII. *cap.* 6. Quid illud ſit quod Virgilius, *Caelum ſtare pulvere*, & quod Lucilius *pectus ſentibus ſtare*, dixerit.

XXV —— *Et cruribu' crura*
Dilaxat. ——

Porphyrion in Horat. Sat. II. *Lib.* I. *ad illum verſum*: *Haec ubi ſuppoſuit dextro corpus mihi laevum*.] Hoc eſt quod Lucilius ait in quinto: Et *cruribu' crura Dilaxat*.

XXVI [22] *Adipatam pultem*.

Chariſius lib. I. Similiter & opus piſtorium, quod adipe conficitur, omni genere dici poteſt, & hic *adipatus*, quo intelligitur panis aut aliud aliquid, haec *adipata*, hoc eſt, pars, & hoc *adipatum*, opus ſcilicet. Nam & Lucilius quinto, *Adipatam* dicit faeminino genere, ſed illi ſubjungit, *pultem*.

XXVII *Fiſcina fallaci cumulo*. ——

Servius P. *Danielis*.

NOTAE.

22 *Adipatam pultem*.] Puto & hoc ad caenam ruſticam pertinuiſſe, de qua paullo ante Chariſius.

QUAE

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM

LIBRO VI.

*

I [1] *Cui neque jumentum eſt, nec ſervus, nec comes ullus,*
Bulgam, & quidquid habet nummorum, [2] ſecum habet ipſe
Cum bulga coenat, dormit, lavit: omnis in una
Spes hominis bulga, hac devincta eſt caetera vita.

Nonius: *Bulga*, eſt folliculus omnis, quam & *crumenam* veteres appellarunt: & eſt ſacculus ad brachium pendens.

II *Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri*
[3] *Ducere protelo validis cervicibu' poſſent.*

Nonius: *Protelare*, rurſus [a] adjuvare.

III [4] [b] *Hic inquam rudet è roſtris atque* [c] *ejulabit*
[5] *Concurſans* [d] *uti arenarius clareque quiritans.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a Nic. Faber, *adjugare.* b Turn. *Haec eadem.* c Scal. *heilitabit*, f. *hinnilitabit.* d Turn. *velut ancarius.*

NOTAE.

1 *Cui neque jumentum eſt, nec ſervus.*] Catullus: *Furi, cui neque ſervus eſt, neque arca.*

2 *Secum habet ipſe.*] Martialis:

Aſſe duos calices emit, & ipſe tulit.

3 *Ducere protelo.*] Cum equi continuant actum dicuntur *protelo ducere. Protelum* enim eſt continuatio vel tenor, adi, ſi vacat, Joſ. Scaligerum in Catalecta.

4 *Haec inquam rudet è roſtris.*] Interpretandum putabat Pater ex illo Lucilii:

Nec deſignati roſtrum Praetoris, pedesque
Spectet.

ut *Haec* ſit accuſativus.

5 *Concurſans uti arenarius.*] Ita hodie in recentioribus Nonii codi-

Digitized by Google

Nonius: *Quiritare* eſt clamare, tractum ab iis, qui Quirites invocant. *Varro lib.* VI. *de Ling. Lat.* Multa ab animalium vocibus tranſlata in homines: partim quae ſunt aperta, partim obſcura. Perſpicua, ut Lucilii, *Haec inquam rudet è roſtreis, atque hinnilitabit.*

IV —— *Peccare impun' rati ſunt*
Poſſe, & nobilitate facul propellere iniquos.

Nonius: *Facul* pro faciliter. huic contrarium eſt difficulter.

V —— *Thaunomeno, inquit,* [a] *valva ſororem*
Lanificam dici ſiccam atque abſtemiam ubi audit.

Nonius: *Abſtemius*, qui vino abſtinet.

VI [6] *Si* [b] *hic veſtimenta elevit luto, ab eo riſum magnum ad cachinum imprudens ſubjicis.*

Nonius: *Elevit*, maculavit.

VII —— [7] [c] *Qui te bonu' Juppiter inquit*
Craſſo

VARIAE LECTIONES.

a f. *balba.* b f. *hic veſtimenta luto ſi Forte elevit, ob id riſum magnum atque cachinnum Subjicit imprudens.* —— c Scal. —— *qui te, bone Juppiter, inquit, Mutivit, quum caenabit, dominum fore Craſſo.* f. *Craſſo Mutiu' cum canas dominus foris.* ——

NOTAE.

dicibus legitur. at in ſuperioris memoriae excuſis *ancarius*. unde Had. Junius *aggarius*, vel per *n angarius* faciebat, qua voce nuntius intelligitur. Sed Joſ. Scaliger *ancarius*, ut in V. C. eſt, veram lectionem putat, hoc eſt angarius. Porro varias & anxias nimis hujus loci explicationes apud Turnebum invenies Adverſar. lib. XVII. cap. 24.

6 *Si hic veſtimenta.*] Joſ. Scaliger hos Trochaicos eſſe me monuit ex XXVI. non ex VI. libro, atque ita conſtituendos:

—— *Si hic veſtimenta elevit luto,*
Ab eo riſum magnum ac cachinnum imprudens ſubjicit.

quod imitatus ſit Horat.

—— *ſi forte ſubucula pexae*
Trita ſubeſt tunicae. ——

7 *Qui te bonu' Juppiter.*] Joſ. Scaliger:

Craſſo Mutium quum caenabat dominum fortem:
Nonius: *Dominus* rurſus appellatur convivii exhibitor. unde & *Domini ad convivia.*

VIII *Verum* [8] *& mercaturae omnes &* [a] *quaeſticuli iſti*
Intuti. ——
Nonius: *Mercatura* faeminini generis habetur.

IX [9] *Nequitia occupat* [b] *os, petulantia, prodigitasque.*
Nonius: *Prodigitas* dicta profuſio.

x *Si*

VARIAE LECTIONES.

a Ita Scal. b lego, *hos.*

NOTAE.

—— *qui te, bonu' Juppiter, inquit,*
Mutivit, quum caenabit, dominum fore Craſſo?

quam veram lectionem putat, hac ſententia: proh ſummum Jovem, quis deblateravit te fore dominum convivii Craſſo, cum caenabit. at Pater meus ita emendabat:

—— *qui te bonu' Juppiter, inquit,*
Craſſo Mutiu' quum caenas dominus foris ——

hoc ſenſu: Ut te bonus Juppiter perdat, inquit, qui quum tua praebitio ſit, ut nos Caena defraudes, utque impenſae compendium facias, alio condicas foras, Caveque canem foribus inſcribas tuis.

8 *Et quaeſticuli iſti Intuti.*] Et hanc veram lectionem arbitratur Scaliger, ut dicat Poëta, hoc genus nundinationis omne eſt σφαλερόν. vulgo legitur: *& quaeſticuli inſtituti.* quod ſi alicui mordicus retinere placuerit, neceſſe eſt tmeſin Lucilio familiarem fieri, ac hoc pacto dividi verbum, quod lex carminis alioqui admiſſura non erat:

—— *& quaeſticuli inſti-*
Tuti: ——

ut τὸ *Tuti* principium alterius Hexametri conſtituatur. Tmeſi vero frequenter uſum Lucilium praeter Auſonium teſtatur etiam Porphyrion in Horat. lib. II. Epiſt. II. ibi:

—— *circum-*
Spectemus vacuam Romanis vatibus AEdem.

Una pars, inquit, *orationis eſt, diviſa in duos verſus, Lucilii more antiquo.* Inſtituere autem quaeſticulum ſic dictum, ut *Inſtruere* vel *occipere quaeſtum* Plauto.

9 *Nequitia occupat os.*] Os recte in contextu legi probat Virgilianum iſtud lib. VII. AEneid.

—— *& venienti Ebuſo plagamque ferenti*
Occupat os.

Sa-

Digitized by Google

X *Si noſti, non magnus homo eſt, naſūtu', macellus.*
Nonius: *Macellum*, dictum pro macilentum, Lucilius probat.

XI [10] *Id ſolum adverſae fortunae,* [a] *reique reſiſtit.*
Nonius: *Ablativum* pro genitivo.

XII [11] *Hortare* [b] *illorum ſi poſſim capi ſortiri.*
Nonius: Genitivus pro ablativo.

XIII *Tres à Deucalione* [12] *grabati reſtibu' tenti.*
Nonius: *Tenta* dictum pro extenſa.

XIV [c] *Pluma atque amphitapae, & ſi aliud quid deliciarum.*
Nonius: *Amphitapae* veſtes dicuntur utrimque habentes villos.

XV

VARIAE LECTIONES.

a Jo. Merc. *Eid.* & *reque.* b Scal. *illorſum, ſi poſſim captus oriri.* c Fr. D. *Pluma.*

NOTAE.

tamen ſententia poſtulante audebat Pater *hos* pro *os* in Lucilio reſcribere. quod etiam vetus codex comprobare videtur, in quo *hoc* excuſum legitur.

10 *Id ſolum adverſae.*] Non video quomodo faciat ad propoſitum Nonii exemplum hoc. Joſ. Mercerus legi poſſe arbitratur: *Eid ſolum adverſae fortunae reque reſiſtit. Eid* pro id, *Re* pro rei, ut *die* pro diei aliaque apud A. Gell. & Nonium. *Reſiſtit* vero pro reſtat accipit. ut haec ſit ſententia: Unum adverſae fortunae & rei ſupereſſe.

11 *Hortare illorum.*] Ingenioſe Joſ. Scaliger:

Hortare illorſum, ſi poſſim captus oriri.

& oriri capit pro ſurgere. ut in Commentariis Conſularibus: CONSOL ORIENS MACISTROM POPLI DEICAT. id eſt, ſurgens. nos legebamus,

Hortare illorum ſi poſſim captu' potiri.

quod ad obſervationem Nonii propius facit, ac eodem modo accipiendum quo illud Plauti in Capt.

Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium.

vide Feſtum in *Potitus.*

12 *Grabati reſtibu' tenti.*] Gloſſae Iſidori: *Inſtitae grabati reſticulae.*

XV *Zonatim circa impluvium* [13] [a] *cinerariſ cludebat.*

Nonius: *Zonatim* per gyrum.

XVI *Hoc tu apte,* [14] [b] *credit quanquam latrina petiſſe.*

Nonius: *Latrina* genere faemin. & eſt *lavatrina*, quod nunc balneum dicitur.

XVII [15] [c] *Pretium emit, qui vendit equum muſimonem.*

Nonius: *Muſimones* aſini, muli, aut equi breves.

XVIII [d] *Suam enim invadere atque innubere cenſent.*

Nonius: *Innubere* poſitum pro tranſire, quod hae, quae nubunt, ad domos maritorum tranſeant.

XIX —— *non te porro* [16] *procedere porcent.*

Nonius: *Porcere*, probibere ſaepius legimus.

XX —— [17] *Salvere jubere.*

Nonius: *Jubere* eſt velle.

XXI

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *cinerari' cluebat*, Lipſ. *cinerarios eludebat.* H. Jun. *cumeram is cludebat.* b f. *credis quemquam.* c lego, *Praedium.* d *Domum*, deſiderari videtur.

NOTAE.

13 *Cineraris cludebat.*] J. Lipſius: *cinerarios eludebat.* & intellegit de puero, qui jam tondendus in gyrum currens effugere volebat cinerarios, ut plane ſit illud Catulli:

—— *Jam tuum cinerarius*
Tundet os.

14 *Credit quanquam, latrina petiſſe.*] Pater, *credis quenquam*, ut *Latrina* ſit accuſativus pluralis à *latrinum*.

15 *Pretium emit.*] Legit Pater, *Praedium emit.* & *emit* pro emat poſitum interpretatur ἀρχαϊκῶς.

16 *Procedere porcent.*] Feſtus: *Porcet quoque dictum ab antiquis quaſi porro arcet.*

17 *Salvere jubere.*] Nonius poſt haec verba Lucilii addit ſtatim: ju-

XXI [18] [a] *Date bibere ab ſummo.*

Donatus in Andr. Act. III. *Sc.* II. *ad illa Ter. Quod juſſi dare bibere*] Conſuetudine magis quam ratione dixit, pro Date ei potionem. Lucil. in ſexto, *Date bibere ab ſ.* Nam duo verba activa nullam habent ſignificationem ſine nomine, aut pronomine; ut ſi dicas, Dic facere.

XXII [19] *Sardinenſem terram.*

Porphyrion in Horat. lib. I. *Sat.* III. *ad illud: Sardus habebat Ille Tigellius hoc.*] Annotandum *Sardum* & *Sardinenſem* dici poſſe. Nam Lucilius ſatyricus *Sardinenſem* dixit in ſexto Satyrarum: *Sardin. terram.*

VARIAE LECTIONES.

a f. *Dat*, vel, *Dans.*

NOTAE.

jubere ſalutem mittere amico. quae an Lucilii, an à gloſſa ſint dubito. certe, ſi ea Lucilii eſſe volumus altero τὸ *Jubere* inducto, ut in veteri codice erat, ita reſcribendum fuerit:

—— *ſalvere jubere, ſalutem mittere amico.*

18 *Dato bibere ab ſummo.*] Veſtigia aliqua hujus hemiſtichii videor apud Porphyrionem Horatii interpretem ſagaciter indagaſſe. qui ad illa Horatii lib. III. Carm. od. XXI.

Deſcende, Corvino jubente,
Promere languidiora vina.

Attende, inquit, *elocutionem, deſcende promere, deſcende ut promas. ut eſt illud: Bibere ab ſummo.* ubi puto hoc Lucilianum fragmentum reponendum eſſe.

19 *Sardinenſem terram.*] Corruptiſſime in hujus loci citatione nomen Lucilii apud Porphyrionem legebatur: *Lucius Sarcitius.* pro quo *Lucilius Satyricus* ſubſtituendum eſſe quis non videt?

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO VII.

*

I *Hanc ubi vult male habere, ulciſci pro ſcelere ejus,*
[1] *Teſtam ſumit homo Samiam, ſibique illico telo*
Praecidit caulem, teſteſque una amputat ambo.

Nonius: *Samium* acutum unde & *ſamiare* dicimus acuere, quod in Samo hoc genus artis polleat.

II [2] *Dixi, ad principium venio, vetulam atque viroſam*
Uxorem caedam potius, quam caſtrem ego met me.

Nonius: *Viroſae* mulieres, dicuntur virorum appetentes.

III *Qui te diligit, aetati facieque tuae ſe*
Fautorem oſtendat, fore amicum polliceatur.

A. Gellius lib. IX. *cap.* XIV. In caſu autem dandi, qui puriſſime locuti ſunt, non *faciei*, uti nunc dicitur, ſed *facie* dixerunt.

IV

NOTAE.

1 *Teſtam ſumit homo Samiam.*] In re ſimili Martialis lib. III.
Abſciſſa eſt quare Samia tibi mentula teſta.
quid ſi autem pro *homo humo* reponamus?

2 *Dixi, ad principium venio.*] Hi verſus parvo intervallo à ſuperioribus diſſiti videntur fuiſſe. nam perperam ex diverſis libris citantur.

3 *Ap-*

IV [3] *Aptari caput, atque comas* [4] *fluitare capronas*
[a] *Altas,* [5] *frontibus immiſſas, ut mos fuit illis.*

Nonius: *Capronae* dicuntur comae, quae ante frontem ſunt, quaſi à capite pronae.

V —— —— [6] *Servorum eſt feſtu' dies hic,*
Quem plane Hexametro verſu non dicere poſſis.

Porphyrion in Horat. Sat. V. *lib.* I. *ad illum verſum*: *Manſuri oppidulo, quod verſu dicere non eſt.*] Equotutium ſignificat, cujus nomen Hexametro verſu complecti non poteſt. hoc autem exemplo Lucilii, nam in Satyra VII. ſic ait, *Servorum eſt feſtu' dies.* &c.

VI [7] [b] *Rador, ſubvellor, deſquamor, pumicor, ornor,*
[8] *Expilor, pingor.* ——

Nonius: *Deſquamat*, ſquamis exſpoliat.

VII

VARIAE LECTIONES.

a ſ. *Altis frontibus.* b v. c. *Sador, ſubellor,* Scal. *Scabor, Subvellor,* Had. Jun. *Sudor, Subbellor.*

NOTAE.

3 *Aptari caput, atque comas.*] Videtur innuere formam & venuſtatem mulieris optimam eſſe conciliatricem virilis libidinis.

4 *Fluitare capronas Altas.*] Videtur *altas* pro promiſſas interpretandum, eadem nempe ratione, qua *alere capillum* dicimus pro promittere.

5 *frontibus immiſſas.*] Referendum ad anguſtae frontis modum, de quo abunde Pater in Comment. ad Horatium. *immiſſas* enim pro demiſſas & promiſſas accipiendum.

6 *Servorum eſt feſtu' dies hic.*] Sigillaria dies ſervorum, quae in continenti poſt Saturnalia celebrabantur, ut docet Scaliger ad Feſtum. Et Hexametri lex non admittit Sigillaria Auſonius: *AEdiles etiam Plebei, etiamque Curules Feſta Sigillorum nomine dicta colunt.*

7 *Rador, ſubvellor, deſquamor, pumicor.*] Vetus codex: *Sador, ſubvellor.* quam lectionem retinendam moneo. *Sadere* enim vox Latina, & uſus eſt ea Tertullianus adverſus Valentinianos: *Alioquin tantum ſe huic haereſi ſadere permiſſum eſt, quantum lupae faeminae formam quotidie ſubparare ſolenne eſt.* Plinius Natur. Hiſtor. lib. XXXV. cap. 21. *Sed & ii pumices, qui ſunt in uſu cor-*

VII [a] *Hunccine ego unquam Hyacintho hominem* [9] *Cortinipotentis*
[b] *Deliciis contendi.* ——
Nonius: *Contendere* ſignificat comparare.

VIII *Quinque haſtæ, aureolo cinctu rorariu'* [c] *velox.*
Nonius: *Rorarii* appellantur milites qui ante, quam congreſſae eſſent acies, primo non multis jaculis inibant praelium: tractum quod ante maximas pluvias caelum rorare incipiat.

IX *Primum fulgit, uti* [10] *caldum ex fornacibu' ferrum.*
Nonius: *Fulgit* pro fulget.

X [11] *Simavit taxim ad nares, delphinus ut olim.*
Nonius: *Simat*, deprimit.

XI *Hunc molere, illam autem ut frumentum vannere cunnis.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *Huccine unquam Hyacinthi hominis Certinupotentis.* b Giſan. *Deliacis contendi.* c Had. Jun. *veles.*

NOTAE.

porum levigandorum faeminis, jam quidem & viris, atque, ut ait Catullus, libris. Adi, ſi placet, Fratris mei Notas ad Catullum.

8 *Expilor, pingor.*] Puto reſcribendum: *Expolior, pingor.* & appoſite ad correctionem noſtram Plautus Poenulo, de ornatu muliebri agens: *Lavari aut fricari, aut tergeri aut ornari, Poliri, expoliri, pingi, fingi.* & Seneca Pater Controverſ. *Ite nunc & in illis vulſis atque expolitis, & nuſquam niſi in libidine viris, quaerite oratores.*

9 *Cortinipotentis Deliciis.*] Cortinipotentem videtur appellare Apollinem, cui Hyacinthus in deliciis erat.

10 *Caldum ex fornacibu' ferrum.*] Ita legendum verſu poſtulante. male vulgo: *& fornaceum ferrum.*

11 *Simavit taxim ad nares.*] Lupercus Servaſtus Junior:

Simataeque jacent curvo ſinuamine nares.

12

Nonius: *Evannetur* dictum eſt ventiletur, vel moveatur, à *vanno* in qua legumina ventilantur.

XII [12] *AEtatem & faciem, ut ſaga & bona conciliatrix.*

Nonius: *Sagae* mulieres dicuntur faeminae ad libidinem virorum indagatrices, unde & *ſagaces* canes dicuntur ferarum vel animalium quaeſitores.

XIII *Phryne nobilis illa ubi amatorem improbius quem.*

Nonius: *Nobilis* dicitur eſt notus.

XIV [13] *Ne auriculam obſidat caries, ne vermiculique.*

Nonius: *Caries* eſt vetuſtas, vel putrilago.

XV *Queis oculi non ſunt, neque naſum,* [a] *& qualia ſunt.*

Nonius: *Naſum* genere neutro.

XVI *Triſtes, difficiles ſumu', faſtidimu' bonorum.*

Nonius: Genitivus caſus poſitus pro accuſativo.

XVII [b] *Solam auram adverſam* [14] *ſegetem immutaſſe, ſtatumque.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *equalia ſunto.* f. *& qualia nobis.* al. *& cilia fronte.* f. *aut vilia fronte.* b al. *Solem.*

NOTAE.

12 *AEtatem & faciem.*] Eadem duo paulo ſuperius conjunxit: *Qui te diligit, aetati facieque tuae ſe Fautorem oſtendat.*

13 *Ne auriculam obſidat caries.*] Hac enim maxime infeſtantur puſilli pueri.

14 *Segetem immutaſſe, ſtatumque.*] Forte *ſatumque.*

Digitized by Google

Nonius: *Segetem* etiam ipſam terram dicimus.

XVIII *Caldiſſima, ac bene plena jam* [a] *ſolorum, atque anſeri collus.*

Nonius: *Collus* maſculini generis.

XIX —— [b] *Rate ad catulos accedere inultum.*

Nonius: *Catuli* non ſolum canum diminutive, verum omnium animalium appellantur.

XX [15] *Muginamur*, [16] *molimur*, [c] *ſubducimur.*

Nonius Muginari murmurare. *Idem*: *Moliri*, retinere, morari, ac repigrare.

XXI *Eodem* [d] *pactolo gannis.*

Nonius: Etiam humanam vocem nonnulli *gannitum* vocaverunt.

VARIAE LECTIONES.

a f. *ſoloeum*, vel, *olorum*. b f. *Rete*. c v. c. *ſeducimur*. Fr. D. *ſubducimus*. d f. *pacto oggannis*.

NOTAE.

15 *Muginamur*.] Ridiculum vero hoc loco bonum Crinitum, qui nomen Attae, Atellanarii Poëtae, verſui huic appenderat, hoc exemplo: *Muginamur, molimur, ſubducimur Atta.* ac hinc probare annitebatur Attam familiarem Lucilio noſtro fuiſſe, contra mentem Grammatici, qui Attae Poëtæ ſimile exemplum ex Aquis Caldis producit hoc: *Atque ea muginantur hodie atque ego occluſero fonte me.* ubi forte *fore* pro *fonte* reponendum.

16 *Molimur*.] Plautus Curculione:

Viden' ut miſere moliuntur, neque queunt complecti ſatis.

QUAE

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO VIII.

*

I *Gallinaceu' quum victor ſe gallus honeſte*
[1] *Suſtulit in digitos, primoreſque erigit ungues.*

Nonius: Priores & *Primores* hanc habent diverſitatem. Priores enim comparativi ſunt gradus: *Primores* ſummae quaeque res.

II [2] *Cum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis*
[a] *Fingens compono, hoc eſt, cum ψωλοκοπῦμαι.*

Ne-

VARIAE LECTIONES.

a 1. *Figens.*

NOTAE.

1 *Suſtulit in digitos*] Pro ſuſtollit ἦρχ. eſt enim praeſentis non lapſi temporis nota, à veteri *Suſtulo.* Sic Virgilius:

> *Verum haec tantum alias inter caput extulit urbes.*

2 *Cum poclo bibo eodem.*] Hos delicatiſſimos Lucilii verſus Had. Junius occaſione manuſc. codicis reſtituit primitus ad hanc faciem:

> *Cum poclo bibo eodem, amplector labra, labellas*
> *Fictrices compono, hoc eſt, tum ψωλοκοπῦμαι.*

cum legeretur apud Nonium in dictione *Componere*: *Cum plocio eodem obvio amplector, labra labellis compono, hoc eſt, cum ipſo duco paemias.* in *Fingere* vero paullo emendatius: *Eodem poculo bibo, eodem amplector, labra labellis fingens compono.* Cujus lectionis à ſe immutatae non temerariam fidem comprobat his verbis: *Labellas* faeminino genere diminutivum eſſe crediderim à labia, cujus uſum prius docuit Nonius. Quod vero vice *Fingens*, quod in vulgato codice legitur, repoſuerim *Fictrices*, id & manuſcripti fides, & verſus lex, ut facerem, perſuaſit. Poſtremo quod hic in meo, etſi inepte, non tamen à compoſitae vocis coagmento aliene legebatur, *ipſo loco pomas*: illic vero truncata (qualis ψωλὸν & recutitum decebat) dictione ὠλοκοπῦμαι, dedit occaſionem ſubſtituendi ψωλοκοπῦμαι.

Digitized by Google

Nonius: *Fingere* eſt jungere. *Idem*: *Componere* eſt conjungere.

III [3] [a] *Verum flumen uti, atque ipſo divortio aquarum*
Ilignis pedibus cercurum concinit aequis.
Nonius: *Cercurus* navis eſt Aſiana praegrandis.

IV —— *Quod gracila eſt,* [b] *pernix, quod pectore puro,*
Quod puero ſimilis ——
Nonius: *Gracila* eſt pro gracilis.

V *Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus.*
Nonius: *Genitivus* poſitus pro ablativo.

VI [4] [c] *Tum compone latus lateri, & cum pectore pectus.*
Nonius: *Componere* conjungere.

VII

VARIAE LECTIONES.

a Ex emendat. Had. Junii. f. *Verum flumine uti.* b lego, *pede quod pernix, quod p. p.* Yvo Villiom. *pernix, plane quod pectore, puro Q. p. ſ.* c ita lego.

NOTAE.

μυς. ne nunc dicam, quod aptiſſimo uſus fuerit vocabulo in exprimenda tentigine ſua, quae collabellationem ſequebatur. Hactenus Junius noſter. Maluit tamen Parens meus, ut antea legebatur, priorem partem relinquere, ejuſcemodi interpunctione ſcilicet, qualem in contextum retulimus. Idque haud paullo ſimplicius, ut noviſſimum *o*, & *Compono* in numerorum dimenſione nullum exteratur.

3 *Verum flumen uti.*] Sic Had. Junius & hos verſus ope, ut apparet, manuſcripti codicis ad numeros redegit. vulgo & ſententia & carmine oppido turbatis: *Rerum flumen, atque uti ipſo divortio ligneis pedibus cercurum concurret aequis.*

4 *Tum compone latus lateri.*] Ita verſum hunc numeris ſuis reſtituit Pater, pro quod legebatur: *Tuum latus compone lateri.* videtur autem non longe disjunctus fuiſſe ab illis: *Cum poclo bibo eodem* &c. ac ſic pro *compone compono* reſcribendum erit.

5 Sta-

VII *Si omne iter evadit*, [5] *ſtadiumque acclive tolutim.*
Nonius: *Tolutim* dicitur quaſi volutim & volubiliter.

VIII *Sallere muraenas*, [6] *mercem in frigdaria ferre.*
Priſcianus lib. x. *Sallere* non à ſalio ſed *Sallo*.

IX *Inde* [a] *pareẞtato chlamides*, [7] *ac barbula prima.*
Nonius: *Pareẞtati* hi, qui de pueritia veniunt ad pubertatem, à Graeco vocabulum ſumptum.

X *Hiberam inſulam fomento omnicolore coluſtra.*
Nonius: *Coluſtra* lac novum in mammis.

XI

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *parectati.*

NOTAE.

5 *Stadiumque acclive.*] Quid ſi? *Spatiumque.*

6 *Mercem in frigdaria ferre.*] Ita in manuſcripto Priſciani antiquiſſimae fidei libro, cujus mihi uſus obtigit beneficio viri optimi ac doctiſſimi Henrici Bredii praeceptoris noſtri, reperimus, non *frigidaria* quod lex verſus rejicit. Sed profecto, ut quod res eſt fabuler, quis hinc commodus ſenſus elici poſſit nondum video. nam quid obſecro frigidariis commune cum piſcibus? quae in balneis locum obtinuiſſe ſcimus. Ego vero, ſi fidei & notae priſcae codices ſuffragatores haberem mihi, libenter hercule repoſuerim *cetaria*, pro *frigdaria*, quae vox quamvis aliquantulum à recepta lectione recedat, ad ſenſum tamen unice facit. Horatius lib. II Sermon. Sat. 5.

Plures annabunt thynni, & cetaria creſcent.

ad quae verba vetus Scholiaſtes, *Cetaria*, inquit, *officina, in qua liquamen conficitur, alias loca in quibus ſalſamenta fiunt Cetaria dicuntur.* Fuit etiam cum non inepte *vivaria* reſcribendum arbitrarer. Verum haec tantum conjectura eſt, nec de ea quidem temere quidquam pronuntio, ſed ſuſpendo judicium meum dum quid compertius habeam; non poſſum autem diſſimulare me in veteri quadam editione, pro *mercem in frigdaria ferre*, excuſum offendiſſe *& frigidiaria ferre.* quod verſum quidem commode conſtituit, caeterum quis ſenſus ex eo elici poſſit, non video.

7 *Ac barbula prima.*] Non diſplicet hoc loco P. Scriverii amici noſtri conjectura: *ac parmula prima*, quod conjungit cum altero verſu ex incerto libro à Grammaticis allato:

Tum ſpara, tum rumices portantur, tragula porro.

8 Pi-

Digitized by Google

XI [8] *Piſtrinum* [a] *appoſitum, poſticum, ſella, culina.*
Nonius: *Poſticum* neutro genere.

XII [9] *A laeva lacrymas mutoni abſterget amica.*
Porphyrion in Hor. lib. I. *Sat.* II. *ad illa*: *Huic ſi mutonis verbis mala tanta videntis.*] Mutonem pro virili membro dixit Lucilium imitatus. ille enim in VIII. Satyrarum ſic ait: *A laeva lacrymas &c.*

XIII [b] *Intu' vero modo ſtet* [10] *rectus* [c] *ſubtegmine panus.*
Pri-

VARIAE LECTIONES.

a J. Guill. *appoſitum poſtico, cella, culina.* b f. *Intus ero.* c al. *ſubtemini, panus.* al. *ſabtegminis panus eſt.*

NOTAE.

8 *Piſtrinum appoſitum, poſticum.*] Placet ex parte J. Guilelmii emendatio; nam ut tota, Nonius clarè vetat, qui obſervat *Poſticum* neutro genere poſitum hoc verſu, quod neutiquam ex eo elici poſſit, ſi ejus ſententiam ſequamur. vide num ſic melius ſcribi queat: *Piſtrino appoſitum poſticum, cella, culina.* Cella autem ſive Cellarium à reponendis celandiſque rebus eſculentis & poculentis dicitur, ut docet Donatus ad Terentium. Gloſſarium: *Cellarium & Cellaromarium*, ταμεῖον. emenda: *Cellarium & Cella promarium*, vel certe *promtuarium.*

9 *A laevâ lacrymas.*] Hanc lectionem antiquiſſimi manuſcripti codicis oculata auctoritas comprobat. Impreſſum habet: *Laena manu lacrimas*, ubi τὸ *manu* à gloſſa eſſe ſuſpicari audeam. Caeterum non comprimor, quin hujus loci occaſione ſimilem quendam è Martiale, ſed inſigniter depravatum, & à nemine hactenus intellectum in medium proferam. cujus reſtitutionem non imputabis nobis, ne quid erres, ſed vero magni Scaligeri curioſae felicitati. quoniam enim privis opibus non ſatis valeo alienis uti decretum eſt mihi. Locus ex libro XI Martialis hic eſt:

At tibi nil faciam, ſed lota mentula lana.
Λđχάζειν *Cupidae dicet avaritiae.*

Concurrite omnes augures, aruſpices: nihil verius, nihil certius conjectura hac Scaligeri:

At tibi nil faciam, ſed lota mentula laeva,
ΛΑΙΚΑΖΕΙΝ *cupidae dicet avaritiae.*

hoc ſenſu: Sed lota ſiniſtra maſtuprabo, & jubebo te avaram meretricem plorare.

10 *rectus ſubtegmine panus.*] Nonius IX Lucilii tale hemiſtichium producit:

ſo-

Priſcianus lib. III. *Panus* à quo panula, vel panicula. *Chariſius lib.* I. Paniculae πρωτότυπον *panus* eſt, *Nonius*: *Panus* tramae involucrum, quem diminutive panulam Lucilius lib. IX. —— *foris* [a] *ſubtegminis panus eſt.*

XIV [b] *Hic eſt Macedo* [11] [c] *ſi agron longiu' flaccet.*
Nonius: *Flaccet*, languet, deficit.

XV [d] *Anicula aſpera atque praecox eſt fuga.*
Nonius: *Praecox* & Praecoqua, quod eſt immatura.

XVI —— [12] [e] *gigeriae ſunt*
[13] *Sive adeo* [f] *hepatia* ——
Nonius: *Gigeria* inteſtina gallinarum [g] cum his & ita cocta.

XVII [14] *Lentet opus.*
Priſcianus lib. VIII. Nam à *Lenteo lenteſco* deri-

VARIAE LECTIONES.

a f. *ſubtegmine panu' ſt.* b Scal. *Hac eſt macredo, ſi lorum l. f.* c v. c. *fragrion.* d v. c. *Amicula.* f. *Aviculae.* e ita Scal. f f. *iſſiciae,* g f. *cum iſſiciis cocta.*

NOTAE.

—— *foris ſubtegminis panus eſt.* quod idem cum hoc fuiſſe ſuſpicor. *foris* autem *ſubtegminis*, hoc eſt, extra ſubtegmen, ut interpretatur Pater, ſic Lucretius, *fornacibus intus* è contrario dixit.

11 *Si agron longiu' flaccet.*] Scal. *ſi lorum l. f.* id eſt, τὸ πέος. & ſubjungit huic illum verſum:

Laena manu lacrimas mutoni abſtergit amica.

12 *Gigeriae ſunt.*] Ita interpunxit & correxit Scaliger. eſt autem *Gigerium* ventriculus gallinarum, quod verbum hodie in Gallia retinent.

13 *Sive adeo hepatia.*] Malit Pater: *Sive adeo iſſiciae.* neque ſolum hic, ſed etiam in verbis Nonii. vide Varronem de Ling. Lat.

14 *Lentet opus.*] Sic *Lentum negotium* apud Cic. ad Attic. & *Lenta materies* apud Plautum.

rivatur, quum à dureo dureſco, & à vireo vireſco. Lucilius tamen in VIII. *lentet opus* protulit.

XVIII *Vinibuae*

Nonius: [a] *Buas* potionem poſitam parvulorum. Lucilius libro VIII. cum vinolentas [b] diceret *Vinibuas* deſignavit.

VARIAE LECTIONES.

a N. Fab. *Buas potionem vocitant parvuli.* b Scal. *deſignaret vinibuas dixit.*

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO IX.

*

Iſidorus: *Orthographiam, id eſt, ſcripturam rectam contra imperitiam librariorum Lucilius Poëta primum ſcripſit. Terent. Scaurus*: *Lucilius in* IX. *Satyrarum de Orthographia praecipiens. Velius Longus*: *Lucilius in* IX. *de literis diſputat.*

Porphyrion lib. I. *Sat.* X. *ad illa Horatii*: *Nil comis Tragici mutat Lucilius AccI? Non ridet verſus Enni gravitate minores?*] *Comis* Lucilius propter urbanitatem dicitur, & *mutat* pro eo quod emendat poſitum eſt. Facit autem Lucilius hoc cum alias, tum vel in tertio libro: & nono & decimo.

*

I A *primum eſt, hinc incipiam, & quae nomina ab hoc ſunt.*

A

NOTAE.

1 *Uno eodem, ut diximu', pa-*[illegible]*o.*] Sic lib. XX. —— *atque eodem uno tempore, & horae Dimidio.* —— & XXIX. *Eodem uno hi modo*

A, primum[a] *longa & brevi' ſyllaba: nos tamen unum*
Hoc faciemus, &[1] *uno eodem, ut*[b] *diximu', pacto*
Scribemus PACEM, PLACIDE, JANUM, ARIDUM, ACETUM,
[2] Ἄρες, Ἆρες *Graeci ut faciunt.* ——

Q. Terentius Scaurus de Orthographia: Singulares vocales & produci & corripi poſſunt; unde etiam Lucilius *in* IX. *Satyrarum de Orthographia praecipiens*, ait: *A primum eſt* &c.

11 [3c] *At non multum abit hoc cacoſyntheton, atque canina*
Si linguâ dico, nihil AR *me; nomen hoc illi eſt.*

Velius Longus de Orthographia: Inventi ſunt tamen, qui & ſine vocali putent poſſe ſyllabam fieri. nam animadvertimus apud Comicos, S, & T, pariter ſcriptas literas, ut apud Terent. in Phorm. Non is obſecro es, quem ſemper te eſſe dictitaſti? CH. ſt. SO. Quid has metuis fores? hoc S & T pariter renuntiant ſilentium. ſed ſcilicet ſi hoc ſectentur, poſſent etiam pleraſque conſonantes

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *longibrevi'*. b al. *dicimu'*. c Ita emendo atque diſtinguo.

NOTAE.

modo rationes ſubducent ſuas. & incerto libro: *Uni ſe atq. eidem ſtudio omnes dedere.* —— nec ab hac elegantia alienus rex poëtarum Virgil.

—— *& haec ut cera liqueſcit*
Uno eodemque igni.

2 Ἄρες, Ἆρες, *Graeci ut faciunt.*] Notum illud Martialis:

At Graeci, quibus eſt nihil negatum,
Et quos Ἄρες, Ἆρες *decet ſonare.*

3 *At non multum abit hoc.*] Ita reſtituit Pater. vulgo legitur: *à re non multum abeſt hoc cacoſyntheton atque canina ſi tibi lingua dico nihil ad me nomen hoc illi eſt.* quae hoc modo legenda cenſet Cl. V. Franc. Junius: —— *a. r. Non multum abeſt hoc cacoſyntheton atque canina Si lingua dico &c.*

Digitized by Google

tes & omnes ſemivocales pro ſyllabis ponere. Nam apud Lucilium *in* IX. (*in quo de literis diſputat*) omnes vices ſyllabarum implent, quum dicit: *A re non multum abeſt* &c.

III *Quintilianus lib.* I. *cap.* XIII. AI ſyllabam, cujus ſecundam nunc E literam ponimus, varie per A & I efferebant, quidam ſemper, ut Graeci, quidam ſingulariter tantum, quum in dativum vel genitivum caſum incidiſſet. Unde, *Pictai veſtis*, & *Aulai*, Virgilius amantiſſimus vetuſtatis carminibus inſeruit. In iiſdem plurali numero E utebantur, hi Sillae, Galbae. *Eſt in hac quoque parte Lucilii praeceptum*, quod, quia pluribus explicatur verſibus, ſi quis parum credat, apud ipſum in IX. requirat.

IV —— [a] *atque* ACCURRERE *ſcribas*
D ne, [b] *an T*, *non eſt quod quaeras atque labores.*

Velius Longus de Orthogr. Videmus autem prope in omnibus verbis quae à P litera incipiant, hanc praepoſitionem cogi ut B litera omiſſa P geminent, ut ab eo quod eſt paret, apparet; & in eo quod eſt ponit opponit; & in pungit oppungit: ſic in his partibus orationis, quae incipiunt à C litera, non facile poteſt haec praepoſitione admota ſonare D litera, haec ſimiliter litera geminatur, in eo quod eſt *Capio*, *accipio*: itaque Lucilius: —— *atque accurrere ſcribas* D *ne*, *an* T *&c.*

V [4] ABBIRE *multum eſt D ſive*, *an B habet.* ——

Ve-

VARIAE LECTIONES.

a lego, *utque.* b lego *an' C.*

NOTAE.

4 *Abbire multum eſt.*] Dicit *bire* duplici BB, an vero *Adbire* Poëta multum intereſſe an *Ab-* ſcribamus, unde puto in verbis

Ve-

Velius Longus: *Abbire* etiam quidam geminata B maluerunt & dicere & ſcribere, ut intermiſſa D. & in hoc nullam differentiam putat eſſe Lucilius, qui ait: *Abbire multum eſt* &c.

VI 5[a] *Jam* PUEREI *venere*: *E poſtremum facito, atque I*
Ut plures puerei fiant. I ſi faci' ſolum
PUPILLI, PUERI, LUCEILI: *hoc uniu' fiet.*
Hoc ILLI *factum eſt uni*: *tenue hoc facies I.*
Haec ILLEI *fecēre*: *addes E, ut pinguiu' fiat.*
MEILE *hominum, duo* MEILLIA, *item hulc utroque opu'*, MEILES,
MEILITIAM. *tenues I*, PILAM *qua ludimu'*: 6 PILUM
Quo pinſo, tenues I. plura haec feceri', PEILA
Quae jacimus, addes E, PEILA, *ut pleniu' fiat.*
MENDACEI FUREIQUE *addes E, quum dare* FUREI
Juſſeris ——

Quintilianus lib. I. *cap.* VII. Diutius duravit ut E,

VARIAE LECTIONES.

a Ex reſtitutione Scaligeri.

NOTAE.

Velii, pro, *& in hoc nullam differentiam putat eſſe Lucilius*, corrigendum, *non nullam differentiam.* alioqui diſerte repugnant verſui Luciliano.

5 *Jam puerei venere.*] Haec ita pluſculis verſibus complexa eademque faedata purgavit, ac conſtituit Joſ. Scaliger. Poſtremum verſum addidit ex Fabio J. Lipſius, qui aperte videtur pugnare in priores. nam ibi *Illi* dandi caſu vetat cum E ſcribi, hic eundem caſum jubet. ſed purgat idem J. Lipſius, quod confuſionis non hic metus: quoniam pluralis *Mendaces*, *fures.* Itaque lapides ad Lucilium apte: EIQUE. OPEREI. DIEM. DEICITO. item, QUANTA. EI. PRAECONEI. VIATOREI. DARE. OPORTEBIT.

6 *Pilum Quo pinſo, tenues I.*] Tangit hos verſus Marius Victorinus lib. I. de Orthographia: *De nulla ſcriptura diutius inter orthographos quaeſitum eſt, quam de iſta. Pilum ajunt militare telum, & Vinea ſubter quam* (ita corrigit & explet J. Lipſius) *milites aggerem inſtituunt per EI ſcribenda: at ſi Pilum ſit quo pinſitores utuntur, & vinea, quae ruri colitur, per I.*

Digitized by Google

E, I jungendis eadem ratione qua Graeci ει uterentur, ea caſibus numeriſque diſcreta eſt, ut Lucilius praecipit: *Jam puerei venere*: E *poſtremum facito atque* I, *Ut puerei plures fiant.* ac deinceps idem: *Mendacei fureique addes* E *&c.* quod quidem cum ſupervacuum eſt, quia I tam longae quam brevis naturam habet: tum incommodum aliquando. Nam in iis quae proximam ab ultima literam E habebunt, & I longa terminabuntur, illam rationem ſequentes, utemur E gemina, qualia ſunt haec *aureei*, *argenteei* & ſimilia. idque iis praecipue qui ad lectionem inſtituentur, etiam impedimento erit. *Velius Longus de Orthographia*: Quaeritur etiam an per E & I quaedam debeant ſcribi ſecundum conſuetudinem Graecam. nonnulli enim ea, quae producerentur, ſic ſcripſerunt. Alii contenti fuerunt huic productioni I longam aut notam dediſſe. Alii vero, quorum eſt item Lucilius, varie ſcriptitaverunt: ſiquidem in his quae producerentur; alia per I longam; alia per E & I notaverunt, videlicet, ut differentia quadam ſeparantes: ut quum diceremus *virei*, ſi eſſent plures, per E & I ſcriberemus; ſi vero eſſet unus, *Viri*, per I notaremus. ut Lucilius in IX. *Jam puerei venere* E *poſtremum facito atque* I. *ut plures faciant*: *ſi facimus ſolum pupilli pueri hoc unius fiet. Item hoc illi factum eſt, uni tenue hoc facies* I. *Haec illi fecere, adde* E *ut pinguius faciat.* Idemque *Peila, quibus milites utuntur*, *per* E *&* I *ſcribenda exiſtimat. at Pila in qua pinſatur per* I. hoc mihi videtur ſupervacaneae eſſe obſervationis. Nam ſi omnino in ſcribendo diſcernenda caſuum numerorumque ambiguitas, quid faciemus in his nominibus quorum ſcriptio diſcrimen non admittit? *Q. Terentius*

Scau-

Scaurus de Orthographia: Item quod Lucilius, ubi I. exile, eſt, per ſe jubet ſcribi; at ubi plenum eſt, praeponendum eſſe E, I. credit, his verſibus: *Mille hominum, duo millia. item huc* E *utroque opu' mille* &c.

VII 7 a *Quare ſervandi numeri*, 8 *& verſus faciendi*
9 NOS CAELI, NUMERI, *numerum ut ſervemu' modumque.*
—— *porro hoc ſi filiu'* LUCI.
—— *ferit collum ut* CORNELI, CORNIFICI*que.*

Chariſius lib. 1. Lucius, AEmilius & caetera nomina, quae ante V habent I, duplici II genitivos ſingulares finire debent, ut neceſſe ſit adverſus obſervationem nominativo non minorem fieri genitivum, idque Varro tradens adjecit Vocativum ſingularem quoque talium nominum per duplex II ſcribi debere, ſed propter differentiam caſuum corripi. Lucilius tamen & per unum I in genitivo ſcribi poſſe exiſtimat: ait enim: —— *ſervandi numeri, & verſus* &c. Nunquam enim hoc in-

VARIAE LECTIONES.

a ita ex V. C. emendo.

NOTAE.

7 *Quare ſervandi numeri.*] Ita optimos hos verſus ex veteri codice Chariſii eruit Pater. qui praepoſtero ordine hic collocati ſunt. praeponi enim debebant illis proxime praecedentibus: *Jam* PUEREI *venere.* &c. nam Chariſius ubi eos adduxit addit continuo: *& paulo poſt, Pupilli, pueri, Luci hoc uniu' fieri.* ubi manifeſto comparent veſtigia iſtius verſus: PUPILLI, PUERI, LUCEILI, *hoc uniu' fiet.* quod breviter admonere viſum fuit.

8 *Et verſus faciendi.*] Putabat Pater ſenſu commodiore legi poſſe: *in verſu faciendo.* Sic Horat. lib. 1. Sat. 10.

——— *& in verſu faciendo*
Saepe caput ſcaberet, vivos &
roderet ungues.

9 *Nos* CAELI, NUMERI.] Hic locus Caecilio Vindici in mentem fuit, cum ſcriberet: *Si Lucus, Magnus, Magus ſunt nominativi eorum: unum I in genitivo habebunt, plurali quoque nominativo & vocativo, ſed & dativo & ablativo ſimiliter ſcribentur: ſi autem Lucius, Magnius, Magius proferantur duo II. in genitivo habebunt: ut Lucii, Magnii, Magii: quod ipſum Lucilius annotavit, quum à Numero Numerius diſcerneret.*

Digitized by Google

intuliſſet, niſi & Caelii & Numerii per II hujus Numerii faciendum crederet. Denique & in libro [a] quarto ſic ait: *Porro hoc ſi filiu' Luci* &c.

VIII [10] *S noſtrum & ſemi-Graece quod dicimu' Sigma*
Nil erroris habet. ——

Velius Longus: Sed ſcilicet ſi hoc ſectentur, poſſent etiam plaeraſque conſonantes, & omnes ſemivocales pro ſyllabis ponere. nam apud Lucilium in IX. (in quo de literis diſputat) omnes vicem ſyllabarum implent, cum dicit: *S noſtrum & ſemi-Graece* &c.

IX —— [11] [b] *L liciendo congeminat L.*

Velius Longus: *Per* praepoſitio omnibus integra praeponitur, niſi cum incidit in L literam ad finem conſonantem, quam elegantis ſermonis viri geminare magis voluerunt, quam R literam exprimere, ut *Compellabor* malim dicere, quam *compelabor*, nec aliter apud Lucilium legitur in praepoſitione PER: *L liciendo* (quod eſt inducendo) *congeminat L. Pellicere* malunt, quam *perlicere*.

X [12] *Quid tibi ego ambages* AMBIVI *ſcribere coner.*

Varro de Ling. Lat. lib. VI. Profectum à verbo *Ambio*, quod eſt in *ambitu* & *ambitioſo*.

XI

VARIAE LECTIONES.

a leg. *veno.* b Ex emend. Franciſci Junii.

NOTAE.

10 *S noſtrum & ſemigraece.*] Lex carminis poſtulare videtur, ut ſcribamus: *S noſtrum atque ſemigraece.*

11 *L liciendo congeminat L.*] Ita de ſententia Fr. Junii haec reſcribenda, vulgo depravata, ac male quaedam vario characterum genere diſtincta, quum verba Lucilii non ſint.

12 *Quid tibi ego ambages.*] Hunc verſum huc pertinuiſſe puto, eſt enim in Grammaticos.

13

XI [13]*Ut perhibetur* INERS, [14]*ars in quo non eſt ulla.*

Servius in IV. *Georgic. Virg. Iners* ponitur & pro eo qui ſine arte ſit. *Junius Philargyr. ibidem.*

XII [15] [a] *Nam velut* INTRO *aliud longe eſſe atque* INTU' *videmus:*
Sic & APUD TE, longe alid eſt, neque idem valet AD TE:
INTRO NOS VOCAT AD SESE, TENET INTUS APUD SE.

Chariſius lib. I. *Intro* eſt in locum, *Intus* in loco dicimus: ut etiam apud Graecos ἔσω, εἴσω, καὶ ἔνδον. ideoque Lucilius ait: *Nam velut Intro aliud* &c.

XIII [16] *Porro* [b] CHENOPODAS, *ſic* CLINOPODAS LYCHNOS*que*

[a] *Di-*

VARIAE LECTIONES.

a Ita hos verſus ex v. c. reſtituimus. b Scal. *chenopodas ut, clinopodaſque lychnoſque Dicimu'* σεμνῶς *antepedes lecti atque lue.*

NOTAE.

13 *Ut perhibetur* INERS.] Et haec in Grammaticos dicuntur, itaque ad hunc librum transferenda judicavi. nam nec ipſi Grammatici in libri indice citando ſibi conſtant. Servius enim ex primo Lucilii, Philargyrius vero ex XIII. producit. in Servio excuſo mendoſe legitur:

Ut prohibetur Iners, in quo non ulla eſt ars.

Huc pertinet locus Ciceronis lib. II. de Finib. *Sed luſtremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, Inertes à majoribus nominabantur.*

14 *Ars in quo non eſt ulla.*] Ita legendum verſu Spondaico. male mutant alii: *ars in quo non erit ulla:* In vocis autem hujus ſignificatu conſentit cum Lucilio Feſtus: *Iners ignavus, vel ſine arte.* & liber Gloſſarius: Ἀτεχνὴς, *Iners, ſine arte.* item: Ἀτεχνία, *inertia.*

15 *Nam velut* INTRO *aliud.*] Et hos abſolutiſſimos & elegantiſſimos verſus, ut multas alias hujus Poëtae reliquias, debemus veteris codicis Chariſii benignitati, quos tamen Pater pro judicio ſuo refinxit, eorum vix aliqua veſtigia in vulgatis comparent. ad hunc autem librum pertinuiſſe, res ipſa iindicio eſt nobis.

16 *Porro* CHENNOPODAS] Et haec in Grammaticos dicta mani-

[a] *Dixímu'* σεμνῶς [17] *ante* PEDES LECTI *atque* LUCERNAS.

Macrobius Saturn. lib. VI. *cap.* IV. Inſeruit operi ſuo Virgilius & Graeca verba, ſed non primus hoc auſus. Auctorum enim veterum audaciam ſecutus eſt. Dependent lychni laquearibus aureîs.

XIV FERVIT *aqua*, *&* FERVET, FERVIT NUNC [18] FERVET AD ANNUM.

Quintilianus lib. I. *cap.* X. At quae O ſolam habent, dummodo per eandem literam in infinito exeant, brevia fiunt. Lego, Dico, Curro, legere, dicere, currere. Etiamſi eſt apud Lucilium: *Fervit aqua & ferves* &c. Sed pace dicere hominis eruditiſſimi liceat, ſi *Fervit* putat ille ſimile Currit & Legit, *Fervo* dicetur, ut Curro & Lego, quod nobis inauditum eſt. Sed non eſt nec vera comparatio: nam *Fervit* illi eſt ſimile Servit: quam proportionem ſequenti dicere neceſſe eſt *Feruire*, ut Servire. *Probus de Verbo*: Interdum tamen in ſecunda conjugatione penultima ſyllaba corripitur, ut: Fervere Leucatem, &: — Cum littora fervere late. Sed in hoc verbo recte corripitur, quoniam antiqui tertiam conjugationem

VARIAE LECTIONES.

a Turn. *Dicimu'* καινῶς. f. *Dicimu'* κοινῶς ἀντὶ *pedes lecti atque l.*

NOTAE.

nifeſto apparet. unde & Joſ. Scal. judicio ad hunc librum transferre nihil veriti ſumus quamvis à Macrobio ex I. adducantur. forte vero leg. *Porro ut Chenopodas, ſic Clinopodas* &c.

17 *Ante* PEDES LECTI.] Lectionem Patris ſequor: ἀντὶ PEDES LECTI. Pedes lecti per metatheſim dixit, quos Lectipedes voce unica dicebant. Gloſſarium: *Lectipedes*, Κλινόποδες.

18 FERVET *ad annum.*] Gloſſarium: *Ad annum* εἰς ὥρας.

19

nem magis, quam ſecundam eſſe voluerunt, ut Lucilius: —— *fervit nunc, fervet ad annum.* *Nonius*: *Fervit* pro fervet. *Priſcianus lib.* IX. Etiam *fervit invenitur.*

XV [19] *Fervere ne longum vero hoc* [20] [a] *lectoribu' tradam.*

Nonius: Ab eo quod eſt *fervit* breviato accentu *fervere* facit.

XVI [21] [b] *Nunc haec quid valeat, quidve huic interſiet illud*
Cognoſces: primum hoc quod dicimus eſſe Poëma,
Cujuſvis operis pars eſt non magna, Poëma,
Pars eſt parva Poëma, proinde ut epiſtola quaevis:
Illa Poëſis opus totum, ut tota Ilias, una

Eſt

VARIAE LECTIONES.

a ita lego. b ita una ſerie hos verſus legendos puto.

NOTAE.

19 *Fervere ne longum.*] Male hic verſus à ſuperiore divulſus, & ex diverſo libro citatus erat.

20 *Lectoribu' tradam.*]Ita reſcribendum de ſententia Patris, pro quod vulgatur in omnibus: *littoribu' tradam*, unde Had. Junius *lictoribus* faciebat. ſed nihil ad rem. dicit enim Poëta ſe vocem *Fervere* contra receptam conſuetudinem non producturum, ſed vero correptam lectoribus traditurum.

21 *Nunc haec quid valeat.*] Sic luculentiſſimos hos verſus reconcinnandos & conſtituendos autumat Pater. qui quantum ab excuſis libris mutent, ex collatione poterit cognoſci, ita enim ſcriptum eſt in illis: *Non haec quid valeat, quidve hoc interſiet illud Cognoſcis primum, hoc quod dicimus eſſe Poema Pars eſt parva poema. Idem Epiſt. Item quaevis non magna pars poema eſt illa. Poeſis opus totum totaque illa ſumma eſt una* θέσις, *ut annales Ennii. atq. iſtoc unum.* &c. Iliadis autem Homericae nomen in hiſce corruptiſſimis verſibus deſiderari argumento eſt gloſſema illud Nonianum, quod iiſdem blennus ille ſubjecit: *Poeſis eſt perpetuum argumentum & rythmis* (corrige Patre monente, *ex rythmis*) *ut Ilias Homeri & Annales Ennii.*

22

Eſt Θέσις, Annaleſque Enni, atque iſtoc opus unum,
Eſt majus multo, quam quod dixi ante Poëma.
Quapropter dico, nemo qui culpat Homerum
[a] *Perpetuo culpat, neque, quod dixi ante, Poëſin*
[b] *Verſum unum culpat, verum enthymema malignum.*

Nonius: *Poëſis*, & *Poëma* hanc habent diſtantiam. *Poëſis* eſt textus ſcriptorum. *Poëma* inventio parva, quae paucis verbis expeditur.

XVII [22] *Quod deformi ſenex*, [c] *ac paedidus*, *ac podagroſus*;
[23] *Quod mancus*, [d] *miſer*, [24] *exilis*, [e] *ramice magno*.

Nonius: *Ramices* dicuntur pulmones, vel herniae.

XVIII [f] *Arripio roſtrum*, [25] [g] *labiaſque hujus Zephiri atque im*

Per-

VARIAE LECTIONES.

a f. *Perpetuum.* b f. *Totam uno in verſu, vel in enthymemate culpat.* c ita Scal. al. *ac perditus*, al. *arthriticus.* d f. *miſereque exilis.* e Had. Jun. *cum ramice magno.* f ita v. c. Had. Jun. *Arripio & roſtrum labiaque hic Zopyrioni.* g f. *labia atque os Zopyrioni.*

NOTAE.

22 *Quod deformi' ſenex, ac paedidus.*] Ita olim Joſ. Scaliger, cui J. Lipſius aſſentit. quamvis etiam non male, *ac perditus* legeretur. ſed alterum illud minus à vulgata ſcriptura abit, quae eſt *appetitus*.

23 *Quod mancus, miſer, exilis.*] Bene Pater, *miſereque exilis*, verſu favente & vetere libro, in quo *miſerque exilis*. tamen ambigo, ne altera Patris conjectura potior ſit: *Quod mancus, macer, exilis cum ramice magno.* ſic Gloſſarium: λεπτὸς *Exilis, gracilis, macer, tenuis.*

24 *Exilis, ramice magno.*] Ex diſciplina medicorum, qui dicunt homines macilentos ac tenues herniae periculo magis obnoxios.

25 *Labiaſque hujus Zephiri atque*

Percutio, denteiſque adverſos [a] *excutio omnes.*

Nonius: *Roſtrum* hominis dici.

XIX [b] *Nam laterem qui ducit, habet nihil amplius unquam,*
Quam commune lutum è paleis, [26] *caenumque* [c] *aceroſum.*

Nonius: *Aceroſum*, & *Aceratum* utrumque nove poſitum, ſed diſtante proprietate ſignatum. *Aceroſum* namque panem farre minus purgato, nec ſordibus à candido ſeparato dicendum veteres putaverunt. *Aceratum* vero eſt lutum paleis miſtum, ut laterarii uſus eſt.

XX [27] *Si nihil ad faciem,* [d] *& ſolum lupa, proſtibulumque*
[28] *Nummi opus atque aſſis.* ——

Nonius: Genitivus poſitus pro ablativo.

XXI

VARIAE LECTIONES.

a al. *diſcutio.* b ita Had. Jun. ex v. c. c Fr. D. *aceratum.* d ita Lipſius.

NOTAE.

que im.] Sic vetus codex. vulgati, *labe, atque hoc referiat im.* Jacobus Schegkius, politiſſimi ingenii invenis, legebat: *labiasque haſce feriatim Percutio.* aut ſi mavis cum amico ejuſdem: *labiasque hujuſce viri, atque im. Percutio. Im* eſt eum.

26 *Caenumque aceroſum.*] Ego tibi adfirmo ſcribendum, *coenumque aceratum.* Probant ipſius Nonii verba, qui, ubi quid *Aceratum* ſit expoſuit, hos verſus ſtatim ſubjicit: nam de *Aceroſo pane* aliud ejuſdem Poëtae exemplum citaverat prius. Miror hactenus neminem ex emendatoribus ejus Grammatici maculam hanc eluiſſe.

27 *Si nihil ad faciem, & ſolum lupa.*] Ad hanc faciem reſcribendum monet Cl. Lipſius, tali mente: Si non quaeritur, inquit Lucilius, eximia facie ſcortum, ſed tantum vile aliquod & è numero togatarum: nummo uno & aſſe res confiet. vulgo autem legitur: *etſi olim lupa.*

28 *Nummi opus.*] Nonius ſic accepit quaſi *Nummi opus* dixiſſet pro, nummo eſt opus: ſed verius videtur J. Lipſio *opus nummi*, ut Rem eſſe dicimus unius nummi.

29

XXI —— [29] *Quid ego ſi cerno oſtrea* ——
[30] [a] *Cognorim fluvium, limum ac caenum ſapere ipſum?*
Nonius: *Oſtrea* generis neutri.

XXII [31] *Frumentarius eſt, modium hic ſecum* [32] *atque rutellum*
Una adfert ——
Nonius: *Rutrum* dictum à radendo.

XXIII —— [33] *Labora*
[b] *Diſcere, ne te res ipſa, ac ratio ipſa refellat.*
Nonius: *Diſcere* eſt ignotam rem meditando aſſequi.

XXIV *Rugoſi paſſique ſenes eadem omnia quaerunt.* No-

VARIAE LECTIONES.

a lego. *Non norim.* b ita lege

NOTAE.

29 *Quid ego ſi cerno oſtrea.*] Et ſententiae ut ſic dicam, exſenſae & verſui labanti conſulens reformo apte: *Quid ego ſimul oſtrea caeno.* Sic Juvenalis Sat. VIII.

Dignus morte perit, caenet licet
oſtrea centum.

30 *Cognorim fluvium, limum.*] Pater, *Non norim fluvium*: probe. In eandem ſententiam Juvenal. Sat. IV.

—— nulli major fuit uſus edendi
Tempeſtate meâ. Circeis natae forent, an
Lucrinum ad ſaxum, Rutupinove edita fundo
Oſtrea, callebat primo deprendere morſu,
Et ſemel adſpecti dicebat littus echini.

31 *Frumentarius eſt.*] Menſores frumentarii apud Juriſconſultos ſunt, qui annonam publicam admetiuntur. vide Cujacium Obſervat. lib. II. cap. 8.

32 *Atque rutellum.*] Nonius Rutrum dictum ait à radendo, ſed Turnebus putat à ruendo nomen habere: proinde quaſi inſtrumentum ſit hoſtorium ad aequandam menſuram & radendam: cum tamen ſignificari poſſit inſtrumentum, quo fruges corruuntur congeruntarque in culleum aut modium. vide & Conjectanea Joſ. Scaligeri de hac voce.

33 —— *labora Diſcere, ne te.*] Ita verſum hunc numeris ſuis reddit Pater. nam in impreſſis corrupte legitur: *Diſcere labora ne res ipſa, ac ratio ipſa refellat.*

34

Digitized by Google

Nonius: *Paſſum*, eſt proprie rugoſum vel ſiccum.

XXV *Tu milli nummum potes uno quaerere centum.*

A. Gellius lib. I. *cap.* XVI. *Uno milli nummum*, pro unis mille nummis: aperteque oſtendit *Mille* & vocabulum eſſe & ſingulari numero dici, ejuſque pluratívum eſſe *millia*, & caſum etiam capere ablatívum; neque caeteros caſus requiri oportere, quum ſint alia plaeraque vocabula, quae in ſingulos tantum caſus, quaedam etiam, quae in nullum declinentur. *Macrobius lib.* I. *cap.* V. *Saturn.*

XXVI *Scaberat ut porcus* [a] *contritis arbore coſtis.*

Priſcianus lib. 10. *Scabo ſcabi.*

XXVII [34] *Hinc ancilia, ab hoc apices,* [35] *capidasque repertas.*

Priſcianus lib. VI. *Capis capidis*, unde diminutivum *Capidula* vaſis genus Pontificale. Lucilius lib. IX. *Hinc ancilia, ab h. a. capidasque r.* Et vide quod magis Graecum eſſe oſtenditur, quum in *as* protulit accuſativum pluralem.

XXVIII [36] *Praeſul* [b] *ut amptruat, inde & volgu' redamptruat olli*

Fe-

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *detritis.* b Ita Scal. P. Mer. *ut amtruet hinc, & vulgu' redamtruet inde.*

NOTAE.

34 *Hinc ancilia, ab hoc apices.*] De Numae Regis inſtitutis Poëtam loqui jampridem notarunt viri docti, eodem pertinere arbitrantes verſus illos Ennii:

Menſas conſtituit, idemque ancilia primus,
Libaque fictores Argeos & Tutulatos.

35 *Capidaſque repertas.*] Cave auſcultes viro docto conanti reſcribere *capideſque*, contra obſervationem Priſciani, qui Lucilium more Graecorum accuſativum pluralem in *as* protuliſſe obſervat.

36 *Praeſul ut amptruat.*] Joſ. Sca-

Feſtus: *Redamptruare* dicitur in Saliorum exſultationibus, cum *Praeſul amptruavit*, quod eſt, motus edidit, & referuntur invicem iidem motus. *Nonius*: [a] *Redantruare*, *redire*.

XXIX —— 37 *Ipſa ſi ſe corio omnia lora.*

Chariſius lib. I. *Lora* correpta prima ſyllaba, & faeminino genere dicenda eſt; producta autem neutraliter è corio vincula ut & Lucilius in IX. —— *Ipſa ſi ſe* &c.

XXX *Ut diſcrepat hac quem rapuit Apollo fiat ergo.*

Porphyrion lib. I. *Sat.* IX. ad illud Horatii. *ſic me ſervavit Apollo.*] Hoc de ſenſu Homerico ſumſit,

VARIAE LECTIONES.

a P. Mer. *Redamtruare, reſilire.*

NOTAE.

Scaliger in Conjectaneis verſum hunc ita conſtituebat, legebatque:

Praeſul ut amburuat, ſic volgu' redandruat inde.

& Amburuare ait dici Salios, qui corpora ſaltu reciprocabant, à ſimplici *Vruare*, quod ſit ita ſe jactare ut ſurſum denuo excitet ſe. Caeterum hujus conjecturae ſuae alteram praefert, quam in Feſto poſuit, quomodo & nos excudi curavimus. ubi ſe veterem ſcripturam ſequutum monet: *amptruare* pro *antruare*, ut temptare, ſumptus pro ſumtus & ſimilia. Praeterea è *trua* dictum *amtruare*, hoc eſt, circumvolvere: ut cum trua olla circummovetur. Vulgo Lucilii verba corruptiſſima leguntur apud Feſtum:

Praeſul ut ampirvet, inde vulgus redamplavit.

at apud Nonium tantum poſterius hemiſtichium, ſed aliquanto emendatius ita exſtat:

—— *ut vulgu' redandruet inde.*

Praeſulem vero interpretatur Pater, quaſi praeſultorem, à praeſilio, idque ex Nonio: putatque ad Ludios Praeſules referendum, de quibus ita Nonius: *Ludius quod ludis pueri Praeſules eſſent glabri ac depiles propter aetatem, quos antiqui Lydios appellabant.* Paullus Merula eleganter animadvertit verſum hunc cum proxime praecedente non incommode combinari poſſe, ac proinde ita conſtituendum:

Praeſul ut amptruet hinc, & vulgu' redamptruet inde.

37 *Ipſa ſi ſe corio omnia lora.*] Hoc nec minus in ſequente loco Oedipo conjectore opus. qui Sphingi interpres cluit, adeo plena mendarum omnia.

Digitized by Google

ſit, τὸ δ' ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων. quem & Lucilius in IX. Satyr. repraeſentavit, ſic dicens: *Ut diſcrepat hac &c.* ſignificat ſic liberatum ſe ac recreatum dum illum moleſtum adverſarius ſuus rapit, Apollinem imitatus.

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM

LIBRO X.

*

Veteres Gloſſae in vita A. Perſii: Sed mox ut à ſchola & magiſtris diverterat, lecto libro Lucilii decimo, vehementer Satyras componere ſtuduit, cujus libri principium imitatus eſt, ſibi primo, mox omnibus detrectatis, cum tanta recentium Poëtarum & Oratorum inſectatione, ut etiam Neronem culpaverit.

Porphyrion lib. I. *Sat.* X. *ad illa Hor. Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci? Non ridet verſus Enni gravitate minores?*] *Comis* Lucilius propter urbanitatem dicitur, & *mutat* pro eo quod emendat poſitum eſt. Facit autem Lucilius hoc cum alias, tum vel in tertio libro & nono & decimo.

*

I —— —— —— [a] *honorum eſt*
Judicium [b] *craſſis, ut nos* [c] *deſcribimus ante.*
Hoc eſt quid ſumam, quid non, in quoque locemus.

Nonius: *Sumere* etiam ſignificat eligere.

II Po-

VARIAE LECTIONES.

a f. *honorum.* b f. *Craſſi.* c f. *deſcripſimus.*

Digitized by Google

II *Pone*[a] *paludatus ſtabat rorariu' velox.*
Nonius: *Rorarii* appellantur milites, qui antequam congreſſae eſſent acies, primo non multis jaculis inibant praelium: tractum quod ante maximas pugnas caelum rorare incipiat.

III *Quamvis deſubito trinis deducere ſcalis.*
Nonius: *Deſubito*, pro ſubito.

IV [b]*Tonſillas quoque*[1] *praevalidis in funibus aptas.*
Nonius: *Aptum*, connexum & colligatum ſignificat.

V *Fluctibus à ventiſque adverſis firmiter eſſent.*
Nonius: *Firmiter* pro [c] firme.

VI [2] [d]*Languor & oppreſſit, pigror, torporque quietis.*
Nonius: *Pigror* generis maſculini.

VII [e] *Nae in arce bovem diſcerpſi magnifice, inquit.*
Donatus in Andr. Act. II. *Sc.* I. *ad illud Ter. Nae*
iſte

VARIAE LECTIONES.

a Fr. D. *paludatum.* b ita Had. Jun. al. *Conſellas.* c f. *firma.* f. *naves.* d f. *Languor ei obrepſitque pigror.* P. Merul. *Languor eum oppreſſit; p. r. q. quietem.* e MS. C. *Nae quem in arce bovem deſcripſi? magnifici inquit.* Scal. *Nae, mi Marce,* f. *Nae pol in arce.*

NOTAE.

1 *Praevalidis in funibus.*] Ita legendum cum libro vetere, non cum vulgo, *validis in funibus*, labante verſu.

2 *Languor & oppreſſit.*] Recte Pater: *Languor ei obrepſitque pigror*, cujus ſcripturae veritatem confirmat vetus codex, in quo diſertim: *Languor obrepſitque pigror*, excuſum erat. Merula vero noſter ita totum verſum conſtituit:

Languor eum oppreſſit, pigror torporque quietem,

cenſetque τὸ *Quies* Lucilianum rarenter alibi obvium pro quieto & tranquillo accipiendum: cui ſit contrarium *Inquies.*

3 Im-

iſte haud mecum ſentit.] Nae valde, aut (ut quidam volunt) o quam. Lucil. in x. *Nae in arce* &c.

VIII [3] *Improbu', confidens, malus & nequam videatur.*

Nonius: *Confidentia* rurſum temeritas audacia.

NOTAE.

3 *Improbu', confidens.*] Nonius hunc verſum producit ex Pacuvii libro x. cum prius ex ejuſdem Athalanta hoc exemplum nobis exhibuiſſet:

Grandem atque atrocem coerce confidentiam.

unde non abs re ſuſpicio orta Parenti meo nomen Lucilii ab oſcitante librario omiſſum fuiſſe. hoc autem modo, quem cernis legendum exiſtumabat, nam in impreſſis omnibus male:

Improbus, confidens, nequam, malus videatur.

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM

LIBRO XI.

*

I [1] *Quintus Opimius ille Jugurthini pater hujus,*
Et formoſus homo fuit, & famoſus, utrumque
Primo adoleſcens, poſterius [a] *directiu' ſeſe.*
Nonius: *Famoſum*, infamem.

II

VARIAE LECTIONES.

a Had. Junius dat *rectiu'*.

NOTAE.

1 *Quintus Opimius ille.*] Unice huc facit locus Ciceronis lib. II. de Oratore: *Eſt bellum illud quoque*, inquit, *ex quo is qui dixit irridetur in eo ipſo genere quod dixit: ut enim Q. Opimius Conſularis, qui adoleſcentulus male audiſſet, feſtivo homini Egilio, qui videretur mollior, nec eſſet, dixiſſet, Quid tu Egilia mea? Quando ad me venis cum tua colu & lana? Non pol, inquit, audeo: Nam*

 mi

II *Caſſiu' Cajus hic operariu', quem* [a] *Cephalonem*
Dicimu' ſectorem, [b] *Furiumque, hunc Tulliu' quidam*
Judex haeredem [c] *facit,* [2] *& damnati alii omnes.*
Nonius: Damnare, eſt exhaeredare.

III [3] *Luciu' Cotta ſenex Craſſi* [4] *pater huju'* [d] *Panaeti*
Magnus trico fuit nummariu', [5] *ſolvere nulli*
Lentus. ——
Nonius: Tricones moroſi & ad reddendum duri.
Idem: Lentum, facile.

IV

VARIAE LECTIONES.

a v. e. *cephalenum.* b Scal. *furemque.* c Scal. *facit. at damnati.* d Had. Junii *παναίθου.* Mur. *peracer.*

NOTAE.

me ad famoſas vetuit mater accedere. ubi Opimium hunc Conſularem vocari vides, vere atque ex ſéntentia hiſtoricorum. nam T. Livius in Epitome eum Conſulem de Liguribus triumphaſſe teſtatur.

2 *At damnati alii omnes.*] Antique dictum, hoc eſt, exuti & exhaeredati, ut notat Joſ. Scaliger ad illud Manilii lib. V. *Aut nidis damnare ſuis.* hoc eſt, exuere & ſpoliare.

3 *Luciu' Cotta ſenex.*] Ejuſdem, ut puto, meminit Cicero in Bruto: *Q. Metellus is, cujus quatuor filii Conſulares fuerunt, inprimis habitus eſt eloquens, qui pro L. Cotta dixit, accuſante Africano: cujus & aliae ſunt orationes & contra T. Gracchum expoſita in C. Fannii Annalibus. Tum ipſe L. Cotta veterator habitus.*

4 *Pater huju' Panaeti.*] Had. Junius legit Graeca voce *παναίθου*, hoc eſt, *ſplendidi*, ut opponat hoc epitheton in filio, vitio quo pater loborabat in reddendo difficilis.

5 *Solvere nulli Lentus.*] Lentum ſolvere, pro eo qui facile ſolveret, bonumque nomen eſſet, poſitum accepit Muretus Variar. Lect. lib. III. cap. 18. & ante eum Turnebus Adverſar. lib. XVII. cap. ult. credentes quod, quae lenta ſunt, ut vimina etiam ad opus facilitatem habeant, facileque ſequantur quo velis. At quanto rectius Yvo Villiomarus in Robertum Titium? cujus verba, quoniam locum hunc totum unice illuſtrant, integra huc tranſcribere pretium putavi, ſic igitur ille: „Equidem Nonium erraſſe „non dubito. Nam lentus debi„tor Ciceroni, Senecae, & Luci„lio eſt malum nomen & tergi„verſans. Sed archaiſmus eſt, *ſol„vere nulli lentus.* Nam ſunt duae

„ne-

IV *Praetor noſter adhuc quam* [a] *ſpurcu' ſt ore, quod omnes*
Extra caſtra, ut ſtercu', foras ejecit ad unum.
Nonius: Spurcum, etiam faetidum.

V [6] *Scipiadae magno improbus objiciebat Aſellus,*
Luſtrum, illo Cenſore, malum infelixque fuiſſe.
A. Gellius *lib.* IV. *cap.* XVII. *Objiciebat*, O litera producta multos legere audio; idque eo facere dicunt, ut ratio numeri ſalva ſit.

VI —— —— —— *& jam*
Conjicere in verſus [7] *dictum Praeconi volebam*
Gravi. ——

A.

VARIAE LECTIONES.

a lego, *ſpurco eſt ore.*

NOTAE.

„ negationes pro una, quarum altera προσφωρελκῶς negativa eſt, „ nempe *nulli:* altera στερητικῶς. „ nam *Lentus* eſt non promtus. „ Non promptus nulli ſolvere, idem ac nulli promptus ſolvere. „ Hoc creberrimum Varroni & aliis. Poteſt etiam peccatum videri interpunctione.

Magnus trico fuit nummariu', ſolvere nulli,
Lentus.

„ Sed prior expoſitio verior eſt. „ Neque unquam Lucilius dixit „ lentum debitorem, pro flexibili „ ad ſolvendum; ut dicitur, lentum „ vimen, quomodo eruditiſſimo „ Mureto placuit. Sed quod dicam nunc ἀναμφισβήτητον erit: „ Lentus debitor eſt, qui nulli ſolvit, ergo *ſolvere nulli lentus*, idem „ ac lentus ſimpliciter. Crudelis „ eſt qui parcit nemini. itaque „ crudelis parcere nemini tam dicitur, quam Crudelis ſine adjuncto. Pervicax nulli credere. Sine „ ullo dubio *Solvere nulli lentus* „ ad eum modum ita dictum. Neque mirandum, Nonium & alios „ Grammaticos aliquid pronuntiare, ὅπερ τ' ἄῤῥητον ἄμεινον. „ Haec doctiſſimus Villiomarus.

6 *Scipiadae magno i. e. Aſellus.*] De eadem re Cicero in ſecundo de Oratore: *Aſello, Africanus, objiciente luſtrum illud infelix, Noli, inquit, mirari. is enim qui te ex aerariis exemit luſtrum condidit, & taurum immolavit.* Quod reſponſum Scipionis à Lucilio poſtea quoque perſcriptum fuiſſe arbitrari poſſumus. Ejuſdem vero Scipionis alterum dictum in eundem Aſellum paulo prius commemoraverat Cicero his verbis: *In hoc genus conjiciuntur proverbia; ut illud Scipionis, cum Aſellus omnes provincias ſtipendia merentem ſe peragraſſe gloriaretur, Agas aſellum, & caetera.*

7 *Dictum Praeconi v. Grani.*]

Digitized by Google

A. Gellius lib. IV. *cap.* XVII. *ſtatim poſt praecedentia verba* : Idem infra, & *jam Conjicere* &c. In hoc quoque prima verbi praepoſitio ob eandum cauſam producitur.

VII *Conventus pulcer, bracae, ſaga, [8] fulgere torques*
[a] Magni. ——

Nonius : *Fulgere* pro fulgēre. *Idem* : *Torques* gen. maſcul.

VIII —— —— —— *[b] Viamque*
Sternendam & jaciendum huc [9] aggerem, & id genu' rudus.

No-

VARIAE LECTIONES.

a J. Guill. *Manli.* b ita cum Hadr. Junio lego.

NOTAE.

Certe celebrata veteribus paſſim Praeconum dicacitas, & praecipue hujus Granii Luciliani. cujus nonnulla acute aut facete dicta meruerunt ut hic infererentur. Cicero pro Cn. Plancio: *Conſuli P. Naſicae Praeco Granius medio in foro, cum ille edicto juſtitio domum deſcendens rogaſſet Granium, quid triſtis eſſet, an quod auctiones eſſent? imo vero, inquit, quod legiones. Idem Tribuno plebe potentiſſimo homini M. Druſo, ſed multa in Remp. molienti, cum ille eum ſalutaſſet, ut fit, dixiſſetque: quid agis Grani? reſpondit, imo vero tu Druſe quid agis? Ille L. Craſſi, ille M. Antonii voluntatem aſperioribus facetiis ſaepe perſtrinxit impune.* Idem de Oratore lib. II. *Qui igitur diſtinguemus à Craſſo, à Catulo, à caeteris familiarem veſtrum Granium, aut Vargulam amicum meum? non mehercule in mentem mihi venit. ſunt enim dicaces. Granio quidem nemo dicacior.* & aliquanto poſt ubi de dictis ambiguis egit, quorum acumen in verbis, non re poſitum, addit tandem: *Ut tuus amicus Craſſe Granius, non eſſe ſextantis.* Idem ad Familiar. lib. IX. ad Papirium Paetum: *Itaque tecum video, omnes mihi Granios, omnes Lucilios, vere ut dicam, Craſſos quoque & Laelios videre videor. moriar, ſi praeter te, quenquam reliquum habeo, in quo poſſim imaginem antiquae & vernaculae feſtivitatis agnoſcere.*

8 *Fulgere torques Magni.*] J. Guilelmius cenſet corrigendum *Manli* ut habitum peculiarem Gallis notet, braccas, ſaga virgata, torques, quos jocoſe Manlii dixerit; quod T. Manlius torque Gallo detracto Torquatum cognomen in familiam induxerit.

9 *Aggerem & id genu' rudus.*] Gloſſarium: Σωρὸς γῆς, *Rudus, Agger.* Item: Χῶμα, *Agger, Rudus, Tumulus.*

Digitized by Google

Nonius: *Rudus*, ſtercus quod raditur.

IX [a] *Annos hic errat jam plures miles* [b] *hyberna*
Nobiſcum meret. ——

Nonius: *Meret*, militat.

X *Inde venit Romam tener ipſe etiam atque puellus.*

Priſcianus lib. VI. Non eſt tamen ignorandum, quod etiam hic *Puerus*, hic & haec *Puer*, vetuſtiſſimi protuliſſe inveniuntur, & *Puellus* & *Puella*.

XI *Nec mihi amatore hoc opu', nec tricone vadato.*

Nonius: *Tricae* ſunt impedimenta & implicationes, & *intricare*, impedire, morari: dictae quaſi tericae; quod pullos gallinaceos involvant & impediant capilli pedibus implicati.

XII *Non laudare hominem quenquam;* [10] *neque mu*
facere [c] *unquam*

Chariſius lib. II. *Mu facere*, pro mutire.

XIII [11] [d] *Hic ſtrigoſu',* [12] *bovinatorque, ore improbu'*
duro.

A.

VARIAE LECTIONES.

a Palm. *Annos hic terra jam plures miles hybera.* b lego, & *ara.* c v.c. *inquam.* d Scal. *Hicce ſtrigoſu'*. f. *Hic tricoſu'*.

NOTAE.

10 *Neque mu facere unquam.*] Reſpexit ad illum verſum Ennii,

Dicit quod minimum eſt, neque
(ut ajunt) mu facere audent.

11 *Hic ſtrigoſus.*] Emendabat Pater: *Hic tricoſus*, ſententia & verſu exigente. de quo vide ipſius Plautin. Explanat. lib. 1, cap. 24. verum Joſ. Scal. reſcribendum cenſet, *Hicce ſtrigoſus*, autumatque ſtrigoſum dictum à Lucilio non ἰσχνὸν, ut vulgo accipimus, ſed morabundum & tergiverſatorem. poſtea vero jumenta macilenta ita dicta: quaſi ſtrigare cogantur prae macie & quia male curata.

12 *bovinatorque*] Bovinatorem tergiverſatorem hoc loco interpretatur ille apud A. Gellium, ni-

A. Gellius lib. XI. *cap.* VII. Tergiverſatorem, *bovinatorem* dicit. *Nonius*: *Bovinatores*, quos nunc malitioſos & tergiverſatores dicimus.

XIV [13] [a] *Criſſavit, ut ſi frumentum clunibu' vannat.*

Nonius: *Evannetur* dictum eſt ventiletur, vel moveatur, à vanno, in qua legumina ventilantur.

XV [14] *Hic ubi conſeſſum, pelleſque ut in ordine tentae.*

Nonius: *Tenta*, dictum pro extenſa.

XVI *Qui* [15] [b] *in latrina làcuque.*

Nonius: *Latrina* genere faeminino, & eſt *lavatrina*, quod nunc balneum dicitur.

VARIAE LECTIONES.

a f. *Criſſabitque, uti ſi.* b f. *in latrinaque lacuque eſt.*

NOTAE.

nimirum à bubus, qui in medio actu ſtrigare ſolent neque uno protelo continuare. Gloſſarium: *Bovinatores*, θορυβοποιοὶ, θρύλλον ποιοῦντες ἢ ταραχήν. Gloſſae Iſidori: *Bovinatores*, *inconſtantes*. Feſtus: *Bovinatur*, *Conviciatur*. cui aſſentit vetus Vocabularius: *Bovinator conviciator*, *inconſtans*. Iterum: *Bovinari*, *conviciari*, *damnare*, *clamare*.

13 *Criſſavit.*] Huc reſpexiſſe Donatum crediderim in Eunuchum Terentii illis verbis: *Abdomen in corpore faeminarum patiens injuriae coitus, Scortum dicitur: ideo quia ſcorta ſunt dura coria. à parte ergo ſui meretrices ſcorta dicuntur, vel* ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, *quod Graece palpitare intelligitur: quod illae faciunt ſaltando aſſidue, vel potius criſſando, ut Lucilius ait* (ita lego, nam omnes omnium editiones *Lucretii* nomen inſedit poſſeditque hactenus) *ob eam cauſſam ut concinniorem Venerem exhibeant viris aut ſibi abigant conceptum, quod in vulvam faeminae in ipſo coitu non ſe moventis incidit.* Ad ſuperius vero Scorti etymon alluſit Apulejus lib. I. Metam. *Qui voluptatem Veneream, & ſcortum ſcorteum, Lari, & liberis praetuliſti.*

14 *Hic ubi conſeſſum.*] Fortean *Hinc ubi c.*

15 *In latrina, lacuque.*] Lavatrinam ſive contracte Latrinam balneum vocabant antiqui. Gloſſarium: *Latrina*, λουτρῶν. Varro de Ling. Lat. lib. VIII. *Eadem ratione domi ſuae quiſque ubi lavatur Balneum dixerit: & quod non erant duo Balnea dicere non conſueverunt, cum hoc antiqui non Balneum. ſed Lavatrinam apellare conſuevissent.*

QUAE

Digitized by Google

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO XII.

*

I *Huic homini Quaeſtore aliquo eſſe opus atque chorago,*
Publicitus qui [a] *mi atque* [b] *Epiſco praebeat aurum.*
Nonius: *Publicitus*, pro publice.

II *Hunc juga mulorum protelo ducere centum*
Non poſſunt. ——
Nonius: *Protelare* rurſus, [c] adjuvare.

III [1] *Firmiter hoc,* [d] *pariterque tuo ſit pectore fixum.*
Nonius: *Firmiter* pro firme.

IV *Inſignis varis* [e] *eſt* [2] *cruribus atque petilis.*
Nonius: *Petilum* tenue & exile.

V

VARIAE LECTIONES.

a Had. Jun. *mihi atque Cyriſco*, vel, *Vopiſco*. b J. Guill. *è fiſco praebeat aurum*. c N. Fab. *adjugare*. d J. Guill. *probiterque*. malim, *patris atque tuo*. e Scal. *&*.

NOTAE.

1 *Firmiter hoc, pariterque.*] Probe I. Guilelmius *probiter* reſcribendum autumat. malebat nihilominus Pater: *patris atque tuo*, putabatque mendum natum ex fallaci literarum compendio, opera librariorum maxime abbreviantium ſcripturas. ſi cui tamen *probiter* iſtud probatum fuerit potius, haud pertenderit.

2 *Cruribus atque petilis.*] Gloſſae Iſidori: *Petiliter*, *demiſſe*, *diviſe*.

V *Quibus* [a] *fructibus me decollavi.*

Diomedes lib. I. *Decollo*, *decollavi*: hoc verbum apud veteres decipio ſignificat.

VI *Aſſenſus ſum homini.*

Priſcianus lib. VIII. *Sentio* neutrum: ex eo *Aſſentio* & *Aſſentior* & *Diſſentio* & *Diſſentior*, in una eademque inveniuntur ſignificatione.

VII *Diomedes lib.* III. Alii à vino Tragoediam dictam arbitrantur propterea, quod olim dictabatur τρύξ, à quo τρύγητος hodieque vindemia eſt, *quia Liberalibus apud Atticos die feſto Liberi patris vinum cantoribus pro corollario dabatur*, cujus rei teſtis eſt Lucilius in duodecimo.

VARIAE LECTIONES.

a ſ. *me fructibu' decoll.*

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM

LIBRO XIII.

*

I *Si forte omnino, ac fortuna* [1] *vincere bello:*
Si forte ac temere omnino, [a] *quid curſum ad honorem.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a ſ. *ſit* vel, *qui' it* pro quis. vel certe, *ad ſummum ſit curſus honorem.*

NOTAE.

1 *Vincere bello.*] Forte: *vinceri' bello.*

2 *Acri-*

Nonius: *Fors* & *Fortuna* hoc diſtant. *Fors* eſt caſus temporalis; *Fortuna* dea.

II *Cui parilem fortuna locum, fatumque tulit fors.*
Nonius ibidem.

III *His itidem in caena* [a] *dabis oſtrea millibu' nummum*
Empta. ——
Nonius: *Oſtrea* generis neutri.

IV [2] *Acribus inter ſeſe armis confligere cernit.*
Nonius: *Cernere* rurſum, diſponere.

V [3] *Primum dominia atque ſodalitia omnia* [b] *tolluntur.*
Nonius: *Dominus* appellatur convivii exhibitor: unde & *Dominia* convivia.

VI [4] *Adde Syracuſis* [c] *ſola, paſceolum, alutam.*
Nonius: *Paſceolus* ex aluta ſacculus.

VII —— *Unu' modo, de multis qui ingenio ſit.*
Nonius: Veterum memorabilis ſcientia *paucorum*

VARIAE LECTIONES.

a al. *dabis oſtrea mille Nummis empta.* b al. *tollantur.* c f. *Sola, poſceolos*, vel, *paſceolumq. & dutam.*

NOTAE.

2 *Acribus inter ſeſe armis.*] Ita libro vetere monente reſcripſimus, nam vulgo unico *ſe* tantum vulgatur.

3 *Primum dominia.*] Dominia eadem ratione qua Magiſteria dicta Ciceroni in Catone Majore: *Me vero & Magiſteria delectant à majoribus inſtituta: & is ſermo qui more majorum à ſummo adhibetur in poculo.*

4 *Adde Syracuſis ſola.*] Pro ſoleas Syracuſanas, ut *Ficus Zacyntho* apud Plautum.

1 Quam

rum numerum pro bonis ponebat; *Multos* contra malos appellabat.

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO XIV.

*

I *Id ne* [a] *aegri eſt magis, an quod pane & viſcere privo*
Quod viſcus dederas tumidum, hoc in viſcera largi.

Nonius: *Viſcus*, poſitum pro viſcere. *Idem*: *Largi*, pro largire.

II *Quin potius vitam degas ſedatu' quietam,*
[1] *Quam tu antiquiu', quam facere hoc, feciſſe videris.*

Nonius: *Antiquus* & *Antiquior*, ut gradu, ita & intellectu diſtant. Nam *Antiquum* ſignificat vetus: *Antiquior* melior.

III *Publiu', Pavu' mihi Tuditanus Quaeſtor Ibera*
In terra fuit lucifugus nebulo, id genu' ſane.

Nonius: *Nebulones*, & Tenebriones dicti ſunt, quia mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras objiciant: aut quibus ad fugam fugitivis

VARIAE LECTIONES.

a lego *aegre eſt*, f. tibi.

NOTAE.

1 *Quam tu antiquius.*] Legam, *Quanto antiquius.*

2 Al-

Digitized by Google

...vis & furta, haec erant accommodata & utilia.

IV *Naumachiam licet haec, inquam,* [2] *alveolumque putare, &*
Calces: delectes te, hilo non rectiu' [a] *vivas.*

Priſcianus lib. VI. *Hilum* pro ullum vetuſtiſſimi proferebant.

V [b] *Nam paucis malle ac ſapientibus eſſe probatum,*
[3] Η πᾶσιν νεκύεσσι κατὰ φθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Nonius: Veterum memorabilis ſcientia *Paucorum* numerum pro bonis ponebat; *Multos* contra Malos appellabat.

VI *Si mihi* [c] *non Praetor ſiet additus, atque agitet me,*
Non male ſic ille, ut dico, me [d] *extenderat unus.*

Macrobius lib. VI. *cap.* IV: *Saturnal. ad illud Virg. lib.* IV. *AEneid.* —— *nec Teucris addita Juno Uſquam aberit.*] id eſt, affixa, & per hoc infeſta: hoc jam dixerat Lucilius in libro XIV. his verſibus: *Si mihi non Praetor* &c. *Servius in eundem Virg. locum*: *Addita*, id eſt inimica, eſt autem verbum Lucilii & antiquorum.

VII

VARIAE LECTIONES.

a MS. C. *vives.* b N. Fab. N*am paucis male ſe, & Sapientibus e. p.* f. *Paucis malle ac ſe ſap.* vel, *malle ac ſapientibus eſſe probatus.* Lipſ. *Me paucis malle abs ſapientib. e. p.* c f. *nunc* d f. *extenderet*, vel, *extenderit*,

NOTAE.

2 *Alveolumque putare, & Calces.*] Calces pro calculis, ita enim vocat calculorum ludum Feſtus: *Cancri dicebantur ab antiquis, qui nunc per diminutionem Cancelli. ex quo genere ſunt Calces. qui per deminutionem apellantur Calculi.* Gloſſae Iſidori: *Tocius calculus dictus eſt compoſito ſolo pilis, quod ſibi componunt. Calx enim lapis eſt. Calculus deminuitur.*

3 Η πᾶσιν νεκύεσσι.] Ita legendum, non, ut vulgo, Καὶ πᾶσιν. Eſt enim verſus Homericus.

4 *Nam*

VII 4[a] *Nam Vetus ille Cato dignum quemcunque laceſſiſſim*
Appellare, quod ipſe ſibi non conſcius eſſet.

Priſcianus lib. X. *Laceſſo laceſſivi*, ſic Probus, & videtur mihi melius dicere *Laceſſivi*, quam *Laceſſi*. Participium enim paſſivum *Laceſſitus*. Caper tamen *Laceſſi* dicit eſſe, ut *Faceſſi*, & profert exemplum Lucilii quo uſus eſt in XIV. *Nam Vetus ille Cato laceſſiſſe appellari, quod conſcius ipſe non erat ſibi.*

VIII *Ad Regem legatu'* [b] *Rhodum, Ecbatanam, ac Babilonem*
Ibo, cercurum ſumam. ——

Nonius: *Cercurus*, navis eſt Aſiana praegrandis.

IX —— —— *Nam ſumptibu' magnis*
5 [c] *Et ſtructam ampliter, atque cum accumbimu' menſam.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a Ita purgo & diſpono hos verſus. b *Rhodium & Bathavam.* c lego, *Ampliter exſtructam ſimul atq. accombimu' menſam.* Had. Jun. *Exſtructum ampliter, ad quam nunc accumb.*

NOTAE.

4 *Nam Vetus ille Cato.*] Ita verſus hos interpolavit Pater, quos tamen nondum proprio nitori reſtitutos putamus. Per Veterem vero Catonem intelligit M. Porcium Catonem cui cognomentum Priſci adhaeſiſſe priuſquam Cato vocaretur, auctor Plutarchus in vita ejuſdem.

5 *Et ſtructam ampliter.*] Mutabat Pater: *Ampliter exſtructam ſimul atque accumbimu' menſam.* ſive potius: *Ampliter exſtructam convivae accumbimu' menſam.* ut dicamus initialem vocis *quum* à cucullione quopiam more ipſis uſitato trium literarum loco puta *con* brevitatis cauſſa ſcriptam fuiſſe hac facie 9. conſimili autem genere loquendi uſus eſt Plautus Menaechmis:

Cerealis caenas dat, ita menſas exſtruit,
Tantas ſtruices concinnat patinarias.

& Catullus:

Lat-

Nonius: *Ampliter*. *Priſcianus lib.* xv. *Ampliter* pro ample.

x [a] *Idem epulo cibus*, [6] *atque* [b] *epulae Jovis omnipotentis.*

Nonius: *Epulum* generis neutri eſt. Faeminini Lucilius Satyr. lib. xiv. *Idem epulo cibus*, *atque epulatio Jovis omnipotentis.* Qui verſus utrumque deſignat.

xi *Et non pauper uti Samio*, *curtoque catino.*

Nonius: *Samium*, eſt teſteum.

xii *Caenam*, *inquit*, *nullam*, [7] *neque Divo* [c] *proficiem ullam.*

Nonius: *Profecta* exta, quae aris dantur ex fibris pecudum diſſecta, generis faeminini.

xiii *Quum illud quid faciat*, [d] *quod manducamur in ore.*

Nonius: *Manducatur*, pro manducat.

xiv [e] *Dilectum video ſtudioſe vulgus habere.*

Nonius: *Vulgus neutro genere ſolum dici putat Lucilius.*

xv [8] *Ipſe*

VARIAE LECTIONES.

a al. *Inde* f. *Inde epulum cibus taque epulae Jovis.* vel, *Inde epulae cibus taque epulum Jovis omn.* b ita Lipſius c ita leg. d f. *commanducamur.* e f. *Delectum.*

NOTAE.

Large multiplici conſtructae ſunt dape menſae.
nec non Apulejus Metamorph. iv. *In fine ſermonis hujus ſtatim ſeſe deſtituunt, calidaque perfuſi, & oleo peruncti menſas dapibus largiter inſtructas accumbunt.*

6 *Atque epulae Jovis.*] Ita clariſſimus Lipſius, ut ſtet verſus. cujus ſententiam putat, tam lautum convivium fuiſſe, quam epulum Jovis, ac de epulo Jovis apud Romanos ludorum cauſſa frequenter Livius.

7 *Neque Divo proficiem ullam.*] Ita olim Joſ. Scaliger veriſſime cor-

XV [8] *Ipſe equu' non formoſu', gradarius, optimu' vector.*

Nonius: *Gradarius* eſt molli gradu, & ſine [a] ſuccuſſatura nitens.

XVI *Quem metuas ſaepe, interdum quem utare libenter.*

Nonius: Pro, quo utare libenter.

XVII *Puncto una hora* ** *& qui quoque* [b] *invaſit.*

Donatus in Phorm. Terentii Act. I. *Sc.* IV. *ad illud*: *Tum temporis punctum mihi ad hanc rem eſt.*] *Punctum* pro momentum: ut Lucilius in decimoquarto: *Puncto una hora* [c] &c.

XVIII

VARIAE LECTIONES.

a Had. Jun. *ſuccuſſatu.* b al. *inſuaſit.* c Scal. *caſeus, alium, olus.*

NOTAE.

correxit, ut fiat Hexameter, & quidem abſolutiſſimus. idque cum verbis præcedentibus Nonii de faeminino genere, tum etiam hoc exemplo Varronis, quod ibidem ſubjicit, confirmatur: *Proſiciem extorum vel in menſam projiciere.* ubi alii *porrigere* habent, quod probat hoc neſcio cujus Poëtae ἀκροτελεύτιον·

—— *fumantia porrigit exta.*

8 *Ipſe equu' non formoſus.*] Videbatur P. Colvio, juveni eruditiſſimo, Lucilius libro XIV ſeu XV deſcripſiſſe virtutes equi praeſtantioris: cujus eam in rem locos aliquot ſingulatim Grammaticis veteribus laudatos, hunc in modum continuatim ſcriptos fuiſſe non abs re arbitrabatur:

Ipſe equu' non formoſu', gradarius, optimu' vector,
Qui colles, campeſque gradu perlabitur uno,
Quem neque Lucanis oriundi montibu' Tauri
Ducere protelo validis cervicibu' poſſunt.
Hunc milli paſſum qui vicerit, atque duobus,
Campanus ſonipes ſubcuſſor nullu' ſequetur
Majori ſpatio; ac diverſu' videbitur ire.

unum tantum praeterea addidiſſet vellem ex VIII. libro a Nonio allatum:

Omne iter evadit, ſtadiumque accline tolutim.

quem commode poſt illum verſum legi poſſe puto: *Qui campos calleſque gradu* &c.

9 Ca-

XVIII [9] [a] *Caſeus allia molliet.* ——
Chariſius lib. I. *Caſeus* maſculini generis eſt.

XIX [10] *Macroſque palumbos.*
Nonius: *Palumbi*, maſculine. *Chariſius lib.* I. *Palumbes* Virgilius fœminino genere dixit: *Aëriae quo conceſſere palumbes.* item — *raucae tua cura palumbes.* ſed Lucilius XV. maſculine, *macroſque palumbos.*

VARIAE LECTIONES.

a f. *Caſeus allia mollibit.* vel, *mollit.* v. c. *Caſeus, ala, molis* f. *allia olens*, vel, *ſalſa mola.*

NOTAE.

9 *Caſeus allia molliet.*] Vetus codex: *Caſeus, ala, molis.* ex eo Joſ. Scaliger: *Caſeus, alium, colus.* Alium ἀρχαϊῶς, allium.

10 *Macroſque palumbos.*] Chariſius haec verba ex libro XV. adducit, unde ad v. transferenda fortean veriſimiliter arbitror, ut de caena ruſtica ibidem commemorata dicta accipiantur, quo item proxime praecedens fragmentum pertinuiſſe videtur.

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO XV.

*

I *Multa homines portenta* [a] *in Homero verſificata*
Monſtra putant, quorum in primis Polyphemu' ducentos
[1] *Cyclops longu' pedes*, [2] *& porro huic maju' bacillum,*
Quam

VARIAE LECTIONES.

a Fruter. *in Homeri verſibu' fata.*

NOTAE.

1 *Cyclops longu' pedes.*] Sic Had. Junius ad manuſcripti codicis fidem, ut apparet, reſtituit. nam abſurde vulgo *Cyclopes ecclites.* pro-

Quam malus 3 [a] *navi in corbita maximus ulla.*

Nonius: *Corbita*, eſt genus navigii tardum & grande.

II *Hunc milli paſſûm qui vicerit atque duobus*
Campanus ſonipes ſuccuſſor nullu' [b] *ſequetur*
Majori ſpatio; ac diverſu' videbitur ire.

A. Gellius lib. I. *cap.* XVI. *Milli paſſûm* dixit pro mille paſſibus. *Macrobius lib.* I. *cap.* V. *Nonius*: *Succuſſare*, eſt ſurſum frequenter excutere.

III *Praeterquam in pretio* 4 *primus ſemiſſe, ſecundus*
Nummo, tertiu' jam pluris, quam totu' medimnus.

Nonius: *Medimnus* generis maſculini.

IV *In numero quorum* [c] *nunc primu' Trebelliu'* [d] *multo*

Ob-

VARIAE LECTIONES.

a Ita lego. b v. c. Non. *ſequatur.* c f. *tunc.* d J. Guill. *muto* al. *multum Luciu' marcebat febris.*

NOTAE.

propius liber vetus: *Cyclopes tegus pedes.*

2 *Et porro huic maju' bacillum.*] Videtur Lucilius eo delectatus. ut de rebus magnis ὑποκοριστικῶς loqueretur. ſic ſupra,

—— *fervens cum marculu' ferrum*
Multorum tuditantûm magnis ictibu' tundit.

3 *Navi in corbita.*] Ita de ſententia Patris emendandum, ut *Corbita* producte in ſecunda ſyllaba pronuntietur. nam vulgata lectio, *navis in corbita*, contra legem ac rationem omnem carminis. Secundam autem in *Corbita* producendam videri eo probari poteſt, quod eadem hujus, quae *Turritae navis*, ratio: ut enim haec à Turri ſic illa à Corbe originem ſumit. Feſtus: *Corbitae dicuntur naves onerariae: quod in malo* (forte *mali*) *earum ſummo pro ſigno corbes ſolerent ſuſpendi.*

4 *Primus ſemiſſe, ſecundus Nummo.*] Sic ſupra:

Commoda praeterea patriae ſibi prima putare,
Deinde parentum, tertia jam, poſtremaque noſtra.

5 *Fe-*

Obmarceſſebat [5] *febris, ſenium, vomitus, pus.*

Nonius: *Senium* eſt taedium & odium, dictum à ſenectute, quod ſenes omnibus odio ſint & taedio.

V *Quum* [a] *tectum eſt, quidvis ſatis eſt: Viſuri alieni*
[b] *Sunt homines?* [6] *ſpiras, pallam, redimicula promit.*

Nonius: *Palla* eſt honeſtae mulieris veſtimentum, hoc eſt, tunicae pallium.

VI [7] *Penula, ſi quaeris, canteriu', ſervu',* [8] [c] *ſegeſtre*
Utilior mihi, quam [d] *ſapiens.* ——

No-

VARIAE LECTIONES.

a al. *tecum eſt.* b al. *Sint homines.* c Turn. *ſageſtre.* d f. *ſapientia*, & ſic argutior ſententia exiſtet.

NOTAE.

5 *Febris, ſenium, vomitus, pus.*] Convitia in homines impuros jaci ſolita. Plautus Moſtell. de Laniſta loquens:

Abſolve hunc quaeſo vomitum, ne hic nos enecet.

Hor.

Rutili Regis Rupuli pus, atque venenum.

6 *Spiras, pallam.*] Ita numeris commutatis pro *ſpiram, pallas*, placuit jam olim reponere Parenti noſtro. atque adeo multiplicatio iſta *ſpiris*; potius quam *pallis* convenit. una enim unius mulierculae indutui *Palla* ſatis ſuperque oppido; non item *Spira*, ornamentum adeo contortuplicatum, ac multiplex; nec vinctui capitis modo, ſed & ſuperbiae luxuriaeque comparatum ſexus hujus multo ſumptuoſiſſimi. Vide quae ad hujus opinionis ſuae firmamentum notavit Pater in Praecidaneis pro Tibullo cap. 18.

7 *Penula, ſi quaeris.*] Sic lib. IV. hic noſter:

—— *ſed bene cocto, &*
Condito ſermone bono, &, ſi quaeri libenter.

Cicero ad Brutum: *Hoc cogere volebat falſas literas eſſe, &, ſi quaeris, probabat.* Idem libro ſecundo de Oratore: *Et, ſi quaeritis, is qui appellatur dicax, hoc genere maxime excellit.* Ovid. lib. I. Triſt.

Plura quidem mandare tibi, ſi quaeris, habebam.

Deſcribere autem hoc loco voluit Lucilius habitum ac cultum peregrinantium, & contrariam ei ſententiam protulit Varro Virgula Divina: *Non quaerenda,* inquit, *eſt homini, qui habet virtutem, penula in imbri.*

8 *Segeſtre.*] Turnebo magis probatur *Sageſtre*, quod putat fuiſſe

Nonius: *Penula* eſt veſtis, quam ſupra tunicam accipimus.

VII [a] *Adde iſtos ſacer illoto colſo fax ſyroſenix*
Quid facere eſt ſolitus? ——

Nonius: *Sacrum* etiam ſceleſtum & deteſtabile, ita & conſecratum.

VIII —— 9 *Non ergaſtulus unus*, [b] *& alius judicem*
Oppoſivit. ——

Nonius: *Ergaſtulum* & *Ergaſtulus* ut genere ita & intellectibus differunt. Nam neutro, *Carceris* locus eſt; maſculino, cuſtos poenalis loci.

IX 10 *Ut nemo ſententiam libere*, 11 [c] *quaſi ergaſtulus, poſſit dicere.*

Nonius: *Ergaſtulum*, & *Ergaſtulus*.

X

VARIAE LECTIONES.

a Tur. *Adde iſto ſacer illoto collo ac ſyrophaenix.* Had. Jun. *Audiſtis ſacer ille τόχ* Syphax Syrophoenix Quid facere eſt ſolitus.* b Ita Scal. f. *& alter iudicem Appoſuit.* c v. c. *magis quam ergaſtulus dicere non poſſit.*

NOTAE.

fuiſſe craſſum operimentum, ut ſagorum erat craſſior pannus. Caeterum *ſegeſtre* uſus variorum auctorum magis commendat, idque conveniens huic loco. Feſtus: Δέρρεις *Graeci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus Segeſtria.* Plura de hac voce doctiſſimus Caſaubonus ad Suetonium, qui in hac palaeſtra literaria cum paucis hodie regnum tenet.

9 *Non ergaſtulus unus.*] Ergaſtulum dicit ſervum ergaſtulo incluſum, qui è vinculis opus facit ut & Juvenalis Sat. VI.

—— *pueros omnes, ergaſtula tota.*
Quodque domi non eſt, & habet vicinus ematur.

ubi Commentarius vetus, *Ergaſtula ruſticorum ſervientium multitudinem* interpretatur. ſic Lucilius *Carcerem*, qui in carcere eſt vocavit ſuperius. ac eadem ratione *Vincula* pro vinctis apud Ciceronem lib. III. de Legibus; & *Cuſtodiae* pro captivis apud Tacitum leguntur.

10 *Ut nemo ſententiam.*] Male hoc exemplum cum ſuperiore cohaeſerat apud Nonium.

11 Quaſi

X —— [12] *Dum miles* [a] *Hyberus*
Terras, ac meret ter ſex aetate quaſi annos.
Nonius: *Meret*, militat.

XI *Te primum cum iſtis inſanum hominem & cerebroſum.*
Nonius: *Cerebroſi* dicuntur ad inſaniam faciles, quibus frequenter cerebrum moveatur.

XII *Scit poëticon eſſe, videt tunica, & toga quid ſit.*
Nonius: *Tunica*, eſt veſtimentum ſine manicis.

XIII [13] *Trulleu' poſtomis huic ingens de naribu' pendet.*
No-

VARIAE LECTIONES.

a Ita Had. Jun. Palm. *hybera Hac meret in terra ter ſex, aetate quaſi, annos.*

NOTAE.

11 *Quaſi ergaſtulus, poſſit dicere.*] Vetus liber: *magis quam ergaſtulus dicere non poſſit.* quod ſi admittimus, duae negationes more Graecorum negabunt magis.

12 *Dum miles Hyberus.*] Haec in vulgatis codicibus valde perturbata leguntur, ſic: *Dum miles hybernas ac meret terſa ex aetate quaſi annos.* quibus Palmerius ita medicinam faciebat:

—— dum miles hybera
Hac meret in terra ter ſex, aetate quaſi, annos.

Ut hinc conſtet, Lucilium diu in Hiſpania fuiſſe, & quidem annis XVIII, quos hic vocet quaſi aetatem.

13 *Trulleu' poſtomis.*] Poſtomidem fingit, ut Turnebus explicat, de naſo ejus pendere qui ſe madefaciat aſſidue, ut enim ferocia jumentorum remoretur, poſtomicorum ori impoſita, ſic poculum de ejus ore pendens talem quandam imaginem reddêre videbatur. Dici autem videtur *Poſtomis* à Latinis corrupta voce, quae tanquam *Epiſtomis* aut *Epiſtomium* appellari deberet. Imo vero tanquam προστομὶς, id eſt, additamentum ori adjectum & appenſum, atque ita ſcribendum videtur. Haec fere Turnebus Adverſar. lib. XVII. cap. ult. XXVIII. cap. 8. Illud vero omittendum non puto, pro voce *Trulleus*, *Miles* me in veteri libro Nonii expreſſum offendiſſe. quod unde irrepſerit videor indagaſſe. nam in veteri quodam lexico totus verſus ita legebatur: *Poſtomides huic de naribus ingentes pendent.* ubi poſteriorem partem vocis *Poſtomides* commutatam in *miles* for-

Digitized by Google

Nonius: *Poſtomis* dicitur ferrum, quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus, vel morſui imponitur, Graece ἀπὸ τοῦ στόματος.

XIV [14] *Tintinnabulum abeſt hinc*, [a] *ſirpiculaeque holerorum.*

Nonius: *Holerorum*, pro holerum.

XV *Subjicit hinc humilem*, & [b] *ſuffertus poſteriorem.*

A. Gellius lib. IV. *cap.* 17. *Subjicit*, u litera longa legunt. quia primam ſyllabam brevem eſſe in verſu heroico non convenit.

XVI *Rugoſum atque fami plenum.* ——

A. Gellius lib. IX. *cap.* 14. Sic autem Dies, dii, à veteribus declinatum eſt; ut *Fames*, *fami.*

XVII —— *aut* [15] *qui nummos triſtis inuncat.*

Nonius: *Inuncare* quaſi unco invadere & arripere.

XVIII

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *ſirpiculique olerorum.* b al. *ſuffectus.*

NOTAE.

fortaſſis veriſimiliter arbitror. ac hinc quoque non injuria quis ſuſpicari poſſit ita olim ſcriptum fuiſſe: *Poſtomides huic ingentes de naribu' pendent.* voce *Trulleus* deleta.

14 *Tintinnabulum abeſt hinc.*] Sunt hic in Lucilio duo genera vehiculorum, ut in Conjectaneis obſervat magnus Scaliger, Tintinnabulum & Sirpea aut Sirpiculae. de Tintinnabulo Plautus Pſeudulo;

—— *lanios inde arceſſam duo*
cum tintinnabulis:
Eadem duo greges virgarum indidem vinearum adegero.

de Sirpeis Varro de Ling. Lat. lib. IV. [*Sirpea, quae virgis ſirpatur, id eſt, colligendo implicatur, in qua ſtercus aliudve quid evehitur.*

15 *Qui nummos t. inuncat.*] Gloſſarium: *Inuncare, arripere.*

16 Ne-

XVIII — [16] *Nemo eſt halicariu' poſterior te.*

Chariſius lib. I. Alicam ſine aſpiratione dictam Verrius tradit, & ſic multi dixerunt: niſi quod Lucilius in XV, *Nemo eſt halicariu' p. t.* cum aſpiratione dixit.

NOTAE.

16 *Nemo eſt halicariu' p. t.*] Sic Alicariae meretrices. Feſtus: *Alicariae meretrices appellabantur in Campania ſolitae ante piſtrina Alicariorum verſari quaeſtus gratia.* Plautus Paenulo:

Proſedas, piſtorum amicas, relliquias alicarias.

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM.

LIBRO XVI.

*

Porphyrion in Horat. ad illud lib. I. *Od.* XX. *Dum meam canto Lalagen.*] id eſt, carmen in Lalagen amicam, ejus nomine compoſitum. *Sic & liber Lucilii decimus ſextus Collyra inſcribitur*, eo quod de Collyra amica ſua ſcriptus ſit.

Cenſorinus de die Natali cap. 3. *Euclides autem Socraticus duplicem omnibus omnino nobis Genium dicit appoſitum*, quam rem apud Lucilium in libro Satyrarum XVI. licet cognoſcere.

*

I *Ibat forte aries, inquit, jam quod genu' quantis*
Teſtibu'? vix uno filo [a] *haec ſe haerere putares*
[1] *Pellicula extrema ex aptum pendere* [2] *onus ingens.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a f. *haecce.*

NOTAE.

1 *Pellicula extremâ ex aptum.*] Sic legendum disjunctis vocibus, pro aptum ex pellicula extrema, ut Lucretius lib. IV.

Nonius: *Aptum*, rurſum connexum & colligatum ſignificat.

II — — [3] *Lyſippi Juppiter iſta*
Tranſivit, quadraginta cubita altu', Tarento.
Nonius: *Cubitum*, neutri generis.

III [4] [a] *Rex Cotys ille duos ventos Auſtrum atque Aquilonem*
Noviſſe ajebat ſolos ſe demagis iſtos
Ex nimbo auſtellos, [b] *nec noſſe putare neceſſe.*
Nonius; *Demagis* valde magis.

IV

VARIAE LECTIONES.

a Ita Had. Junius ſuis numeris reſtituit hos verſus. b vel, *nec noſſe, nec eſſe putare.*

NOTAE.

Brachia tum porro validis ex
apta lacertis.

hoc eſt, apta ex validis lacertis, quae male confundunt Critici. Sic Ennius:

Contempſit fontes, quibus ex erugit aquae vis.

pro ex quibus erugit, id eſt, eructat vis aquae, cujus verſus poſterius hemiſtichium citatur à Macrobio in libello de different. & ſocietate Graeci Latinique verbi, ſed non appoſito auctoris nomine.

2 *Onus ingens.*] Sic *onus inguinis* Ovid. III. Faſtor. & *pondera* Catullo & Petron.

3 *Lyſippi Juppiter iſta.*] Plinius Naturalis Hiſtor. lib. XXXIV. c. 7. *Moles quippe excogitatas videmus ſtatuarum, quas coloſſos vocant, turribus pares. Talis eſt in Capitolio Apollo tranſlatus à M. Lucullo ex Apollonia Ponti urbe* XXX. *cubitorum* CL. *talentis factus: talis in campo Martio Juppiter à Claudio Caeſare dicatus, qui vocatur Pompejanus à vicinitate theatri; talis & Tarenti factus à Lyſippo* XL. *cubitorum. Mirum in eo, quod manu, ut ferunt, mobilis (ea ratio libramenti eſt) nullis convellatur procellis. Id quidem providiſſe & artifex dicitur, modico intervallo, unde maxime flatum opus erat frangi, oppoſita columna. Itaque propter magnitudinem difficultatemque moliendi, non attigit eum Fabius Verrucoſus, cum Herculem, qui eſt in Capitolio, inde transferret.* Hactenus magnus ille naturae indagator mirum iſtiuſce ſtatuae artificium exponens. in quibus verbis neſcio cujus male feriati hominis emendationi cave accedas temere, qui ſe ex Strabone reſcribere nobis perſuadere conatur: *Talis & Hercules Tarenti factus à Lyſippo* &c. cum receptam ſcripturam hi verſus Lucilii validiſſime confirment, quibus eandem rem deſcribit.

4 *Rex Cotys ille.*] Ita numeris
ſuis

IV *Legavit quidam uxori mundum omne penumque.*

5 *Quid mundum ? quid non ? nam quis dijudicet iſtuc ?*

A. Gellius lib. IV. *cap.* I. *Penus* quoque variis generibus dictum & varie declinatum eſt. nam & *hoc Penus* & *haec Penus*, & *hujus penis & peneris*, & *peniteris*, & *penoris*, veteres dictitaverunt. *mundum* quoque *muliebrem* Lucilius in Satyrarum ſextodecimo non virili genere, ut caeteri, ſed neutro appellavit his verſibus: *Legavit quidam uxori* &c.

Idem paulo poſt : Ne illi quidem veteris Juris magiſtri, qui ſapientes appellati ſunt, definiſſe ſatis recte exiſtimantur quid ſit *Penus*. Nam Q. Scaevolam, ad demonſtrandum *penum*, his verbis uſum audio: Penus eſt, inquit, quod eſculentum aut poculentum eſt. quod enim ipſius patris familias, aut liberorum patris familias ejuſque familiae, quae circum eum aut liberos ejus eſt, & opus non facit, cauſſa paratum eſt, ut Mucius ait, *penus* videri debet. Nam quae ad edendum bibendumque in dies ſingulos prandii aut caenae cauſſa parantur, *penus* non ſunt: ſed ea potius, quae hujuſce generis longae uſionis gratia contrahuntur & reconduntur, ex eo, quod non in promptu ſint, ſed intus & penitus habeantur penus dicta ſunt.

V

NOTAE.

ſuis hos verſus Had. Junius reſtituit. vulgatae editiones: *Rex Corus ille duos hos ventos Auſtrum atque Aquilonem noviſſime alebat, ſolos demagis iſtos ex nimbo auſtellos, nec nos ſenecees putare.*

5 *Quid mundum ? quid non ?*] Libri vulgati, *Quid mundum, omne penum.*

v [6] *Fundi, delectat* [a] *virtus te, villicu' paullo*
Strenuior [b] *ſi evaſerit.* ——

Priſcianus lib. III. *de Comparativorum formatione agens, Lucilius inquit, in* XVI. *ad Fundium: Fundi, delectat virtus te* &c.

vi *Hi quos divitiae producunt, & caput ungunt*
Horridulum. ——

Nonius: *Horrendum*, & *Horridum* habent plurimam diverſitatem. Eſt enim *Horrendum* tetrum & vitabile; *Horridum* plaerumque exſtans & prominens & incultum.

vii *Cur tam ignaviter hoc praeſertim tempore quaeris.*

Nonius: *Ignaviter*, pro ignave. *Priſcianus lib.* xv.

viii *Publicitus vendis tamen atque extrema ligurris.*

Nonius: *Publicitus*, pro publice.

ix *Hoc aliud longe eſt, inquit, qui cepe ſerebat.*

Nonius: *Cepe* generis neutri.

x [c] *Media è piſtrina.*

Chariſius lib. I. *Piſtrinum* neutraliter dicitur. ſed Lucilius [d] in XVI. faeminine extulit: *Media è piſtrina, ad tabernam referens*, ut Caupona dicitur. *Varro lib.* IV. *de Ling. Lat. Pilum*, quod eo far pinſunt, id ubi fit *Piſtrinum*. L & S inter ſe ſaepe commutant. [e] Inde *Piſtor*, vel Lucilii *Piſtrina & Piſtrix.*

VARIAE LECTIONES.

a al. *te virtus.* b malim, *ſi forte evaſerit.* c v. c. *Media eſt piſtrina.* Scal. *Media à piſtrina.* d V. C. *in* X. e ita legit Scal.

NOTAE.

6 *Fundi delectat virtus te.*] Antiquius videtur propter literarum concurſum idem ſonantium. lii, *te virtus*, quod melius & an-

QUAE

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO XVII.

*

I [1] [a] *Num cenſes* καλλιπλόκαμον καλλίσφυρον [b] *illam*
Non licitum eſſe uterum, [c] *atque etiam inguina tangere mammis?*
Compernem aut varam fuiſſe Amphitruonis ἄκοιτιν
Alcmenam atque alias, [d] *Ledam ipſam denique nolo*
Dicere, [2] *tute vide*, *atque diſſyllabon elige quodvis.*
[3] [e] Τυρὼ εὐπατέρειαν *aliquam rem inſignem habuiſſe*,
Verrucam, *naevum* [f] *pictum*, [4] *dentem eminulum unum.*

Nonius: *Compernes* dicuntur longis pedibus. *Idem*: *Vari* dicuntur obtortis plantis.

II *Caetera contemnit*, *& in uſura omnia ponit*
Non magna: [5] *proprium vero nil neminem habere.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *Num* b Scal. *ullam* c Scal. *aeque* d Scal. *Helenam* e Turn. Εὐέραν, ᾽εὐπατέρεια. Scal. τὴν εὐπίειραν f Lamb. *dicta eſt*.

NOTAE.

1 *Num cenſes* καλλιπλόκαμον.] Inter laudes mulierum καλλιπλόκαμος, & καλλίσφυρος· ſicut contra inter vitia Compernis & Valga & Vatia.

2 *Tute vide, atque diſſyllabon.*] Numerorum ratio poſtulat ut *ac* pro *atque* reponamus.

3 Τυρὼ εὐπατέρειαν.] Locus eſt apud Homerum Odyſſ. λ.

4 *Dentem eminulum unum.*] Sic ſupra:

—— *dente adverſo, eminulo, hic eſt*
Rhinoceros velut AEthiopus.

5 *Proprium vero nil neminem habere.*] Duo abnutiva magis negant Graecorum more, dicit enim

Lu-

Nonius, *Proprium* ſignificat rurſum perpetuum.

III *Villicum* [a] *Ariſtocratem mediaſtinum atque bubulcum*
Commanducatus corrupit, ad incita adegit.

Nonius: *Mediaſtinos* non ſolum balnearum ſed aedium quoque miniſtros & curatores legimus. *Idem Commanducatur. Lucil. lib.* XXV. *Villicum Ariſtocratem* &c. *Idem*: *Incitas* dicitur egeſtas.

IV *Nupturum te nupta negas, quod vivere Vlyſſem*
Speras. —

Priſcianus lib. IX. *Lucilius in* XVII. *ad Penelopam converſus* ait, *Nupturum te nupta* &c. In hoc quoque ſubaudiendum eſſe, id eſt, nupturum eſſe, non nuptum ire, γαμηθήσεσθαι.

V [6] *Si non it, capito (inquit) eum*; [7] [b] *& ſi calvitur, ergo*
Endo manum jacito. —

Nonius: *Calvitur* dictum eſt fruſtratur, dictum à calvis mimis quod ſint omnibus fruſtratui.

VI [8] [a] *Si*

VARIAE LECTIONES.

a f. *Ariſtocrates* b al. *at ſi calvitur ergo Fur dominum* — Lud. Carr. *& ſi calvitur, endo Ferto manum* —

NOTAE.

Lucilius: Sapientem nihil proprium, id eſt, perpetuum ſe habere cenſere, ſed uſura tantum frui, *non magna*, id eſt, diuturna & ſtabili.

6 *Si non it, capito inquis eum.*] Poſſet non incommode cum amico noſtro Joan. Meurſio reponi *rapito* pro *capito*. & *rapere in jus*, Plauto, Horatio, aliis oppido quam familiare. ſed obſtat XII. Tabularum auctoritas, quarum duas leges hoc loco concluſit & expreſſit Lucilius: SI. VIS. VOCATIONI. FVAT. TESTAMINI: IGITVR. EM. CAPITO. & : SI. CALVITVR. PEDEMVE. STRVIT. MANVM. ENDOIACITO.

7 *Et ſi calvitur.*] In mendo cubat haec vox apud Chariſium lib. I. *Calumnia*, inquit, *prima ſyllaba correpta effertur: venit enim*

VI [8] [a] *Si meſſes facis Muſas, ſi vendi Lavernae.*
Nonius: *Laverna* Dea, cui ſupplicant fures.

VII — [9] *magna oſſa, lacertique*
Apparent homini. —
Macrobius Saturn. lib. VI. *cap.* I. *ad illud Virgilii*: — *magna oſſa, lacertoſque Extulit.* —

VARIAE LECTIONES.

a v. c. *Si menſes facis.* f. *Semiſſis facient Muſas.*

NOTAE.

nim à verbo Calumnior, hoc eſt, fruſtror. veteris codicis fiducia emendo: *venit enim à verbo Calvor, hoc eſt, fruſtror.*

8 *Si meſſes facis Muſas.*] Had. Junius pro *Muſas*, *inviſas* conjicit legendum.

9 *Magna oſſa, lacertique.*] Quaedam editiones Macrobii haec Ennio aſſcribunt. de quibus adi doctiſſimum Hier. Columnam in Explicationibus Ennianis.

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO XVIII.

*

I *Millia ducentûm frumenti tolle medimnum,*
Vini mille cadûm. —
Nonius: *cadi* vaſa, quibus vina conduntur.

II *Denique uti ſtulto* [a] *nihil eſt ſatis, omnia cum ſint.*
Nonius: *Multum*, & *Satis* eo diſtant; quod *Multum*, infinitum eſt, *Satis*, finitum: Avaris illud, hoc parce ſe continentibus applicandum.

VARIAE LECTIONES.

a al. *nil ſit ſatis,*

I *In-*

III —— [a] *Nam vel regionibus illis*
[1] *Incruſtatu' calix, ruta caulique bibetur.*

Porphyrion in Sat. III. *lib.* I. *ad illud Horatii : Sincerum cupimus vas incruſtare.*] Allegoricos hoc dicit: *Vas* autem *incruſtari* dicitur, cum aliquo vitioſo ſucco illinitur atque inquinatur: ſecundum quod & Lucilius Satyra XVIII. *nam vel regionibus illis* &c.

IV —— [2] *aeque fruniſcor ego ac tu.*
Nonius: *Fruniſci* pro frui.

VARIAE LECTIONES.

a Ivo Villiom. —— *nam mel regionibus illis Incruſtatu' calix crucio* —— Vide Notas.

NOTAE.

1 *Incruſtatu' calix ruta e. b.*] Ita in veteribus impreſſis libris Porphyrionis reperi, quam ſcripturam Turnebus etiam ſequutus eſt. vulgati habebant:

—— *nam mel regionibus illis*
Incruſtatu' calix rucia. ——

Ex quo Yvo Villiomarus in locos controverſos Roberti Titii legendum autumat:

Nam mel regionibus illis
Incruſtatu' calix crucio. ——

Ac huc pertinuiſſe illum Feſti locum: *Crucium quod cruciat. Unde Lucilius vinum inſuave Crucium dixit.* Ut feſtive Lucilius gentem neſcio quam irrideat, apud quam vinum inſuave naſceretur: quo imbutus & incruſtatus calix apud eos mellitum ſapuerit.

2 *AEque fruniſcor ego, ac tu.*] Ita legebat Pater, quo carminis rationi conſuleret. cui libros antiquitus excuſos accedere, poſtea comperi. Sic *Fruniſcor* & *Frunitum* dixit Cato teſte Sexto Pompejo. vulgo & in Nonio & Lucilio *fruiſcor* vulgatur.

QUAE

Digitized by Google

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO XIX.

*

I *Sic tu illos fructus quaeras, adverſa hieme olim*
Queis uti poſſis, [1] [a] *haec delectare domi te.*
Nonius: *Olim* temporis futuri.

II [b] *Aurum vis, hominemve? habeas hominem: quid ad aurum?*
Quare (ut dicimu') non video hic quid magnopere optem.
Nonius: *Optare* eligere.

III [2] *Ut pueri infantes faciunt mulierculam honeſtam.*
Nonius: *Infantes* à non fando dicti ſunt.

IV *Sic ſingillatim noſtrum unuſquiſqne movetur.*
Nonius: *Singulatim* & *Singillatim* à ſingulis.

V *Sume, diem, qui eſt viſu' tibi pulcherrimus unus.*
Nonius: *Sumere* etiam ſignificat eligere.

VI [3] Pe-

VARIAE LECTIONES.

a lego, *ac.* b lego, *Aurum vis? hominem en habeas. Hominem? quid ad aurum?*

NOTAE.

1 *Ac delectare domi te.*] Sic Plautus Captivis: *Itidem haec mihi advenienti upupa, qui me delectem, data eſt.*

2 *Ut pueri infantes.*] Sic libro proximo: *Ut pueri infantes credunt ſigna omnia ahena Vivere.*

3 Pe-

VI [3] *Peniculamentum* [a] *vere repraehendere noli.*

Nonius: *Peniculamentum* à veteribus pars veſtis dicitur.

VII [4] *Latere pendens, ſaxa ſpargens tabo & ſanguine atro.*

Nonius: *Spargere* madefacere.

VIII [5] *Rauſuro Tragicus qui carmina perdit Oreſte.*

Priſcianus lib. x. *Rauſi rauſum.*

IX *Scalprorum* [b] *forcipumque millia viginti.*

Chariſius lib. I. Medicorum *Forcipes* dicit lib. [c] XIX. *Scalpror.* &c.

X —— [6] [d] *& uncis*
Forcipibus dentes evelleret. ——

Cha-

VARIAE LECTIONES.

a f. *vero* b f. *forcipiumq. Millia vig.* c v. c. XI. d ita ex v. c. emendandum.

NOTAE.

3 *Peniculamentum vere.*] Veriore, ut exiſtimo, lectione reſtituo:

Peniculamento vero repraehendere noli.

Sic Plautus Epidico,

Quis properantem me repraehendit pallio:

Idem Milite:

Vel illae quae me here pallio repraehenderunt.

Repraehendere enim dicimus proprie quos in via aſſecutos parte aliqua veſtis appraehenſos remoramur.

4 *Latere pendens.*] Veriſimiliter putat Hieron. Columna Lucilium hanc Thyeſtis apud Ennium exſecrationem inter ſua inſeruiſſe poemata, tanquam vulgo jactatam, & inde Nonium Lucilii exiſtimaſſe. Ita autem locum Ennii adfert Cicero lib. I. Tuſcul. Quaeſt. *Exſecratur luculentis ſane verſibus apud Ennium Thyeſtes, primum ut naufragio pereat Atreus. durum hoc ſane: talis enim interitus non eſt ſine gravi ſenſu. illa inania,*

—— ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis
Eviſceratus, latere pendens, ſaxa ſpargens tabo,
Sanie, & ſanguine atro.

5 *Rauſuro Tragicus.*] Juvenalis: *Vexatus toties rauci Theſeide Cordi.*

6 *Et uncis Forcipibus d. e.*] Sic *cor-*

Chariſius lib. I. *loco praecedente citato addit*: Item paulo poſt: — *& uncis Forcipibus dentes evelleret.* —

NOTAE.

corrigendum fide vetuſti codicis. nam vulgati multo corruptiſſime: *Quivis forcipibus dentes vellere.* Uſus vero eſt eadem paene loquendi formula Sidonius: *Barba concavis hirta temporibus, quam in ſubdita vultus parte ſurgentem ſtirpitus tonſor aſſiduus genas ad uſque forcipibus evellit.*

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO XX.

*

1 [1] [a] *Terricolas Lamias, Fauni quas, Pompiliique*
Inſtituere Numae, tremit has, [2] *hic omnia ponit.*
Ut pueri infantes credunt ſigna omnia ahena
Vivere, & eſſe homines: [b] *& ſic iſti omnia ficta*
Vera putant, [c] *credunt ſignis cor ineſſe ahenis.*
Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.

La-

VARIAE LECTIONES.

a Frut. *Terriculas, Lamias,* b f. *ſic iſtice.* ἀρχ. c lego. *credant ſignis cor ineſſe ut ahenis.*

NOTAE.

1 *Terricolas Lamias.*] Non refert Lactantius ex quoto Lucilii libro hos ſex verſus tranſcriperit: ſed Nonius verſum tertium cum hemiſtichio ſequentis manifeſto adfert ex xx. ſive ut in aliis libris eſt xxv. quamvis apud eum male neſcio quis *Curius* pro Lucilio citetur, ut patet ex Lactantio.

2 *Hic omnia ponit.*] Notabis quinque linearum ſpatio vocem *omnia* iteratam plus minus quater.

Lactantius lib. I. *cap.* XXII. Reliquit ergo poſteris Faunus quoque non parum erroris, quem tamen prudentes quique perſpiciunt. Nam Lucilius eorum ſtultitiam, qui ſimulacra Deos putant, deridet his verbis: *Terricolas Lamias* &c. Poëta quidem ſtultos homines infantibus comparavit: at ego multo imprudentiores eſſe dico. Illi enim ſimulacra homines putant eſſe, hi Deos. Illos aetas facit putare, quod non eſt: hos ſtultitia. Illi utique brevi deſinunt falli: horum vanitas durat & ſemper creſcit.

Nonius: *Infans*, à non fando dictus eſt.

II [a] *Tempeſtate ſua, atque eodem uno tempore, & horae*
Dimidio, tribu' confectis duntaxat [b] *eandem*
Et quartam. ——

A. Gellius lib. III. *cap.* XIV. Jam in viceſimo manifeſtius Lucilius *dimidiam horam* dicere ſtudioſe fugit: ſed pro *dimidia*, *dimidium* ponit in hiſce verſibus: *Tempeſtate ſua* &c. nam cum obvium proximumque eſſet dicere; —— *& hora Dimidia tribu' confectis*: vigilate attenteque verbum non probum mutavit. per quod ſatis apparet ne *horam* quidem *dimidiam* recte dici, ſed vel *dimidiatam horam*, vel *dimidiam partem horae*.

III [3] *Pulmentaria ut intybus, aut aliqua id genus herba,*

VARIAE LECTIONES.

a f. *Una tempeſtate & eodem tempore, & horae* b lego, *eadem* ſç. opera.

NOTAE.

3 *Pulmentaria ut intybus.*] Haec vera horum verſuum lectio, qui corruptiſſimi editi ſunt apud Nonium in Miſtyris, *Pulmentaria uten-*

Et jus maenarum bene habet [a] *ſed mictilis,* [b] *hoc eſt*
Merx. ——

Nonius: *Mictilis*, paupercula pulmentaria. *Idem Intybus* generis maſculini.

IV [4] [c] *CalpurnI ſaevam legem Piſoni' rependi,*
Eduxique animam in primoribu' naribus. ——

Nonius: *Priores* & *Primores* hanc habent diverſitatem. *Priores* enim comparativi ſunt gradus; *Primores* ſummae quaeque res.

V *Jam diſrumpetur medius, jam* [5] *ut Marſu' colubras*
[d] *Diſrumpit cantu, venas quum extenderit omneis.*

Nonius: *Colubra* generis faeminini.

VI *Illuvies, ſcabies oculos huic,* [6] [e] *deinque petigo*
Conſcendere. ——

No-

VARIAE LECTIONES.

a ita Scal. b malim, *haec eſt Merx.* c ita Had. Jun. emendat. d f. *Diſrumpet* e Scal. *deque petigo.*

NOTAE.

utentibus, aut aliquod genus herbae, & jus maenarum bene habet ſe myctiris, hoc eſt meri. at in *Intyba* prior verſus tantum legitur ita ut eum exprimendum curavimus. poſteriorem reſtituit Joſephus Scaliger.

4 *Calpurnî ſaevam legem.*] Eſt haec lex, niſi fallor, Calpurnia de ambitu. quam C. Calpurnius Piſo Conſul tulit: in qua, praeter alias poenas, pecuniaria quoque erat adjecta. cui legi ob nimiam ejus ſeveritatem aliquid derogatum poſtea videtur innuere Cicero in oratione pro Cornelio.

5 *Ut Marſu' colubras Diſrumpit cantu.*] Marſi populi Italiae plurimum maleficis carminibus pollebant. Ovidius de medicamine faciei:

Et mediae Marſis finduntur cantibus angues.

Horat. Epod. Od. XVII.

Caputque Marſa diſſilire naenia.

Virgil. VII. AEneid.

—— *neque eum juvere in vulnera cantus*
Somniferi, & Marſis quaeſitae in montibus herbae.

6 *Deinque petigo.*] Veriſſime Joſ-

Nonius: *Illuvies* ſordes. *Idem*: *Petigo* genus morbi.

VII *Nugator quidam; ac nebulo, [a] ſit maximu' multo.*

Nonius: *Nebulones* & *Tenebriones* dicti ſunt, quia mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras objiciant.

VIII *Tum ephebum quendam, quem vocant parectaton.*

Nonius: *Parectati* hi, qui de pueritia veniunt ad pubertatem; à Graeco vocabulum ſumptum.

IX [7] *Purpureo terſit tunc latas gauſape menſas.*

Priſcianus lib. IX. *Terſi* à tergeo.

X [8] *Proras detundete & deſpoliate guberna.*

Marius Victorinus lib. I. *De verſu*: Pari ratione in verſu & Apocope praecepta eſt, id eſt, ſubtra-

VARIAE LECTIONES.

a J. Guill. *ſed maximu' mũto,*

NOTAE.

Joſ. Scaliger: *deque petigo.* quomodo & Fruterium olim emendaſſe monet Carrio in Antiquis. *Depetiginem* antiquorum more dixit, quam alios Impetiginem vocaſſe conſtat. Gloſſarium *Depertigo*, λέπρεω, λειχηνῶ. repone *Depetigo*. At in verſu Lucilii producendo *Petigo* tantum agnoſcit Nonius, non *Depetigo*. in quo ſane errare eum ut in aliis multis non ſemel oſtendit Scaliger. eſt enim tmeſis, quam familiarem Lucilio fuiſſe, jam alibi oſtendimus.

7 *Purpureo terſit.*] Hinc accepit Horatius illud ſuum:

—— *puer alte cinctus, acernam*
Gauſape purpureo menſam perterſit. ——

ac eodem videri poteſt alluſum à Plauto in Menaechmis:

Juventus nomen fecit Peniculo mihi
Ideo quia menſam, quando edo, detergeo.

8 *Proras detundete.*] Nonius & Victorinus verſum hunc citant, verum ab altero verſus integer, ab altero nomen auctoris habetur.

I Lu-

Digitized by Google

tractio ſyllabae ſyllabarumve cujuſlibet orationis metro cogente facta, quae ſive in verbo, ſive in nomine acciderit, pro integra parte orationis accipietur, ut: *Endo ſuam do.* i. in ſua domo. Similiter, *Proras detundete & deſpoliate guberna*, id eſt, gubernacula. *Nonius*: *Guberna* pro gubernacula, Lucilius Sat. lib. xx. *Proras deſpoliate & detundite guberna.*

EX SATYRARUM

LIBRO XXI.

nihil ſupereſt.

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM

LIBRO XXII.

I ——— ——— ——— *Mercede quae*
Conductae flent alieno in funere praeficae,
Multo, & capillos ſcindunt; & clamant magis.

Nonius: *Praeficae* dicebantur apud veteres, quae adhiberi ſolent funeri mercede conductae, ut & flerent, & fortia facta laudarent.

II *Servu' neque infidus domino, neque inutili' quoiquam*

Digitized by Google

[1] *LuceilI Columella heic ſitu' Metrophanes.*

Donatus in Phormion. Act. I. *Sc.* V. *ad illud Terentii: Columen vero familiae.*] *Columen* culmen, an *columen* columna. Unde *Columellae* apud veteres dicti ſervi majoris domus. Lucilius lib. XXII. *Servu' neque infidus domino neque inutili' cuiquam* &c. *Martialis Epigr. lib.* XI. Carmina nulla probas molli quae limite currunt, Sed quae per ſalebras altaque ſaxa cadunt. Et tibi Maeonio quod carmine majus habetur; *LuceilI Columella hic ſitu' Metrophanes.*

III [a] *Zopyrion labias diſcidit utrumque ſecutus.*

Nonius: *Labia* rurſum faeminini generis.

IV *Naſum rectiu' nunc homini eſt*, [b] *ſurae nec pedes dici.*

Nonius: *Naſum*, neutri generis.

VARIAE LECTIONES.

a Ex emendatione Had. Jun. b Had. Jun. *ſurave pedeſve.* atque ita ego, caeterum cum interrogatione.

1 *LuceilI Columella heic ſitu' Metrophanes.*] Haec vera eſt hujus pentametri ſcriptura, quam operae peſſime depravarunt. Quintilianus vero auctor eſt, veteres *Columa* exempta N litera ſcribere conſueviſſe. unde apte *Columen* & *Columella* deduci poſſe videntur.

QUAE

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO XXIII.

*

I *Cupiditas ex homine; Cupido ex ſtulto nunquam tollitur: quod cupiditas pars quaedam ſit temperatior defluens ex cupidine.*
Nonius: *Cupiditas* & *Cupido* diverſa ſunt. Nam *Cupiditas* levior eſt.

II *Jucundasque puer qui lamberat ore placentas.*
Priſcianus lib. x. *Lambo*, *Lambi.*

III [1] *Tongere.*
Gloſſarium Fornerii : *Tongere* εἰδέιν. Ennius in XVIII. Lucilius in XXIII.

IV [2] *Calx.*
Chariſius lib. I. *Calx* maſculino genere dixit.

NOTAE.

1 *Tongere.*] Conſule Sext. Pompejum de hac voce.

2 *Calx.*] Id quod ſemel dixi haud muto. Chariſii nempe codices non vacare mendo, qui ex XLIII. hanc unicam vocem agnoſcit. Vide quae diximus ſupra.

EX SATYRARUM
LIBRO XXIV.

nihil ſupereſt.

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM
LIBRO XXV.

*

I [1] *Quae gallam bibere, ac rugas conducere ventri*
Farre aceroſo, [2] [a] *oleo decumano,* [3] *pane Cumano coegit.*

Feſtus: *Gallam bibere, ac rugas conducere ventri,* cum ait Lucilius, praemonet parſimonia eſſe utendum, neque gulae indulgendum ventremque coarctandum. *Nonius*: *Aceroſum* panem farre minus purgato, nec ſordibus à candido ſeparato dicendum veteres putaverunt.

IV [4] *So-*

VARIAE LECTIONES.

a Turn. *oleo decumano pene coegit.* f. *oleo, & Cumano pane coegit,* al. *oleo decumano, pane coegit Cumano.*

NOTAE.

1 *Quae gallam bibere.*] Galla fructus ſub autumnum adnaſcens arboribus, praecipue robori, ſpecie rotundae nucis, vim habet aſtringendi exſiccandique, & ob id utilis ad multa.

2 *Oleo decumano.*] Ut triticum hodie decumanum, quia miſcellum eſt, vinum etiam decumis collectum deterius eſt: ſic Lucilium oleum decumanum pro deteriori dixiſſe Turnebus putat.

3 *Pane Cumano coegit.*] Trajectis vocibus legendum,

—— *pane coegit*
Cumano. ——

4 *So-*

Digitized by Google

II [4] *Solus jam vim de claſſe probibuit Vulcaniam.*
Nonius: *De*, pro ab.

III *Idcirco omnes evaſuros cenſent aegritudinem.*
Nonius: *Evadere eſt liberari.*

IV [5] *Arabus artemo.*
Chariſius lib. I. Arabis, Maro, Hyrcaniſve Arabiſve parant: ubi Plinius, ES numero plurali finita nominativa Bus recipiunt, idque commentatores jubent. Quid ergo, ſi ſic declinavit, ut Plautus in Bacchidibus, Arabus, & in Poenulo, Myrrhinus odor Arabus. Lucilius XXV. *Arabus artemo.* Denique & C. Caſſius in epiſtola quam de Dolabella ſcripſit, *Arabi mirifico animo erga nos fuerunt*, inquit.

NOTAE.

4 *Solus jam vim.*] Vetus codex libro XXVI. adſignat hunc verſum.

5 *Arabus artemo.*] Antiqua inflectendi ratio. ſic ſupra, *Rhinoceros AEthiopus.*

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO XXVI.

*

I *Homines ipſi hanc ſibi moleſtiam ultro atque aerumnam offerunt, ducunt uxores, producunt quibus haec faciant liberos.*
Nonius: *Offerre* invenire. *Idem*: *Producere* inſtituere.

Digitized by Google

II [1] *At enim dicis clandeſtino tibi quod commiſſum foret, neu mutires quidquam, [2] neu myſteria ecferres foras.*

Nonius: *Clandeſtinò* eſt abſconditè.

III [3] *Ferri tantum, ſi roget me, non dem quantum auri petit; [a] ſi ſe cupit & ſi quoque à me, quae roget, non impetret.*

Nonius: *Rogare poſcere.*

IV [b] *At Libertinus Tricorius Syrus ipſe ad maſtigias*
Quicum verſipellis fio, & quicum commuto omnia.

Nonius: *Verſipellis* dicti ſunt quolibet genere ſe commutantes.

V [c] *Squallitate, ſumma ſcabie, ſumma in aerumna obrutam,*
Neque inimicis invidioſam, neque amico exoptabilem.

Nonius: *Summum* extremum. *Idem*: *Invidioſum*, quod ſit vitabile ad videndum.

VII [d] *Pu-*

VARIAE LECTIONES.

a Frut. *Si ſe rupit, ſic queque à me quod roget.* b Scal. *At libertinus tricoſus Syrus ipſe, ac maſtigia.* c Had. Jun. *Squalitate ſumma, ac ſcabie ſumma, in re ſumma obrutam.*

NOTAE.

1 *At enim dicis.*] Videtur legendum, *dixti*, vel *dixi*.

2 *Non myſteria ecferres foras.*] Pro *efferres* antiquo ſcribendi more. cujus ignoratio mendum Plauto affinxit Bacchidibus: CH. *Vix videtur fieri poſſe.* MN. *perge ac facile hac feceris.* ubi reſcribendum pronuntio, *ac facile ecfeceris*, pro effeceris.

3 *Ferri tantum, ſi roget.*] Eſt carmen Quadratum, quod ſic eleganter Fruterius conſtituit:

Ferri tantum, ſi roget me, non dem quantum auri petit;
Si ſe rupit, ſic quoque à me, quod roget, non impetret.

Rupit pro ruperit, id eſt, uti ex Plauto interpretor, uſque ad ravim popoſcerit clamando. Sic Lucilius libro ab hoc proximo: *Tu Lucilium credis contenturum, quum*

VI [a] *Publicanus vero* [4] *ut Aſiae fiam ſcripturarius pro Lucilio*, [5] *id ego nolo; & uno hoc non muto omnia.*

Nonius: *Scripturarios*, quos nunc Tabellarios dicimus, dici volunt veteres, quod ſcripturis & commentariis omnia vel urbium, vel provinciarum complectuntur. *Idem*: *Mutare* aliud pro alio accipere.

VII *Ut populus Romanus victus vi, & ſuperatus praeliis*
Saepe eſt multis, bello vero nunquam, in quo ſunt omnia.

Nonius: *Bellum* & *Praelium* hoc differunt: quod *Praelia* partes ſunt belli, hoc eſt, in bello congreſſiones.

VIII [b] *Depeculaſſere aliqua ſperans me ac deargentaſſere.*

[6] *De-*

VARIAE LECTIONES.

a Turn. *Publicanus vero Aſiae fiam, ut ſcripturarius* b al. *Depeculaſſere*

NOTAE.

quum me ruperim, ſumma omnia fecerim.

4 *Ut Aſiae fiam ſcripturarius pro Lucilio.*] Non aſſentitur Nonio hoc loco Adr. Turnebus, qui *Scripturarium* cenſet eſſe tabellarium, vel tabularium: cum ſit is, qui commentarium ſcripturae conficiat pecoris in paſcuis publicis paſcentis, ut in capita pecuniam exigat, quae pecunia etiam *Scriptura* dicitur. Videntur autem huc pertinere illa Varronis ex libro ſecundo de Re ruſt. cap. 1. *Nam is magiſter C. Lucilii Hipri, generi tui, cujus nobiles pecuariae in Brutiis habentur.* Item illa Ciceronis lib. II. de Oratore: *Sed ex his omnibus* (C. Julius Caeſar loquitur) *nihil magis ridetur, quam quod praeter exſpectationem, cujus innumerabilia ſunt exempla: vel Appii majoris illius, qui in Senatu, cum ageretur de agris publicis, & de lege Thoria, & premeretur Lucilius ab iis, qui a pecore ejus depaſci agros publicos dicerent. Non eſt, inquit, Lucilii pecus illud, erratis (defendere Lucilium videbatur) ego liberum puto eſſe: qua lubet paſcitur.*

5 *Id ego nolo.*] Forte *volo*.

6 De-

[6] *Decalanticare eburneo ſpeculo depeculaſſere.*

Nonius: *Depeculaſſere*, ac *Deargentaſſere*, & *Decalanticare*.

IX [7] *Aggere in jaciendo* [8] *ſi quo eſt vineis actis opus*
Primum id dant operam, ut quam primum appellant.

Nonius: *Jacit*, facit. *Idem*: *Actum*, admotum. *Idem*: *Appellere*, eſt applicare.

X [9] *Ut ſi eluviem facere per ventrem* [a] *velis* [b] *curare*,
Omnibus diſtento corpore exſpiret [c] *vis.*

Nonius: *Eluviem*, purgationem. *Idem*: *Exſpirare* dictum eſt, vel ab ſpiritu effuſo, vel à ſpiraminibus.

XI *Curet aegrotum, ſumptum homini praebeat,*
[10] *Genium ſuum defrudet, alii* [d] *parcat.*

Nonius: *Genium* parſimoniam.

XII

VARIAE LECTIONES.

a f. *venis* b Frut. *curaret* c f. *virus* Fr. D. viis. d v. c N. Fab. *paret.*

NOTAE.

6 *Decalanticare.*] Ita ſcribendum cenſet Adr. Turnebus, ut ſit calanticam detrahere, quod eſt tegmen capitis muliebre: quod etiam per tranſlationem in aliarum rerum ſpoliatione ponatur.

7 *Aggere in jaciendo.*] Hoc eſt, in jaciendo aggerem.

8 *Si quo eſt vineis actis opus.*] Oppugnatoriam contabulationem ſignificat, vineaeque ſimiliter contabulata, ſub qua tecti milites adverſus miſſilia oppidanorum muros invadebant, ac ſubmoliebantur.

9 *Ut ſi eluviem.*] Jambici ſunt, Ita (niſi fallor) reſcribendi:

Ut ſi eluviem facere per ventrem velis
Curare omnibus diſtento corpore exſpiret viis.

ſenſu apto apertoque. *Eluviem facere* pro eluere & egerere cibi reliquias dixit.

10 *Genium f. d. alii parcat.*] Ita recte legitur. Terent. Phorm.

Quod ille unciatim vix demenſo de ſuo
Suum defrudans genium comparcit miſer.

11 Nunc

XII [a] *Audivi, quem febris una, atque una* [b] *ἀπεψία,*
Vini inquam [c] *hiatus potuit unus tollere.*
Nonius: Tollere, occidere.

XIII [d] *Si miſereantur ſe ipſi, vide ne illorum cauſſa* [e] *ſuperiore loco collocaverit.*
Nonius: Dativus, pro accuſativo.

XIV [11] *Nunc itidem* [f] *populum iſtum ſcriptoribus* [g] *volumus capere animum illorum.*
Nonius: Capere, delectare.

XV [h] *Non te multitudinem tuorum, quam in album inclyta dextra* [i] *conficit ſibi.*
Nonius: Conficere, colligere.

XVI *Quare* [k] *hoc colere eſt ſatius, quam illam ſtudium omne hic conſumere.*
Nonius: Colere, diligere.

XVII *Principio Phyſici omnes* [l] *homines ex anima & corpore conſtare dicunt.*
Nonius: Conſtat compoſitum eſt.

XVIII —— *Rediſſe*
Ac repedaſſe, [12] [m] *ut Roma vitet gladiatoribus.*
No-

VARIAE LECTIONES.

a v. c. *Adivi* al. *At cui?* b v. c. *avia* c Hadr. Jun. *cyathus* d N. Fab. *Si miſereatur* e N. *Se priore loco* f al. *populo* g al. *voluimus* h lego, *Noſti* i *conficis tibi.* k f. *iſthoc*, ut verſus ſit integer. l al. *conſtare hominem ex anima & corpore dicunt.* m Scal. *ut Romam vitat gladiatoribus.* pro, bitat.

NOTAE.

11 *Nunc itidem populum.*] Forte, N. i. *ut populum.*

12 *Ut Roma vitet gladiatoribus.*] Erudite & ingenioſe, ut ſemper, Joſ. Scaliger: *ut Romam vitat gladiatoribus.* & eſt Trochaicus. *vitat*, bitat, eat. *Gladiatoribus*, caſus abſolutus, id eſt, mu-

Nonius: *Repedare* pede iterare.

XIX *Et quod tibi magnopere cordi eſt, mihi vehementer diſplicet.*

Nonius: *Cordi eſt* honeſte dictum animo ſedet.

XX *Summis* [a] *niti naturae opibus; at ego contra ut diſſimilis fiem.*

Nonius: *Niti* fultum eſſe.

XXI *Suſpendatne ſe*, [13] *an gladium incumbat, ne caelum videat.*

Nonius: *Accuſativus* pro dativo.

XXII *Rem cognoſcas ſimul & dictis animum attendas poſtulo.*

Nonius: *Cognoſcere* eſt audire, aeſtimare. *Idem*: *Attendere* eſt intendere.

XXIII *Ut ego* [b] *effutiam, quod ego te inprimis cupere apiſci intellego.*

Nonius: *Apiſci* adipiſci.

XXIV [c] *Contra flagitium neſcire vinci bello, à barbaro viriato Annibale.*

Nonius: *Viriatum* dictum eſt magnarum virium.

XXV *Sin autem hoc vident, bona ſemper petere ſapientem putant.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a J. Guill. *nitere* b al. *effugiam*, Lipſius, *efficiam*, *Ut ego efficiam*; c Had. Jun. *Contra Flagitium neſcis bello vinci à viriato Annibale.*

NOTAE.

munere gladiatorio. ita Cicero ad Attic. *Gladiatoribus Romae eſſe.* Plautus:

13 *An gladium incumbat.*] Sic

Quin

Nonius: *Petere* cupere, appetere.

XXVI. *Veterem hiſtoriam, inductus ſtudio, ſcribis ad amores tuos.*

Nonius: *Induci*, delectari.

XXVII [a] *Ego ſi quis ſum*, [14] *& quo folliculo nunc ſum indutus non queo.*

Nonius: *Folliculum* Lucilius poſuit pro corpore.

XXVII [15] *Tum doloribus confectum corpus animo obſiſtere.*

Nonius: *Confectum* defeſſum.

XXIX *Neque prius, quam venas* [b] *hominis tetigit ac praecordia.*

Nonius: *Tangere* inſpicere.

XXX [c] *Munifici, comesque amicis noſtris videamur viri.*

Nonius: *Munes* apud veteres dicebantur non à largitione, quae ignota erat, ſed conſentientes ad ea, quae amici velint.

XXXI *Quidni & tu idem illiteratum me atque idiotam diceres?*

No-

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *Ego quis ſim, & quo folliculo nunc ſum indutus, non quaero.* b f. *homini* c Had. Jun. *Munifici comesque viri videamur amicis*, al. *Munifici, munesque amicis.*

NOTAE.

Quin gladium faciam culcitam, eumque incumbam.

14 *Et quo folliculo nunc ſum indutus.*] Arnobius adverſus Gentes lib. II. *Nihil enim eſt nobis promiſſum ad hanc vitam, nec in carunculae hujus folliculo conſtitutis, opis aliquid ſponſum eſt auxiliique decretum.*

15 *Tum doloribus confectum.*] Huic

Nonius: *Idiotas à* Graeco tractum ἰδιώτης, inutiles, quaſi ſibi tantum, non plurimis utiles.

XXXII [16] *Rauco concionem ſonitu, & curvis cogant cornibus.*

Nonius: *Cogere* in unum colligere.

XXXIII *Depugnabunt* [a] *pro te ipſi, & morientur, ac ſe ultro efferent.*

Nonius: *Efferre*, ſubdere.

XXXIV [b] *Ego ubi quem ex praecordiis verſu effero.*

Nonius: *Efferre* ſignificat proferre.

XXXV *Non idcirco extollitur*, [c] *vel irae, vel gaudii* [d] *dator.*

Nonius: *Efferre* edere, provehere. *Idem*: *Vegrande* valde grande.

XXXVI *Ita ut quiſque noſtrum* [17] *è bulga eſt matris in lucem editus.*

Nonius: *Bulga* eſt folliculus omnis, quam & crumenam veteres appellarunt, & eſt ſacculus ad brachium pendens.

XXXVII

VARIAE LECTIONES.

a v. c. *proci ipſi* b lego, —*Ergo ubi quem verſum.* c al. *nec vitae vegrandi datur.* d Joſ. Merc. πάθος, aut, *patho.*

NOTAE.

Huic praemittendum fuerat, quod paulo poſt habes: *Animo qui aegrotat, videmus corpore hunc ſignum dare.*

16 *Rauco concionem ſonitu.*] Eruditiſſimus Lipſius putat Lucilium hoc verſu Trochaico reſpexiſſe ad morem Romanum, quo claſſicum in celeberrimis urbis locis canebat, cum civi rei capitalis dies dicta eſſet. adi ipſum, ſi videtur, ad librum II. Annal. Taciti.

17 *A bulga matris.*] Non ſine ſaty-

XXXVII *Tu ſi voles per aureis pectus irrigarier.*
Nonius: Accuſativus pro ablativo.

XXXVIII [18] *Qui ſeu menſes vitam ducunt, orco ſpondent ſeptimum.*
Nonius de differentia temporis per accuſativum & ablativum expreſſi.

XXXIX *Facile deridemur, ſcimus capital eſſe iraſcier.*
Nonius: *Capital* dictum eſt capitis periculum.

XL *Pars difflatur vento, pars autem obrigeſcit frigore.*
Nonius: *Difflare* eſt flatu diſturbare.

XLI *Paucorum atque hoc pacto ſi nihil guſtat inter nundinum.*
Nonius: *Nundinus* maſcul. gen.

XLII [a] *Praeterito tepido glutinator glutino.*
Nonius: *Glutino* pro glutine.

XLIII *Qua-*

VARIAE LECTIONES.

a al. *Praetento*,

NOTAE.

ſatyrico urbanitatis ſale *Bulgam* pro vulva, hoc eſt, matrice poſuit. quemadmodum Varro contra *Vulgam* pro bulga Satyra Sexageſi:

Eo ut viaticum ex arcula adderem in vulgam.

quod fruſtra mutant viri docti, quum à Nonio in voce ea proferatur.

18 *Qui ſex menſes.*] Expreſſit illud Caecilii ex Hymnide apud Ciceronem lib. II. de Finib. *Mihi ſex menſes ſatis ſunt vitae, ſeptimum orco ſpondeo.* & fortaſſean hinc emendandus verſus Pomponii ex Atellana Menia apud A. Gellium Noct. Attic. lib. X. cap. 24. *Dies hic ſextus eſt cum nihil egi; die quarto moriar fame.* —— ubi reſcripſerim lubens, —— *die Septimi moriar fame.* ſed nihil affirmo.

XLIII *Quapropter deliro, & cupide* [19] *officium fungor* [a] *ruderum.*

Nonius: *Delirare* & de recto decedere. *lira* autem eſt foſſa recta. quae contra agros tuendos ducitur, & in quam uligo terrae decurrat.

XLIV [20] *Si quod verbum inuſitatum, aut ζητημάτιον offenderam.*

Nonius: *Offendere* invenire.

XLV *Tuam probatam mihi & ſpectatam maxime adoleſcentiam.*

Nonius: *Probatum* & *ſpectatum* vis majoris eſt.

XLVI *Cum ſtudio in gymnaſio* [21] *duplici corpus ſiccaſſem pila.*

Nonius: *Siccum* exercitum.

XLVII [22] *Malis neceſſe eſt lautum, è menſa pure capturus cibum.*

Nonius: *Lautum*, nudum. *Idem*: *Capere*, accipere.

XLVIII *Nunc*

VARIAE LECTIONES.

a Lipſ. *Iberûm.* ſ. *tuberum.*

NOTAE.

19 *Officium fungor ruderum.*] Recte I. Lipſius *Iberûm* pro *tuberum* ſubſtituit. nam Lucilius in Hiſpaniam cum Praetore profectus.

20 *Si quod verbum.*] Ita legendum, inepte vulgo *verum.*

21 *Duplici corpus ſiccaſſem pila.*] Duplicem pilam interpretor magnam, & quam *Follem pugilatorium* vocat Plautus, quod pugno non palma percuteretur, ſic Turnebus per *duplicem ficum* putat Horatium ſignificare majorem & quae mariſca vocabatur. Vide ipſum Adverſar. lib. XIII. cap. I. *Corpus ſiccaſſem.* Hoc eſt, *digeſſiſſem corpus per ſudorem*, ut Cornelius Celſus, bonus Latinitatis auctor, loquitur.

22 *Malis neceſſe eſt lautum.*] Hunc horum verborum ſenſum contra Nonium facit eruditiſſimus J. Gruterus: neceſſe eſt ut pala-

XLVIII *Nunc ignobilitas his mirum ac monſtrificabile.*
Nonius: *Monſtrificabile.*

XLIX *Quid tibi cavendum cenſes, quid vitandum maxime.*

Nonius: Inter *Cavere*, & *Vitare* Lucilius eſſe diſtantiam voluit, & plus eſſe, *vitare*.

L *Hunc laborem ſumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.*
Nonius: *Sumere* ſuſcipere.

LI *Quod is intelligebat, a poſſe haud paucos rettuli.*
Nonius: *Referre* perferre, indicare.

LII *Quam faſtidioſum ac veſcum cum faſtidio edendi vivere.*
Nonius: *Veſcum* nimis obſcurum. *A. Gellius Noct. Attic. lib.* XVI. *cap.* V. Aliter Lucretius *veſcum ſalem* dicit, ex edendi intentione: aliter Lucilius *Veſcum* appellat *cum edendi faſtidio.*

LIII 23 *Mihi quidem non perſuadetur, b publice ut mutem meos.*
Nonius: *Mutare* derelinquere.

LIV *De-*

VARIAE LECTIONES.

a Fr. D. *noſſe* b f. *pulices*

NOTAE.

palatum & dentes lavet pure cibos ſumpturus. in veteri editione Nonii ita excuſum erat: *Malis necem luctu menſa pure captutus cibum.*

23 *Mihi quidem non perſuadetur.*] Ita noviſſimae editiones, vetuſtiores vero ſic: *Mihi quidem perſuadent publice mutare meos.*

 24 *Lu-*

LIV *Denique adeo male me accipiunt decimae & proveniunt male.*

Nonius: *Proventum* etiam malarum rerum dici veteres voluerunt.

LV [a] *Animoque aegrotat, vidimus corpore hunc ſignum dare.*

Nonius: *Dare* oſtendere.

LVI *Percrepa pugnam Pompili factam Corneli cane.*

Nonius: *Crepare* ſonare.

LVII [24] *Luporum* [b] *exauctorem malvanum & fulguritatem arborum.*

Nonius: *Fulgurivit* fulgorem fecit, & fulmine afflavit.

LVIII [c] *Quodque te in tranquillum* [25] *ex ſaevis transfert tempeſtatibus.*

Nonius: *Saevum* dicitur immite.

LIX *Porro amici eſt bene praecipere, bene praedicare.*

Nonius: *Praecipere* eſt jubere vel monere.

LX *Quan-*

VARIAE LECTIONES.

a J. Guill. *Animo qui aegrotat, videmus corp. h. ſ. d.* b Lipſ. *exactorem Sylvanum & fulguritarum arborum.* c *quodque. te vitae in tr.*

NOTAE.

24 *Luporum exauctorem malvanum.*] Haec vulgo mendoſiſſima. J. Lipſius ita emendabat: *Luporum exactorem Silvanum & fulguritarum arborum.* nam Silvanus rei ruſticae praeſes deus. Cato & Horatius:

Silvane, tutor finium.

Turnebus autem ſic:

Luporum exactorem Martem, Silvanum.

nam Martis nomen etiam Silvano tribuebant. viſe ipſum Adverſar. lib. XXIX. cap. 23.

25 *Ex ſaevis transfert temp.*] Maluerim, *transfert*.

26 *Nec*

LX *Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copiis.*

Nonius: *Combibones* compotores à combibendo dicti.

LXI *Conjugem inſidam*, [a] *ſlacitam familiam*, *impuram domum.*

Nonius: *Impurus* eſt aliquo vitio maculatus.

LXII [26] [b] *Nec minimo &* [c] *prosferatur pax*, *quod Caſſandram ſigno deripuit.*

Nonius: [d] *Prosferari* impetrari.

LXIII *Domuitionis cupidi* [27] *imperium Regis paene imminuimus.*

Nonius: *Domuitionem.*

LXIV *Evadat ſaltem aliquid aliquâ*, *quod conatus ſum.*

Nonius: *Evadere*, exire, tendere.

LXV *Illuc oculi deducunt ipſi*, *atque animum ſpes illuc rapit.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a al. *conſtantiam* b Scal. *Nec mibi Oilei proferatur Ajax*, *quod C. ſ. d.* Fr. Jun. *Nec pax minimo proferatur. Deripuit ſigno Caſſandram.* c v. c. *proferat* d v. c. *Proferari*

NOTAE.

26 *Nec minimo.*] Joſ. Scaliger rectam & indubitatam lectionem ait hanc:

Nec mibi Oilei proferatur Aiax,
quod Caſſandram ſ. d.

Fr. Junius vero ad Manilium longe aliter:

—— *Nec pax minimo proferatur.*
Deripuit ſigno Caſſandram. ——

& *proferare* hic ἐνεργητικῶς dictum addit, pro eo quod eſt facere ut proferatur: ut *ferare* ſimplex feracem reddere.

27 *Imperium Regis.*] Regis Agamemnonis. Haec continuabant hiſtoriam τῶν νόστων cum illis quae pro-

Nonius: *Deductum* delectatione ductum.

LXVI *Veſtimentis frigus atque horrorem exacturum putat.*

Nonius: *Exigere* eſt excludere.

LXVII *Niſi portenta, anguesque volucres ac pinnatos ſcribitis.*

Nonius: *Portenta* oſtenta, quae aliquid immi-nere ſignificant.

LXVIII *Ego enim contemnificus fieri* 28 *& faſtidire Agamemnonis.*

Nonius: *Contemnificum.*

LXIX —— —— *hic cruciatur fame,*
Frigore, 29 *illuvie, inbalnitie,* [a] *improfundia, incuria.*

Nonius: *Illuvies* ſordes.

LXX *Cribrum, incerniculum, lucernam* [b] *in laterem in telam licium.*

Nonius Cribrum.

LXXI

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *imperfundie.* b v. c. *In laternam*

NOTAE.

proximè praecedunt de Aiace Oilei.

28 *Et faſtidire Agamemnonis.*] Veteres *Faſtidire* cum genitivo non raro copulare ſolent. Plautus Aulular.

Abiit, neque me certiorem fecit, faſtidit mei.

Titinnius Leucadia:

Vide, nunc faſtidit mei.

correxerim,

Viden' ut faſtidit mei?

29 *Illuvie, inbalnitie.*] Ita legendum, vulgo *invalnitie. Imbalnities,* ἀλυσία.

30 *Dii*

LXXI [30] *Dii monerint meliora, atque amentiam averruncaſſint tuam.*

Nonius: *Averruncare*, avertere.

NOTAE.

30 *Dii monerint meliora.*] Haec vera lectio. nam Nonius ipſe in *Moneris*, quod pro *monneris* poſitum accipit, priorem hujus fragmenti partem ita ex Pacuvii Chryſe producit. unde ſuſpicio eſt Lucilium ab illo ſumpſiſſe. quippe cum Varro etiam lib. VI. de Ling. Lat. & Feſtus id Pacuvio aſſcribant, ſed titulo operis omiſſo.

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM

LIBRO XXVII.

I [1] *Id bonis porro (ſeu proprium) eſt viris,*
Si irati, ſeu cui propitii ſunt ii, ut
Diutius eadem una maneant in ſententia,
Non cum benignitate ſollicitarier propoſito.

Nonius: *Propitios*, & *Placatos* homines dici vetuſtas voluit.

II *Coquus non curat caudam inſignem* [a] *eſſe, illa dum pinguis ſiet:*
Amici quaerunt animum ſic, [b] *paraſiti autem divitias.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a f. *Squillae, dum.* vel certe *Suilla*, vel, *hilla* b Had. Jun. *rem paraſiti, ac divitias avent.*

NOTAE.

1 *Id bonis porro.*] Haec perturbate leguntur in vulgatis libris ſic: *In bonis, porro eſt viris, ſi irati, ſeu cui propitii ſunt dui, ut diu-*

Nonius: *Inſigne* dicitur magnum & praeſtans.

III *Facit idem quod illi*, [2] *qui inſcriptum è portu exportant clanculum*, *ne portorium dent.*

Nonius: *Portorium* dicitur merces, quae portoribus datur.

IV —— [3] *Salutem fictis verſibus Lucilius*
Quibus poteſt impertit, *totumque hoc ſtudioſe &*
ſedulo.

Nonius: *Fingere* componere. *Idem*: *Impertire* eſt participare, & partem dare. *Idem*: *Sedulo* ſignificat ſine dolo.

V *Tu Lucilium credis contenturum*, *quum me ruperim*, [4] *ſumma omnia fecerim.*

Nonius: *Contenturum*. *Idem*: *Rumpere* defatigare.

VI *Nam hic quidem reditum ſuum talem portendebant neque alia in re ulla offendere.*

Nonius: *Offendere* laedere.

VII —— [5] *Has è feneſtris in caput*
[a] *Dejiciunt*, *qui prope ad oſtium* [b] *adſpiraverunt.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a V. c. *Deiiciam* b f. *adſpiraverant.*

NOTAE.

diutius eadem una maneant in ſententia, *nam cum benignitate ſolicitos propoſito.*

2 *Qui inſcriptum è portu.*] Inſcriptae merces ſunt, quas in portu apud publicanum mercator aut inſtitor non eſt profeſſus, ideoque in ſcriptura publicani non ſunt perſcriptae, in commiſſumque incidunt. vide Turnebum Adverſar. lib. x. cap. 5.

3 *Salutem fictis verſibus.*] Trochaici ſunt. quorum alter verſus ita etiam apud Nonium legitur *Item populum ſalute & fictis verſibus Lucilius.*

4 *Summa omnia fecerim.*] Sic Cicero ad Atticum lib. XV. *Seſe de attributione omnia ſumma feciſſe.*

5 *Has è feneſtris in caput.*] Puto *teſtas* ſubaudiendas, ac proinde

Nonius: *Dejicere* dicitur mittere.

VIII *Nulli me invidere*, 6 *neque ſtrabonem fieri ſaepius deliciis me iſtorum.*

Nonius: *Strabones* ſunt, quos ſtrabos nunc dicimus. Varro Flexab. Multi enim, qui limina intrarunt integris oculis ſtrabones ſunt facti.

IX [a] *Ille contra omnia inter plures ſenſim & pedetentim foris, ne quem laedat.*

Nonius: *Pedetentim* & Pedepreſſim dictum eſt caute, quaſi lenta & tarda itione.

X 7 [b] *Nec ſic, ubi Graeci, ubi nunc* 8 *Socratici charti, quicquid quaeritis petimus.*

Nonius: *Chartum* generis maſcul.

XI

VARIAE LECTIONES.

a f. *Ire* b Lipſ. *Neſcis ubi Graeci, ubi nunc Socratici charti: quid quaeritis? perimus.*

NOTAE.

de interpretandum ex illo Juvenalis Sat. III.

Quod ſpatium tectis ſublimibus, unde cerebrum
Teſta ferit, quoties rimoſa & curta feneſtris
Vaſa cadunt. ——

6 *Neque ſtrabonem fieri.*] Id eſt, invidum, ut docuit Pater ad Horatium. Oculorum enim diſtortio, jure optimo invidis tribuitur, non item avaris; ut vult Turnebus. Id quod clarius liquet ex ſcitula illa & graphica Invidiae deſcriptione apud Ovidium, atque huc alluſum ab Horatio in Epiſtolis cum ſcribit:

Non iſthic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat.

7 *Nec ſic, ubi Graeci.*] Doctiſſimus vir mihique amiciſſimus Paullus Merula ita haec refingebat:

Leſſus ubi Graeci, ubi nunc Socratici charti?
Quidquid queruli petimus. ——

ut intelligat Graecorum ſcripta & libros, quibus indigna cum aliorum, tum praecipue Socratis mors ab Athenienſibus defleta.

8 *Socratici charti.* nam Graecum eſſe Σωκρατικοὶ χάρτ.

XI *Facio ad lenonem venio*, [a] *tribus in libertatem millibus*
[b] *Deſtinet.* ——
Nonius: *Deſtinare*, emere.

XII *Ardum*, *miſerrimum*, *atque* [9] *infaelix lignum ſambucum vocant.*
Nonius: *Ardum* pto aridum.

XIII *Paulo hoc melius*, *quam mediocre*; *hoc minus malum*, [c] *ut quam peſſimum.*
Nonius: *Mediocritas* medium dici voluit.

XIV —— —— *Proferat ergo*
[d] *Jam veſter ordo ſcelera*, *quae in ſe admiſerit.*
Nonius: *Proferre* palam facere.

XV *Potius*, *quam non magnum meſſem eſſe*, *non probam vindemiam.*
Nonius: *Meſſem* generis Maſc.

XVI *Quod ſi pauliſper captare atque obſervare haec volueris.*
Nonius: *Captare* capere.

XVII *Caeterum quicquid ſit*, e *quid non ſit*, *fero aequo animo ac fortiter.*
Nonius: *Ferre*, pati.

XVIII

VARIAE LECTIONES.

a Frut. *ut tribus*, vel, *qui* b al. *Deſtiner.* c Had. Jun. *quam ut poſſ.* d f. *Jam ſcelera in ſeſe veſter quae admiſerit ordo.* f. — *Quod ſi Pauliſper captare atque obſervare voles haec.* e f. *quaſi*

NOTAE.

9 *Infelix lignum ſambucum.*] Plinius: *Canes ſupplicia annua pe-*
pen-

Digitized by Google

XVIII *Quod ſi obſervas hominem, qui pro commodo & regno gaudeat.*

Nonius: *Obſervare* captare.

XIX *Quae pietas? monogrammi quinque adducti pietatem* [a] *vocant.*

Nonius: *Monogrammi* dicti ſunt homines macie pertenues, ac decolores: tractum à pictura, quae prius, quam coloribus corporatur, umbra fingitur,

XX *Quum pacem peto, quum placo, quum adeo, & quum appello meam.*

Nonius: *Aditus* interpellatio.

XXI [10] *Tamen* [b] *aliti verruca, aut cicatrix medius* [c] *papillae differunt.*

Nonius: *Differre* diſtare.

XXII [11] *Mordicus petere aurum è flamma expediat, è caeno cibum.*

Nonius: *Mordicus.*

XXIII

VARIAE LECTIONES.

a v. c. *invocant.* b Scal. *alicis verruca, aut cicatrix medii* c v. c. *papulae.*

NOTAE.

pendiſſe, inter aedem Juventutis & Summani in furcas ſambucea fixas arbore.

10 *Tamen aliti verruca.*] Ingenioſe Joſ. Scaliger: *Tamen alicis verruca, aut cicatrix medii papillae differunt. Alex* ut tunc ſcribebant, & poſtea *Hallex*, eſt pollex pedis. Medius, intelligitur digitus pedis medius. Verruca igitur, aut Callus, qui eſt in hallice aut pollice pedis, item cicatrix, ſive ulcus in medio pedis digito quam moleſta ſint, ſciunt, qui experiuntur. *Papilla*, ὑποκοριστικὸν à *papula* ἐξάνθημα apud Virgilium in Georg. *Differre papulae*, pro differre a papula, ἀρχαϊσμὸς.

11 *Mordicus petere aurum.*] Puto tranſpoſitis paululum vocibus ſe-

XXIII *Ad quod animum induxit ſemel, & ut ille omnino putat.*

Nonius: *Inducere* inſtituere, confirmare.

XXIV *Quum mei me adeunt ſervuli, non dominam ego appellem meam?*

Nonius: *Appellare* eſt familiariter reſpondere.

XXV *Inſanum vocant,* [12] *quem maltam, ac faeminam dici vident.*

Nonius: *Maltas* veteres molles appellari voluerunt, à Graeco quaſi μαλακοὺς.

XXVI. *Nec ſi paulo minus uſuras, & magna adjutatus diu.*

Nonius: *Adjutatur* pro adjutat.

XXVII *Modo ſurſum, modo deorſum,* [13] *tanquam collus cernui.*

Nonius: *Collus* maſcul. generis. *Idem*: *Cernuus* dicitur proprie inclinatus, quaſi quod terram cernat.

XXVIII *Conſilium patriae, legumque oriundu' rogator.*

Nonius: *Rogare* inſtituere.

XXIX

NOTAE.

reſcribendum: *Mordicus petere aurum è coeno expediat, è flamma cibum.* ut referatur ad verbum antiquum, *Cibum è flamma petere*, quo uſi ſunt Terentius & Catullus.

12 *Quem maltam ac faeminam.*] Inde Horatius, *Maltinus tunicis demiſſis ambulat.*

13 *Tanquam collus cernui.*] Non intellexiſſe Nonium hunc locum monuit nos Joſ. Scaliger. *Cernuus*, qui aliter *Cernulus*, eſt κυβιστητὴς, *Cernuator*, & verbum *Cernulare*, eſt *Cernuare*. Horum hominum collum nunc ſurſum nunc deorſum torqueri, qui ignorat, neſcit quid ſit Cernuare, aut κυβιστᾶν. At hominis ſimpliciter Cernui, ϗ προνωπὴς, collum ita νεύειν ὡς ἀνανεύειν, ut credit Nonius, quis credat?

14 Li-

XXIX [a] *Certa ſunt ſine detrimento, quae inter ſe commodent.*
Nonius: *Commodare* eſt mutuare.

XXX *Si facies praeſtat facie, ſi corpore corpus.*
Nonius: *Praeſtare* antecellere.

XXXI *Parcant illi magis* [b] *cui poſſint, cui fidem eſſe exiſtiment.*
Nonius: *parcere* ſervare.

XXXII —— —— *Cum ſciam*
Nihil eſſe in vita proprium mortali datum.
Nonius: *Proprium* perpetuum.

XXXIII *Fuimus pernices, aeternum id nobis ſperantes fore.*
Nonius: *Pernix* ſignificat celer.

XXXIV [14] *Lignum caedat, penſum faciat, aedeis verrat, vapulet.*
Nonius *Caedere* excidere. *Idem*: *Verrere* mundare.

XXXV *Si* [c] *tamen hoc ad te non redivit, hoc carebis commodo.*
Nonius: *Redire* manifeſtam habet ſignificantiam.

XXXVI

VARIAE LECTIONES.

a al. *Caetera* b Frut. *qui* c al. *nondum tamen.*

NOTAE.

14 *Lignum caedat.*] Plautus Mercatore:
Nihil opus nobis ancilla, niſi quae texat, quae molat,
Lignum caedat, penſum faciat, aedes verrat, vapulet.
unde apparet haec verba à Plauto eſſe.

15 Ego

XXXVI [a] *Trado ergo alias minimo porrò, quod mihi conſtat carius.*
Nonius: *Conſtat* valet conſiſtit.

XXXVII *Metuo ut fieri poſſit;* [15] *egoque ab Archilocho excido.*
Nonius: *Excidere* diſſentire.

XXXVIII *Quam non ſolum devorare ſe omnia ac deverrere.*
Nonius: *Verrere* ferire percutere.

XXXIX [b] *Jam qua tempeſtate vivo certo fine ad me recipio.*
Nonius: *Tempeſtas* eſt turbo ventorum.

XL. *Et ſi maxume, quod ſpero, mutuum hoc mecum facis.*
Nonius: *Mutuum* pro mutuo.

XLI *Primum qua virtute ſervitutem excluſerit.*
Nonius: *Excludere* liberare.

XLII

VARIAE LECTIONES.

a Fr. D. *Trado ego alin min.* b f. *In*

NOTAE.

15 *Egoque ab Archilocho excido.*] Alluſit ad verſus Archilochi qui apud Stobaeum in tractatu de Spe:

Χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἀπώμοτον.
Οὐδὲ θαυμάσιον, ἐπειδὴ Ζεὺς πατὴρ ὀλυμπίων
Ἐκ μεσημβρείας ἔθηκε νύκτ' ἀποκρύψας φάος,
Ηλίου λάμποντος λυγρὸν δ' ἦλθ' ἐπ' ἀνθρώπους δέος.
Ἐκ δὲ τοῦ, οὐκ ἄπιστα πάντα κἀπίελπτα γίγνεται
Ἀνδράσι.

Dicit ergo Lucilius ſe vereri quominus fieri neſcio quid poſſit, nec Archilocho poëtae accedere qui nihil non credendum, ac ſperandum affirmet.

16 *Ego*

XLII *Quanti vellet*, [a] *quam canicis* [b] *à pulte & maconis manu.*

Nonius: *Canicas* veteres furfures eſſe voluerunt.

XLIII *At metuis porro* [c] *aſpectu & forma capiare Altera.* ——

Nonius: *Capere* decipere, circumvenire.

XLIV *Re in ſecunda tollere animos, & in mala demittere.*

Nonius: *Demiſſum* humile, miſerandum, abjectum.

XLV *Rerum* [d] *explicatorem mittam, miſerum mendicum petam.*

Nonius: *Petere* ſequi.

XLVI [16] *Ego enim à pueritia, ut me amare expediat.*

Nonius: *Expedire* utile eſſe.

XLVII *Viginti domi, an triginta,* [17] *vel centum* [e] *cibicidas alas.*

Nonius: *Cibicidas.*

XLVII

VARIAE LECTIONES.

a Had. Jun. *quanti* b al. *apud te ut Magenis manu.* c Reſcribo, *aſpectu formae capiare Alterius.* d Scal. *expiſcatorem* e al. *tibicidas*

NOTAE.

16 *Ego enim à pueritia.*] Vetus codex: *Ego enim aut pueritiam, aut me amare expediat dictis.*

17 *Vel centum cibicidas.*] *Cibicidas* poſtulat lex Trochaici, hoc eſt, voraces, qui cibum caedant & abſumant. Gloſſarium: *Civicida*, σιταδφάγος. Legerim, *Cibicida*, σιτοφάγος, vel potius, σαρκοφάγος. ſic Lucilius alibi: — *fragmenta interfici' panis.* *Tibicidas*, quod in veteribus libris legitur, eſt ineptiſſimum, quamvis Turnebus ita magiſtros dictos putet, quod diſcipulorum peccantium tibias ferula ſoleant caedere.

18 *Ide-*

XLVIII [18] *Idola atque atomos vincere Epicuri volam.*
Nonius: *volam* pro velim.

XLIX [19] *Hymnis velim te id, quod verum eſt, credere.*
Nonius: Credere eſt fidem habere dictis vel factis.

L [a] *In re jactanda ipſa ridicula id atque adſederet.*
Nonius: *Jactare* ambitioſius gloriari.

VARIAE LECTIONES.

a v. c. *Jure*

NOTAE.

18 *Idola atque atomos.*] Lucilius, quia ſuo tempore Romani, (ut docet Joſ. Scaliger ad Culicem Virgilii) quomodo εἴδωλον Latinè dicerent non habebant, Graecam vocem uſurpavit. Primus enim Catius Inſuber, auctore Cicerone, Epicuri εἴδωλα *Spectra* vertit.

19 *Hymnis velim te.*] Quid mihi mentis de hoc loco ſit, jam ante indicavi.

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM

LIBRO XXVIII.

*

I *Concedat homini id, quod vult, deliniat,*
Corrumpat prorſus, ac nervos omnes [a] *eligat.*

Nonius: *Concedere* dare vel promittere. *Idem*: *Delinitus* eſt mente alienatus. *Idem*: *Eligere* defatigare.

VARIAE LECTIONES.

a al. *deliget.*

I Pe-

II *Orationem facere compendi* [a] *poteſt ;*
Solvi dum [b] *ſalvo in tergo , & tergi non licet.*
Nonius : *Terga* dorſa.

III [1] [c]*Polemon & amavit mortem , & huic tranſmiſit ſuam ſtolam , quam ducunt.*
Nonius : *Tranſmittere* tradere , derelinquere.

IV *Qua propter certum eſt facere contra & perſequi ,*
Et nomen deferre hominis. ——
Nonius : *Deferre* celatum prodere.

V *Omnia viſcatis manibus leget , omnia ſumet*
Crede mihi d *preſſe auferet omnis.* ——
Nonius : *Legere* ſurripere. *Idem* : *Sumere* eſt accipere , tollere.

VI *Ut ſi progeniem antiquam , qua eſt Maximu' Quinctus ,*
[e] *Qua varicoſu' vatrax.* ——
Nonius : *Vatrax* & *Vatricoſus* pedibus vitioſis.

VII

VARIAE LECTIONES.

a Forte *potes* b Turn. *ſalvo tergo & tergino licet.* c Had. Jun. *Polemonemamavit ; & poſt mortem huic tranſmiſit ſuam ſcholam , quam dicunt.* P. Victor. *Polemon & amavit Cratem* , reliqua ut Jun. d f. *prae ſeſe aget , ac feret omnia.* Auſ. Popm. *preſſe res auferet omnes.* e v. c. *Vacax qua varicoſu' vatrax.*

NOTAE.

1 *Polemon & amavit.*] Non diſplicet Had. Junii emendatio : *Polemonem amavit , & poſt mortem huic tranſmiſit ſuam ſcholam , quam dicunt.* ut ſermo ſit de Xenocrate , à quo adamatum fuiſſe Polemonem , eique ſucceſſiſſe in regenda ſchola teſtatur in hujus vita Laërtius. nihilo minus tamen Petri Victorii lectio proba videtur : *Polemon & amavit Cratem , & huic tranſmiſit ſuam ſcholam quam dicunt.* quod confirmat ex eodem Laërtio ita de Polemone in vita Crateris loquente : καὶ ἀκροατὴς ἅμα καὶ ἐρώμενος Πολέμωνος , ἀλλὰ καὶ διεδέξατο τὴν σχολὴν αὐτοῦ.

VII —— —— —— [2] *Soſpitat,*
[3] [a] *Impertit ſalutem plurimam, & pleniſſimam.*
Nonius: impertit.

VIII *Doctior* [b] *caeteris iſaſamitis mutes aliquo tecum ſacra facta* [c] *vitia.*
Nonius: Mutare transferre.

IX *Socraticum quid ante tyranno miſiſſe Ariſtippum autumant.*
Nonius: Autumare eſt dicere.

X *Concedere unum, atque in eo dicere, quo ſuperatur manus.*
Nonius: Concedere credere vel conſentire.

XI *Vel ſi alio opus ſit forte, ſi hinc aliquo ceſſeris.*
Nonius: Cedere recedere.

XII [d] *Hinc ad me, hinc licet* [4] *anus rurſum ad armillum.*
Nonius: Armillum.

XIII [e] *Minitari aperte capitis dicturum diem.*
Nonius: Dicere denuntiare.

XIV

VARIAE LECTIONES.

a f. *ſalutem impertit.* b v. c. *quam caeteri ſiſamittio* Scal. *caeteris ſymmiſtis.* c Scal. *vitio* d Fr. D. *Hinc à me* e v. c. *Minitare a captis.*

NOTAE.

2 *Soſpitat.*] Feſtus: *Soſpitare eſt bona ſpe afficere aut bonam ſpem non fallere.*

3 *Impertit ſalutem plurimam & p.*] Sic Tibullus lib. III.
Sed primum meritam larga donate ſalute.

4 *Anus rurſum ad armillum.*] Apulejus lib. VI. Metam. *Interea Cupido nimio amore perceſus, & aegra facie matris ſuae repentinam ſobrietatem pertimeſcens, ad armilo redit.* ubi libens reſcripſeſim, *ad armillum redit,* ex hoc Lu-

XIV *Nullo honore, diſpletu', nullo funere.*
Nonius: *Honor* ſepultura.

XV *Quum cognoveris, vitam ſine cura exigas.*
Nonius: *Exigere* ſignificat agere.

XVI *Summittas alios, ſi quos* [b] *poſſis* [c] *cenſeas.*
Nonius: *Summittere* ſubdere, ſupponere.

XVII *Ne hoc faciat, atque ex hac aerumna* [d] *exeatis.*
Nonius: *Exire* evadere, liberari.

XVIII [e] *Quid me fiet, ſiquidem non vis te improbis committere.*
Nonius: *Committere*, conjungere, ſociare.

XIX *Commovet ſe nuſquam, neque committet, ut pereat ſibi.*
Nonius: *Committere* facere.

XX [f] *Hic tum conventus,* [g] *tela, inſidiasque locavi.*
Nonius: *Convenire* interpellare. *Idem*: *Locare* parare.

XXI

VARIAE LECTIONES.

a Had. Jun. *deſletus*, Frut. *diſſletus*, b v. c. *poſſe* c lego, *cenſeo.* d al. *it exeat.* e P. Merula ex v. c. — *quid me fiet? ſiquidem Noli juſta improbe committere* f al. *Haec tum,* g al. *locaſti.*

NOTAE.

Lucilii, & altero Apulei loco lib. IX. *Tamen altius commota atque exaſperata, ad armillum revertit, & ad familiares foeminarum artes accenditur.* & certe *Armillum* omnes Grammatici agnoſcunt. Varro de vita Pop. Rom. lib. I. *Item armillum quod eſt urceoli genus vinarii.* Feſtus: *Armillum vas vinarium in ſacris dictum quod armo, id eſt, humero deportetur.* Gloſſae Iſidori: *Armillum crater, vas vinarium.*

g *Tela inſidiaſque locavi.*] Vetus liber: *tale, inſidiaeque.* legerim: *tela inſidiaeque locari.*

 e Pla

XXI [6] [a] *Piſcium magnam, atque altilium vim interfeciſti, at nego.*

Nonius: *Interficere* conſumere.

XXII [b] *Adde eodem* [7] *triſtis ac ſeverus philoſophus.*

Nonius: *Triſtis* doctus.

XXIII [c] *Caede oſtium,* [8] [d] *gnate urge; reſtant; periimus.*

Nonius: *Caedere* frangere. *Idem*: *Urgere* inſiſtere.

XXIV *Agite, agite fures, mendacia argutamini.*

Nonius: *Argutum* audax, malitioſum.

XXV [e] *Sed fuga fingitur, timido vadit pede percitus.*

Nonius: *Fingere* parare.

XXVI *Quid ſic* [9] *baliſtas jactas centenarias?*

No-

VARIAE LECTIONES.

a f. *magnam ſat piſcium & altilium vim Interfeciſti ut video.* — b v. c. *Adde eodem triſtes ac ſeveros philoſophos.* c ita Had. Jun. ex Ms. C. d Fr. D. *gnavè urge?* e Fr. D. *St. fuga fingitur.*

NOTAE.

6 *Piſcium magnam atque altilium vim.*] Saluſtius in Fragmentis: *Itaque tempeſtate piſcium vis ponto erupit.* ubi parum abeſt quin vocem *magna* deeſſe ſuſpicer, eamque è Lucilio inculcandam hoc exemplo: *Itaque tempeſtate piſcium magna vis ponte erupit.* Similiter Plautus Graecam vocem uſurpavit Pſeudulo:

Olivi dynamin domi habent maximam.

7 *Triſtis ac ſeverus philoſophus.*] Hinc emendandus Afranius Privigno:

Non ego te novi triſtem, ſeverum, ſerium.

ubi vulgo, *triſtem, ſervum, ſerium.*

8 *Gnate urge; reſtant.*] ἀναμφισβήτως lego, *gnavè urge,* pro gnaviter. *reſtant* autem pro reſiſtunt accipiendum monuit jampridem doctiſſimus Paullus Merula. Sic Propertius lib. III.

Dum vincunt Danai, dum reſtat barbarus Hector.

Ovidius II. Faſtor.

Poſtmodo victa cades; melioribus Ardea reſtas.

9 *Baliſtas jactas centenarias.*] Quae

Nonius: *Baliſtae*, ſaxa majora & graviora quibus jaciuntur.

XXVII *Primo redundat aurum, ac theſauri patent.*
Nonius: *Redundare* abundare, ſupereſſe.

XXVIII *Perſuade, & tranſi, vel da, quamobrem tranſeas.*
Nonius: *Da*, dic.

XXIX [a] *Puer praeterea noſtris qui ſubeant jubet.*
Nonius: *Subire* ſignificat ingredi.

XXX *Malo hercle veſtro* [10] *confectores cardinum.*
Nonius: *Conficere* frangere.

XXXI *Lucilius ſi in amore irritarit ſuo.*
Nonius: *Irritare* dictum eſt proprie provocare. tractum à canibus, qui quum provocantur irriunt.

XXXII [11] [b] *Utrum anno, an horno* [12] *te* [c] *abſtuleris à viro.*
Nonius: *Hornum* ipſius anni.

VARIAE LECTIONES.

a al. *Pueri*, Fr. D. *Pueris* b al. *Utrumne anno* c Scal. *abſtineris.*

NOTAE.

Quae ſaxa centum pondo jaciebant, ut vult Turnebus Adverſ. lib. XXIII. cap. 23

10 *Confectores cardinum.*] Fallor, an legendum, *carnium.* Conficere carnes eſt abſumere. ſic Lucilius ſupra,

—— *& carnaria fartim*
Patrum conficeret.

Varro Meleagris: *Funus exſequiale cum leſſo ad ſepulcrum antiquo more ſilicernium confecimus.* Cicero Papirio Paeto: *Plures jam pavones confeci, quam tu pullos columbinos.*

11 *Utrum anno.*] Pro pridem. Plautus Amphit.

Etiam hiſtriones anno cum in proſcenio hic
Jovem invocarunt, venit.

12 *Te abſtuleris à viro.*] Joſ. Scaliger, *abſtineris* pro *abſtinueris*,

XXXIII *Anno vertente dies tetri, miſeri, ac relligioſi.*
Nonius: *Religioſi* dies infames dicuntur & infauſti.

XXXIV *Praeterea haec ſubſiciva ſi quando voles* [a] *operam.*
Nonius: *Subſicivum* ſecundum, ſequens.

XXXV *Vitam, ac fortunas cui crediderim meas.*
Nonius: *Credere* fidei committere.

XXXVI [13] *Cui ſaepe impoſui mille plagarum in diem.*
Nonius: *Genitivus* caſus poſitus pro accuſativo.

XXXVII [14] *Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optume.*
Nonius: *Sarcinator* ſutor.

XXXVIII [15] [b] *Tanti tempori' ſe montes & faedera tollent.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a lego. *operā.* b f. — *tanti Se tempeſtatis montes ad ſidera tollunt.* Vide Not.

NOTAE.

eris, more antiquo.

13 *Cui ſaepe impoſui.*] Sic Petronius: *Itaque ut tutela navis expiaretur placuit quadragenas utriſque plagas imponi.* & Propertius lib. IV.

Imponitque notam collo, merſuque cruentat.

cui conſimile illud Lucilii libro ſequente:

Apollo eſt numen qui te antiquis non ſinet
Deliciis maculam atque ignominiam imponere.

14 *Sarcinatorem eſſe.*] Cato de re ruſtica cap. 2. *Centones cucul-liones familiam oportuiſſe ſibi ſarcire.* unde & confirmari poſſe videatur recte in Plauto legi:

Proin tu alium quaeras, cui centones ſarcias.

pro quo alii *farcias* ſubſtituunt. Eraſmum autem noſtrum in corrupta exemplaria Nonii incidiſſe apparet, qui verſum hunc Lucilii ita producit in Chiliadibus ſuis, *Sarcinatoris eſſe ſummum ſuere centonem optimè.* Hinc male producti verſus mala interpretatio.

15 *Tanti tempori' ſe montes.*] Hanc veram lectionem ſuſpica-

tur

Nonius: *Tollere*, eſt elevare.

XXXIX *Verum tu quid agis? interpella me, ut ſciam.*
Nonius: *Interpellare* dicere, ducere.

XL *Proſpiciendum ergo* [a] *in ſenecta, nunc adoleſcentia eſt.*
Nonius: *Senectam* pro ſenectute.

XLI *In medium Chremes,* [16] *in ſummum ire* [b] *adde menetus.*
Nonius: *Ire* eſt ambulare.

XLII *Aquam te in animo habere intercutem.*
Nonius: *Aqua intercus* hydropum morbus, quaſi aqua inter cutem.

XLIII [c] *Quare pro facie, pro ſtatura ſtatus.*
Nonius: *Statura* gener. faemin.

XLIV

VARIAE LECTIONES.

a Fr. D. *in ſenectam nunc adoleſcentiae eſt* b Lipſ. *Daemenetus.* c lego, *Quaere.*

NOTAE.

tur Joſ. Scaliger. *Tempus* pro *tempeſtate* aliquando veteres dicebant. Rutilius lib. I.

Dumque proceloſi temporis ira cadit.

Faedus eſt *faeditas* Juriſconſulto: *Mulier, quae ſe in tantum faedus dederit.* Faedas & ſpurcas tempeſtates veteres dicebant. Caeterum Parens meus ita haec priſtinae integritati reſtituenda putabat:

—— —— —— tanti
Se tempeſtatis montes ad ſidera tollunt.

ſubſcribente Ovidio in Triſtibus:

Me miſerum, quanti montes volvuntur aquarum,
Jam jam tacturos ſidera ſumma putes.

In veteri vero libro Nonii longe aliter extabat:

Tutius & tenerent mortes & faedera tollent.

unde Paullus Merula emendabat:

Tutius intentent mortes & foedera tollant.

de quo conſule ipſum ad Annales Ennii.

16 *In ſummum ire adde menetus.*] Rectiſſime clariſſimus J. Lip-

XLIV — *Quaeque aſpectu ſunt ſpurca & odore.*
Nonius: *Spurcum* faetidum.

XLV [17] *Fulmentas* [a] *eis atque aeneis ſubcudere.*
Nonius: *Fulmenta* faeminino.

XLVI [b] *Nec par vocat ullo pretio.*
Nonius: *Pretium* dicitur, quod re empta datur.

XLVII *Conjice te intro, ac bono animo es.*
Nonius: *Es* pro eſto.

XLVIII *Nihil parvi ac penſi,* [18] [c] *uti litera doceas lutum.*
Nonius: *Penſum* ſignificat exaequatum, quod ſine inclinatione ſunt, quae penduntur.

XLIX *Hymnis ego animum ſic induco, quod* [d] *tu ab inſano auferas.*
Nonius: *Inducere* perſuadere.

QUAE

VARIAE LECTIONES.

a Caſaubon. *clavis aeneis* b f. — *Nec provocat ullo Me pretio.* Joſ. Merc. *Nec parvo catullio pretio.* vel, *catillo.* c Turn. *utiliter edoceas lutum.* d al. *tuo.*

NOTAE.

Lipſius: *in ſummum ire Daemenetus.* ut dixerit Lucilius: Chremes ille in filio indulgendo medium tenuit. Daemenetus Plauti modum exceſſit. Notum ex Aſinaria quomodo ille ſenex filium tantum non ad luſtra & meretrices deducat.

17 *Fulmentas eis atque aeneis ſubc.*] Ingenioſe Caſaubonus doctiſſimus & inter praecipua ſeculi hujus ornamenta numerandus: *Fulmentas, clavis aeneis ſubc.* quod plane eſt Graecorum ἐγκρούειν, vel, ἐγκόπτειν. & referendum ad morem Romanorum, quo clavis aeneis ſuppingebant calceos ſibi.

18 *Utiliter edoceas lutum.*] Ita Turnebum legiſſe apparet. ut dicamus *Lutum* pro lutulentis hominibus veteres poſuiſſe; quomodo & caenum pro caenoſis & turpiſſimis. Plautus Perſa:

— *eho lutum lenonium,*
Commixtum caeno, ſterquilinium publicum.

I *Hic*

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO XXIX.

*

I —— —— [1] [a] *Hoc quum feceris,*
Cum caeteris reus una tradetur Lupo:
Non aderit: ἀρχαῖς *hominem & ·* στοιχείοις *ſimul*
[b] *Privabit, quum igni & aqua interdixerit, duo*
Στοιχεῖα *habet,* [c] *id maluerit: privabit tamen.*

Probus in Virgilii Eclog. VI. Si ergo caelum pro igni acceperimus ſupereſt in eo quod ait: Spiritus intus alit, aërem dictum praeſumamus. Hic eſt etiam, qui nobis vivendi ſpiritum ac commeatum largitur. Hoc illum & Ennius appellavit in Annalibus: item Lucilius in XXIX. Satyrarum: *Hoc quum feceris &c.*

II [2] *Habeasque animo mihi admodum cauſſam gravem*
Fore,

VARIAE LECTIONES.

a Scal. —*quid haec cum fecerit?* b Scal. *Eum privabit. Igni & aqua interdixerit, Duo habet* στοιχεῖα. c J. Douſa F. *haec maluerit.*

NOTAE.

1 *Hoc quum feceris.*] Verſus diverſos ex hoc libro emendatos & numeris ſuis reſtitutos compoſuit ac combinavit Paullus Merula in Commentar. ad Annal. Ennii, idemque putat Lucilium totam Fabii Cunctatoris hiſtoriam adjectis etiam utrimque orationibus deſcripſiſſe, quibus confirmandis fragmenta multa ad eam rem detorquet, quae quia nimis longum forethuc tranſcribere, in ejus Commentario ad lib. VIII. Annal. Ennii reperies.

2 *Habeaſque animo.*] Egregie his verſibus praemitti poſſit ille, qui

Fore, quae me ab ullo commodo abducat tuo.
Nonius: *Gravo*, neceſſarium.

III *Qui mihi quantum eſt inter humanum genus*
Rerum, quod inter ſe conjungat, communicat,
Nonius: *Conjungere*, copulare, dictum eſt à jugo.

IV [a] *Apoll' ſi nomen, qui te antiquis non ſinet*
[b] *Deliciis maculam atque ignominiam imponere.*
Nonius: *Ignominia* eſt nominis nota.

V *Dejerat enim ſcripſiſſe & poſt non ſcripturum redi in conſortionem.*
Nonius: *Conſortio* faeminin.

VI [3] [c] *Si Socrates in amore, & in adoleſcentulis meliore paulo facie ſignat, nihilque amaret.*
Nonius: *Signare* eſt deſignare, oſtendere.

VII *Et amabat omnes, nam diſcrimen non facit, neque ſignat linea alba.*
Nonius: *Diſcrimen* ſeparatio, à diſcernendo.
Idem: *Signare* diſcernere., ſeparare.

VIII

VARIAE LECTIONES.

a Frut. *At pol eſt numen.* b Had. Jun. *Deliacis* c al. *Si Socratis amoreſ.* Lipſ. *Si Socratis amores in adoleſcentulis meliore paulo facie ſ. nihil quod amaret.*

NOTAE.

qui paulo poſt ſequitur:
Favitorem me tibi, amicum, amatorem putes.

3 *Si Socrates in amore.*] Noviſſimus Ariſtaeneti editor haec cum ſequenti loco jungenda atque ad hunc modum legenda cenſet: *Et amabat omnes: nam ut diſcrimen non facit, neque ſignat linea alba, ſic Socrates in amore, & in adoleſcentulis meliore paullo facie ſignat, nihil quod amaret.*

Eſt

VIII —— *Tu quid irae indulges nimis?*
Manus à muliere abſtinere melius eſt.
Nonius: *Iudulgere*, augere.

IX 4 [a] *Prius non tollas, quam Tulli animum ex nomi-*
ne, atque hominem ipſum interfeceris
Nonius: *Interficere*, occidere.

X *Amicos hodie cum improbo illo audivimus*
Lucilio advocaſſe. ——
Nonius: *Advocaſſe*, provocaſſe.

XI *Praeterea ut noſtris* [b] *animos attendere dictis*,
[c] *Atque adbibere velis.* ——
Nonius: *Attendere*, eſt intendere.

XII *Hic corpus ſolidum invenies, hic ſtare papillas*
Pectore marmoreo. ——
Nonius: *Stare*, erigi, prominere.

XIII

VARIAE LECTIONES.

a Lipſ. — *prius non tollas, quam Tullium Ex nomine atque omine ipſum interfeceris.* b al. *animum* c f. *Vtque aures adhibere v.*

NOTAE.

Eſt enim ex Platonis Charmide, in quo Socrates air ſe erga formoſos adoleſcentes perinde eſſe, ut λευκὴ ϛαθμὴ ἐν τῷ λευκῷ λίθῳ, propterea quod non diſcerneret inter formoſos, ſed omnes ex aequo amaret.

4 *Prius non tollas.*] Docte & acute clariſſimus Lipſius:

—— *Prius non tollas quam Tullium*
Ex nomine atque omine ipſum interfeceris.

Putatque verſus Trimetros factos in perſona Tulliae, quae Tarquinium maritum ſtimulaverit ad necem Servii Tullij: quem illa ex nomine atque omine interfici vult; quia *Tullius* à *tollendo*. Caeterum aliquanto ſequius in libro veteri exſtabat, ad hanc faciem: *Prius non tollás, quem tuli animum ex nomine, At hominem ipſum interfeceris.*

5 *Ve-*

Digitized by Google

XIII *Sic inquam veteratorem* [a] *illum*, [5] *vetulum lupum*
Annibalem acceptum. ——
Nonius: *Accipere*, decipere.

XIV *At non ſunt ſimiles, neque dant: quid ſi dare vellent?*
Acciperesne? doce. ——
Nonius: *Docere*, dicere.

XV *Cum manicis,* [b] *catulo, collarique, ut fugitivum*
Deportem. ——
Nonius: *Collare*, eſt vinculi genus, quo collum aſtringitur.

XVI [c] *Quiete poſcente minus, & praebent rectius multo,*
Et ſine flagitio. ——
Nonius: *Flagitium*, periculum.

XVII *Si retinere hunc voles, ſi longius te producturum,*
& diutius.
Nonius: *Producere*, dicitur longius ducere.

XVIII *Cohibet & domi moeſtus ſe Albinus; repudium quod filiae remiſit.*
Nonius: *Moeſtum*, triſte, miſerandum. *Idem*: *Remiſſum*, miſſum.

XIX

VARIAE LECTIONES.

a f. *vetulumque lupum illum.* b f. *catulum, collareque, uti fugitivus* c f. — *quiete Poſcent te minus, & praebebunt rectiu' multo.*

NOTAE.

5 *Vetulum Lupum.*] Adr. Turnebus vetulum pro homine veteratore, & rapaci poſitum autumat: ſed videndum an non potius de P. Rutilio Lupo jam ſaepius à Lucilio famoſo carmine proſciſſo accipi debeat.

6 *Ven-*

XIX —— [6] [a] *ventrem alienum*
Moeſtum fovere ex molito hordeo, uti [b] *cataplaſmo.*
Nonius: *Moeſtum*, enectum fame. *Idem*: *Fovere* eſt nutrire, provehere.

XX *Certum ſcio eſſe ita, ut dicis. nam mihi erant de illo explorata omnia.*
Nonius: *Explorare*, probare.

XXI *AEtatem tibi iſtuc laturam, & bellum, ſi hoc bellum putat.*
Nonius: *Bellum*, elegans, melius, prudens.

XXII *Primum ex advorſo, ſi quod eſt caenaculum,*
Quo recipiat te. ——
Nonius: *Recipere*, revocare.

XXIII —— —— —— [c] *gymnaſioque,*
Ut ſchema antiquo ſpectatores [d] *retineres.*
Nonius: *Schema*, neutro genere.

XXIV —— —— —— *Ubi erat ſcopus*
Ejicere iſtum abs te, quam primum & perdere amorem.
Nonius: *Ejectum*, excluſum.

XXV

VARIAE LECTIONES.

a J. Guill. *ventrem à lienum aeſtu fovere* b al. *cataplaſma.* c f. *in gymnaſioque Schemate ut antiquo* d al. *retinerem.*

NOTAE.

6 *Ventrem alienum M. fovere.*] Fovere ventrem pro alimentis & cibis replere (ut vult idem doctiſſimus Turnebus) à fomentis medicorum atque adeo cataplaſmis, tranſlatione eruditiſſime ducta, non ſine Satyrico ſale. vilitatem tamen polentae elevans, luſorie, quaſi polenta non tam cibus ſit, quam cataplaſma quoddam.

7 *Hic*

XXV [7] *Hic me ubi videt, ſubblanditur, palpatur, caput ſcabit, pedes legit.*

Nonius: *Palpatur*, pro palpat. *Feſtus*: *Pedes* dicuntur, quos diminutive dicimus pediculos.

XXVI *Quid mihi proderit, quem ſatias jam omnium rerum tenet.*

Nonius: *Satias*, pro ſatietas.

XXVII *Nunc tu contra venis, vel qui in nuptiis, vel* [a] *ſe ſeneces, nec ſine pernicie.*

Nonius: *Pernicies*, periculum, exitium.

XXVIII *Perge amabo, ac, ſi potes, face dignam me ut vobis putem.*

Nonius: *Putare*, aeſtimare.

XXIX *Hoc* [b] *inveniſſet unum* [8] *ad morbum homini illum vel belliſſimum.*

Nonius: *Vel*, pro etiam.

XXX

VARIAE LECTIONES.

a al. *ſeſe neges te* b f. *eveniſſet*

NOTAE.

7 *Hic me ubi videt.*] Ita haec in duo fragmenta perperam diviſa partim ex Nonio, partim ex Feſto in integrum reſtituimus, ac combinavimus. nam apud illum ſic leguntur: *Hic me ubi videt, ſubblanditur, palpatur, caput ſcabit.* apud hunc vero haec tantum; *ubi me videt, caput ſcabit, pedes legit.* Ita alterum alterius ope ſupplevimus.

8 *Ad morbum homini illum vel belliſſimum.*] Putem Lucilium ſcripſiſſe: *ad morbum h. ilium vel belliſſimum.* Ilius vel Ileus graviſſimus periculoſiſſimuſque tenuioris inteſtini morbus.

6 Haec

XXX 9 [a] *Haec eſt ratio: perverſa aera:* [b] *ſumma & ſubducta improbe.*

Nonius: *AEra*, numeri nota.

XXXI 10 *Eodem uno hi modo rationes ſubducent ſuas.*

Nonius: *Subducere*, ſupputare.

XXXII *Age nunc ſummam ſumptus* 11 [c] *ducatque aeris ſimul atque alieni.*

Nonius: *Ducere*, volvere, pertrectare.

XXXIII 12 [d] *Tyroneo & non mortifero adfectus vomica, & vulnere.*

Nonius: *Vomica*, concava loca, vetuſtate exeſa.

XXXIV

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *Haec eſt ratio perverſa, aera ſummae ſubducta improbe.* b Caſaub. *ſumma ſubducta eſt improbe.* c J. Gruter. *ducat ſui aeris ſimul atque alieni.* d lego, *Chyroneo.*

NOTAE.

9 *Haec eſt ratio.*] Indubitata lectio Joſ. Scaligeri, quam ita in arduo opere illo De emendatione temporum conſtituit: *Haec eſt ratio perverſa; aera ſummae ſubducta improbe.* ubi addit, veteres illos, qui pure locuti ſunt, partes aſſis & cujus libet integri numerarii aera vocaſſe. quales ſint ſextulae, unciae, ſilici, & caeterae minimae partes aſſis, quas minutias vacant, ex quibus ſcilicet ſumma conficitur. unde aera ſummae dicunt, quaſi μέρη τȣ̃ ὅλȣ.

10 *Eodem uno hi modo.*] Liber vetus: *Eodem uno hic modo rationes ſubducet ſuas.*

11 *Ducatque aeris ſimul atque alieni.*] Erudite atque ingenioſe doctiſſimus Janus Gruterus: *ducat ſui aeris ſimul atque alieni.* quod praeter loca ſimilia ab illo in Suſpicionibus prolata etiam hoc Ulpiani illuſtrabat Frater olim meus, in l. 213. ff. de verb. ſign. *AES alienum eſt quod nos alii debemus, aes ſuum eſt quod nobis alii debent.* quo etiam illud pertinere idem putabat, quod bonorum nomine ea tantum veniunt, quae deducto aere alieno ſuperſunt.

12 *Tyroneo & non mortifero.*] Haud abſurde Pater, *Chironeo*, ut Chironium vulnus pro medicabili & non lethali dixerit Lucilius, contra quam obſervatum jam à doctis. niſi quis potius ita reſcribendum aſſerat: *Chironio, nec non mortifero.*

13 Dic

XXXIV *Magno, & non magna mercede, magno* [a] *quidem conduxeris.*

Nonius: *Conducere*, eſt ſicuti uſu.

XXXV [b] *In mellis ſpem eſſe omnem, quovis* [c] *poſſem emungi volo.*

Nonius: *Emungi*, manifeſta ſignificatione manat.

XXXVI *Non rediret ad ſe, atque illam exterminaret miſeram.*

Nonius: *Exterminatum* eſt extra terminos miſſum.

XXXVII [d] *Nato quid actum eſt? depilati omnes ſumus.*

Nonius: *Depilati*, dictum rarefacti.

XXXVIII [13] *Dividant, differant, diſſipent, diſtrabant.*

Nonius: *Diſtrahere* eſt vendere.

XXXIX [14] [e] *Colligere auxilium, tametſi eſt indignum ut feram.*

Nonius: *Ferre*, adferre.

XL

VARIAE LECTIONES.

a al. *quod* b Frut. *In me illis ſpem* c Frut. *poſſe me emungi bolo.* d Palmer, *Narro, quod actum eſt, depilati* e Bongars. *Colligite* Paſſer. *Collegat auxilium tamen etſi indignum feramus.* malim, *indignu' feramus.*

NOTAE.

13 *Dividant, differant.*] Sic Ennius in v. *Diſperge hoſtes, diſtrahe, diduc, divide, differ.*

14 *Colligere auxilium.*] Clariſſimus doctiſſimuſque vir, Joannes Paſſeratius, princeps legendum

XL [15] *Favitorem me tibi, amicum, amatorem putes.*
Nonius: *Faviterem*, fautorem.

XLI *Ut nunc hac re mihi opem atque auxilium offeras.*
Nonius: *Offerre*, adferre.

XLII *Vos interea* [a] *lumen auferte, atque aulaea obducite.*
Nonius: *Obducere*, aperire.

XLIII *Quod te intromiſi, gratiam* [b] *referat mihi.*
Nonius: *Referre*, reddere.

XLIV [16] *Tum illud epiphoni, quod* [c] *etiam tum nobile eſt.*
Nonius: *Nobilis* dicitur & notus.

XLV *Crus lapide, nihil eſt, credam ſi te offenderit.*
Nonius: *Offendere*, eſt percutere.

XLVI

VARIAE LECTIONES.

a f. *Auferte lumen.* ut fiat Trimeter. al. *lumen adferte*; b lego; *referas.* c f. *etiamnum*

NOTAE.

dum monuit: *Collegae auxilium, tamen etſi indignum feramus.* docuitque verba Fabii Dictatoris eſſe, auxilium ferentis Minutio ſibi adaequato imperio. Caeterum *indignus* ibidem de ſententia Parentis mei potius reſtituendum, quam *indignum*, quod ex vulgatis retinet Paſſeratius, ipſa carminis ratio clamat. quod idem Paullo Merulae in mentem veniſſe poſtea comperi.

15 *Favitorem me tibi.*] Gloſſae Iſidori: *Favitor fautor.* Plautus Amphit.

Sat habet favitorum ſemper, qui recte facit.

& non multo poſt:

Si cui favitores delegatos viderint, ut ab his in cauſa pignus capiantur togae.

Hinc ride lector, ſi placet, craſſum errorem Chariſii, quamvis principis notae Grammatici: *Fautor antiqui dixerunt, at Favitor nec auctoritate nec ratione dicitur.*

16 *Tum illud epiphoni.*] Epiphoni. Imperativus ἐπιφώνει. Sententiam aut proverbium aliquod

Dd me-

Digitized by Google

XLVI *Nemo hos [a] ancipites ferro effringat cardines.*
Nonius: *Anceps*, duplex.

XLVII *Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines.*
Nonius: *Anceps*, acutum ex utraque parte.

XLVIII *Hiemem unamquamque carpam.*
Nonius: *Carpere*, celeriter praeterire.

XLIX *Pluteos excutit*, [17] *tectaque & teſtudines reddit.*
Nonius: *Reddere*, facere.

L *Adde alios omnes meo periclo ex ordine.*
Nonius: *Periculum*, eſt ſalutis diſcrimen.

LI [18] [b] *Pauliſper cui me dem, edet haec ſe, ut polypus ipſa.*
Nonius: *Polypus*, generis faeminini.

LII *Surge mulier, ducito filum non malum.*
Nonius: *Filum*, oris lineamentum.

LIII *Cum ipſi in locum [c] deſcendant, cum alios detrahant.*
Nonius: *Detrahere*, extrahere.

LIV

VARIAE LECTIONES.

a f. *ancipite ferro.* b Scal. *Pauliſper comedens edet haec ſe, ut polypus, ipſa.* c al. *eſcendant.*

NOTAE.

memorabile jubet ſuccinere.

17 *Tectaque & teſtudines reddit.*] ἓν διὰ δυοῖν. pro tectos teſtudines.

18 *Pauliſper cui me dem.*] Joſ. Scaliger ita putat diſtingui poſſe adverſus Nonii ſententiam: *Pauliſper comedens edet haec ſe, ut poly-*

LIV *Huc, alio quum iter haberet, praeteriens venit.*
Nonius: *Habere*, dirigere.

LV *Quid? quas partiret ipſe pro doctrina boni?*
Nonius: *Partiret*, pro partiretur.

LVI *Ut ſi quod concupiſſet, non* [a] *aptus.*
Nonius: *Aptus*, ſignificat adeptus.

LVII *Nec ventorum flamina flando ſuda ſecundent.*
Nonius: *Sudum* dicitur, quaſi ſemiudum, ut eſt aër poſt pluvias ſerenus, & liquidus.

LVIII *Unde domum vix redeat,* [b] *vixque hoc exuat ſe.*
Nonius: *Exui*, liberari.

LIX *Urget gravedo ſaepius culpa tua.*
Nonius: *Urgere* eſt premere, cogere.

LX *Deletionem noſtri ad unum exercitus.*
Nonius: *Deletio.*

LXI *Detruſus tota, vi dejectusque Italia.*
Nonius: *Dejicere*, praecipitare.

LXII *Hoc tum ille habebat, & fere omnem Apuliam.*
Nonius: *Habere*, tenere, occupare.

VARIAE LECTIONES.

a f. *aptus foret*, ut fiat Trimeter. b f. *vixque exuat hoc ſe.*

NOTAE.

polypus, ipſa. hoc eſt. Haec comedens ſe paulisper edet ſe ipſa, ut polypus. Sic Alcaeus apud Athenaeum:

ἔδωδ' ἐμαυτὸν, ὡς πωλύπυς.

LXIII *Utrum* [a] *triſtis contorto aliquo ex Pacuviano exordio.*

Nonius: *Exordium* eſt initium.

LXIV [b] *Deum rixa vertat verba obſcaena.*

Nonius: *Obſcaenum*, vitabile.

LXV *Habes omnem rem. timeo ne accuſer.*

Nonius: *Habere*, audire.

LXVI [c] *Inſulta miſerum te quoque in me.*

Nonius: *Inſultare*, injurioſius aliquid dicere.

LXVII [19] *Primum* [d] *Chryſi cum negat ſignatam reddere.*

Nonius: *Signatam*, integram virginem vetuſtas voluit dicere.

LXVIII [e] *Supplantare ajunt, Graeci ὑποσκελίζειν dicunt.*

Nonius: *Supplantare* dictum eſt, quaſi pedem ſupponere.

LXIX [20] *Diſſociat* [f] *atque omnia, ac nefantia.*

Nonius: *Nefantia*, pro nefanda.

LXX

VARIAE LECTIONES.

a lego, *triſti* b lego, *Dein in rixam* c N. Fab. ex Mſ. c. *Inſultat miſerum te quoque Muti.* d Had. Jun. *Chryſae cum.* Scal. *Chryſi cum* f. *Chyſidem* e f. *S. ajunt noſtri, Graeci* ὑποσκελίζειν *Dicunt.* —— f Frut. *aeque* Scal. *aequa.*

NOTAE.

19 *Primum Chryſi cum negat.*] Homerus Iliad. primo.

20 *Diſſociat atque omnia.*] Totum hoc à Lucilio ſumſit Varro σκιαμαχίᾳ περὶ τύφου. *Ego*, inquit, *eam ſuppetias, quae tunc mihi nec res nec ratio eſt diſſociat atque omnia nefantia.*

1 La-

LXX *Quis tu homo es? Nemo ſum homo.*

Chariſius lib. I. *Nemo* in homine proprium eſt, quia ſignificat, ne homo. antiqui & pro nullo poſuerunt; ideoque *nemo* dicentes quaſi minus ſignificarent, & *homo* addebant, ut Terent. *Nunquis hic me ſequitur? Nemo homo eſt.* & Lucilius XXIX. *nemo eſt.* ideo dixit, *Quis tu homo es? nemo ſum homo.*

QUAE SUPERSUNT EX SATYRARUM LIBRO XXX.

*

I *Illo quid fiat* [1] *Lamia, & Pytho oxyodontes,*
[a] *Quod veniunt* [b] *genuae illae, vetulae, improbae, ineptae.*

Nonius: Genuae guloſi.

II —— —— —— [2] *Leonem*
AEgrotum ac laſſum. ——

Nonius: *Laſſum* dicitur fatigatum.

III

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *Quo veniunt illae gumiae, vetulae* b P. Merul. *gluviae.*

NOTAE.

1 *Lamia & Pytho oxyodontes.*] Oxyodontas vocavit, ut docet Joſ. Scaliger ad Varronem, propterea, quod magnos dentes & voracitatem attribuebant nocturnis iſtis terriculamentis. quo nomine factum ut Lamiam puerorum infantium deglutricem fingerent.

2 *Leonem AEgrotum ac laſſum.*] Expreſſit Lucilius Apologon Leonis cubantis in morbo & omnia animalia ſola vulpe excepta ad ſe allicientis. ac eo quidem hoc

III [a] *Deducta tunc voce leo: Cur tu ipſa venire*
Non vis huc?

Nonius: *Deductum*, diminutum, ſuppreſſum.

IV [3] *Quid ſibi vult? quare fit? ut intro verſus, & ad te*
Spectent, atque ferant veſtigia [b] *ſe omnia prorſus.*

Nonius: *Spectare*, dirigere. *Idem*: *Ferre*, dirigere, ducere.

V *Scito etenim bene longinquum mortalibu' morbum*
In vino eſſe, ubi qui invitavit dapſilius ſe.

Nonius: *Invitare* ſignificat repleri.

VI *Cui vultu ac facie, ludo, ac ſermonibu' noſtris*
Virginis hoc pretium, atque hunc reddamus honorem.

Nonius: *Pretium* pro praemio. *Idem*: *Honor*, praemium.

VII *Tune jugo jungas me ante? & ſuccedere aratro*
Invitum, & glebas ſubigas proſcindere ferro?

Nonius: *Subigere*, cogere.

VIII

VARIAE LECTIONES.

a Palm. *Deductâ ad hunc voce leo.* b al. &

NOTAE.

hoc una cum duobus proxime ſequentibus fragmentis pertinere manifeſtum, quod Horatius in Poëta noſtro ut multa alia aemulatus eſt, qui eandem fabulam ad populi tumultum & Reipubl. transtulit libro I. Epiſtola I.

3 *Quid ſibi vult*] Verba vulpeculae ſimulationem ac inſidias Leonis ſentientis. Sic Horatius:

Olim quod vulpes aegroto cauta leoni
Reſpondit, referam: quia me veſtigia terrent
Omnia te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum,

ubi

Digitized by Google

VIII *Contiuuo, ſimul ac paullo vehementius aura*
Inflarit, fluctus erexerit; extuleritque.

Nonius: *Efferre*, erigere, levare.

IX [4] [a] *Omnia tumendo mucro videas fervente micare.*

Nonius: *Micare*, per vices ſine ordine movere,

X — [5] [b] *An ego te acrem atque animoſam;*
[6] *Theſſalam ut indomitam fraenis ſubigam ante domemque*
Bellando —

Nonius: *Anima* iterum ſignificat iracundum, vel furioſum: unde & animoſi dicuntur iracundi. *Idem*: *Subigere*, molliri vel exercere.

XI [7] [c] *Aut quum iter eſt aliquo, & cauſſam* [d] *commentavi,*
Ut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam.

No-

VARIAE LECTIONES.

a Bongarſ. *Omnia tum endo mari videas fervente micarè.* Turn. *Omnia tum endo mucho.* b Turn. — *an equam te acrem*, Had. Jun. *Antae ergo Trinariam atq. animoſam Theſſaliam indomitam frenis ſubigantque domentq.* è Ms. codicis fide. c f. *at* d Lipſ. *Commenta viäi*, Palm. *commenta viavit Aut.*

NOTAE.

ubi etiam Porphyrion haec Luciliana eſſe obſervat.

4 *Omnia tum endo mucho.*] Ita libri veteres, & agnoſcit Turnebus, qui μυχὸν pro penetrali uſurpaſſe Lucilium autumat, niſi quis putet unum verbum Graecum eſſe ἐνδομύχῳ.

5 *An ego te acrem atque animoſam.*] In Nonio, ubi locum hunc producit, pro *Anima, iterum* unica voce *Animatum* reſcribendum exiſtimo, idque ex exemplis ab eodem allatis poſtea.

6 *Theſſalam ut indomitam.*] Equam Theſſalam eleganti traductione amicam vocat ferocem, acrem & ſuperbam & prope indomitam, ut notat Had. Turnebus Adverſar. lib. XXVII. cap. 9. erant autem Theſſali equi in pretio. oraculum vetus:

Ἵππον Θεσσαλικὴν, Λακεδαιμονίαν τε γυναῖκα.

7 *Aut quum iter eſt aliquo.*] Juven. Sat: VI.

Ad

Nonius: *Apud*, ad.

XII *Improbior multo, quam de quo diximus ante:*
Quanto blandior, hoc tanto vehementiu' mordet.
Nonius: *Improbum*, ſaevum.

XIII [8] [a] *Qui non exſpectans ſpectandi ſtudio, ſed hominis tetri impulſu ingreſſus.*
Nonius: *Tetrum* dicitur illuvioſum, faetidum.

XIV [9] *Sperans aetate* [b] *eandem haec proferre poteſſet*
Manſum ex ore daturum. ——
Nonius: *Manſum*, mandendum aut manſatum.

XV —— —— —— [c] *Sic ubi ab aureis*
Fama [d] *tuam* [10] *pugnam* [e] *claram allatam dicaſſet.*
Nonius: *Dicare*, indicare, nuntiare.

XVI

VARIAE LECTIONES.

a J. Guill. *Qui non ſpectandi ſtudio, ſed omini' tetri Impulſu ingreſſus* — f. *tetri ſed hemonis*, reliqua ut Guill. b f. *ſi eadem haec proferre potiſſet.* c f. *Sicubi* d lego, *tuas p. c. illatamque d.* e Lipſ. *clarans alata dicaſſet*, Giſan. *clarans adlata d.*

NOTAE.

Ad moechum veniet leta ente quando videri
Vult formoſa domi? moechis foliata parantur.

plura exempla huc pertinentia vide apud Parentem meum in Praecidaneis pro Tibullo cap. 18.

8 *Qui non exſpectans.*] Et haec de vulpe virili genere Poëtam more ſui ſaeculi loquutum putat Janus Guillelmius.

9 *Sperans aetate.*] Veram lectionem Joſ. Scaliger exiſtimat,

Sperans eadem haec aetatem profore poſſe.

aetatem adverbium, ut *Jamdudum aetatem.* nos conjiciebamus:

Sperans aetatem ſi eadem haec perferre potiſſet.

10 *Pugnam claram allatam.*] Docte Juſtus Lipſius, *pugnam clarans alata dicaſſet.* Clarare, ut,

Clarabit pugilem —— ——

apud Horatium. Alata fama à celeritate, ut *Alata verba.*

11 Gre-

XVI —— —— —— —— *Curare domi ſint*
[11] *Gerdius, ancillae, pueri, zonariu', textor.*
Nonius: Gerdius.

XVII *Cui ubi* [a] *deciminutia meae epiteginae appepeli*
longe opera ante alia omnia.
Nonius: *Longe*, etiam valde.

XVIII *Quin totum* [b] *purges, debelles me atque deaures, exſultes, ſollicites.*
Nonius: *Exſultare* eſt geſtu, vel dictu injuriam facere.

XIX [12] [c] *Maximu' ſi argenti ſexcentum, ac mille reliquit*
Imberbi androgyni, barbato maechocinaedo.
Nonius: *Sexcentûm* pro ſexcentorum. *Idem*: *Imberbi* pro imberbo.

XX *Quid vero eſt, centum ac ducentûm poſſideas ſi Millium?* ——
Nonius: *Ducentûm* pro ducentorum.

XXI *Omnia alia, in quibus efferimur rebus, ne ego multis* [d] *loquar.*
Nonius: *Efferre*, extollere.

XXII

VARIAE LECTIONES.

a al. *dedi minutiae meae ἐπίτδυγμα, appendi.* b al. *perurgeas.* c Ex emendatione Scal. d J. Guill. *Eloquar* — quod alterius Hexametri principium facit.

NOTAE.

11 *Gerdius, ancillae.*] Gloſſarium: Γέρδιος ὑφάντης *textor.* Idem: Γερδία, *textrix*,

12 *Maximu' ſi argenti.*] Ita haec peſſime interpolata ac divulſa reſtituit Joſ. Scaliger.

XXII —— *quid quaerimus* [a] *acre*
Inductum [b] *cantu, cuſtoditum.* ——
Nonius: *Induci* eſt aliquibus fallaciis decipi.

XXIII [c] *Hic ut muſcipula contenta, ut ſcorpiu' cauda*
Sublata ——
Nonius: *Tenta* dictum pro extenſa.

XXIV [13] [d] *Quantasque modo aerumnas, quantosque*
labores
Exanclaris. ——
Nonius: *Exanclare* etiam ſignificat perpeti.

XXV —— *Ut pecudem te aſinumque, ut denique naſci*
Praeſtiterit. ——
Nonius: *Praeſtat*, utile eſt.

XXVI *Hic in ſtercore humi,* [14] [e] *fabuliſque, fimo, at-*
que ſucerdis.
Nonius: *Sucerdae.*

XXVII *Deblaterat* [f] *plenus, bonu' ruſticu' concinit una.*
Nonius: *Deblaterare* eſt obloqui, confingere.

XXVIII

VARIAE LECTIONES.

a Had. Jun. *hac re*, f. *arte*. b *cautum cuſtodem*. ex Plauto. c Turn. *Hic ut muſcipulae tentae atque ut ſcorpiu' c. ſ.* d f. *Quantas quotque modo*. e Scal. *Fabuloque, fimo, atque ſucerda*, f. *fabulique fimo atque ſucerdu*. f Frut. *planus*, Had. Jun. *blennus*

NOTAE.

13 *Quantaſque modo aerumnas.*] Pater, *Quantas, quotque modo ae.* non abnuente libro veteri, in quo, *Quantas; quoque modo.*

14 *Fabuloque fimo.*] Per Fabulum nihil aliud quam acus fabale intelligi docet Joſ. Scaliger ad Varron. de re ruſtica. Nam acus fabale in ſterquilinium ingeri ſolitum, ut ſimul cum aliarum rerum congeſtitia colluvie putreſceret.

15 No-

Digitized by Google

XXVIII *Quantum haurire animus Muſarum è fontibu' geſtit.*

Nonius: *Haurire*, exhaurire, implere. *Idem*: *Geſtire*, cupere.

XXIX *Et ſola ex multis nunc* [15] *noſtra Poëmata ferri*:
Nonius: *Ferre*, laudare.

XXX [16] *Nunc Cai quoniam incilans nos laedi' viciſſim.*
Nonius: *Incilare* eſt increpare vel improbare.

XXXI *Et ſua perciperet* [17] *retro* [a] *rellicta jacere.*
Nonius: *Jacet*, ſordet, nec laetus eſt.

XXXII *Quum me hoc tempore nugator cognoſcere non vis.*
Nonius: *Nugator*, turbator.

XXXIII *Summatim tamen experiar reſcribere paucis.*
Nonius: *Experiri*, tentare.

XXXIV

VARIAE LECTIONES.

a lego, *rejecta*.

OTAE.

15 *Noſtra Poëmata ferri.*] Propertius:

Hoc verum eſt tota te ferri Cinthia Roma.

16 *Nunc Cai quoniam incilans.*] Non abs re ſuſpicor Cajum Caelium Judicem hoc verſu peti. quem eum injuriarum abſolviſſe, qui Lucilium in Scaena nominatim laeſerat, indicat auctor Rhetoricae ad Herennium. ac fortean eundem ſugillat verſu illo, qui ſtatim ſequitur:

Ut ſemel in Caeli pugnos te invadere vidi.

17 *Retro rellicta jacere.*] Haud aliene Pater: *retro rejecta jacere.* quamquam non defuturi ſunt ex muſteis Criticis noſtris, qui *relecta* potius ſcribendum contendant. ut *religere* pro relicere, quemadmodum *eligere* pro elicere dixerint veteres quibus ad eum poſterioris vocis uſum ſuppedito auctoritatem Juvenalis, ut quidem in vetuſtiſſimae notae ſcripto libro exaratum comperimus, Sat. V.

—— *&*

Digitized by Google

XXXIV *Idque tuis ſaevis* [a] *factis*, [18] *& triſtibu' dictis.*

Nonius: *Saevum*, durum. *Idem*, *Triſte*, crudele, immite.

XXXV [b] *Neminis ingenio quenquam confidere oportet.*

Priſcianus lib. VI. *Nemo* quoque ſive ex hoc compoſitum, ut quibuſdam videtur, ſeu non, communis eſt generis, & ſimiliter *o* in *i* convertit in genitivo, ut *Nemo neminis*. *Nonius*: *Neminis* poſitum pro nullius.

XXXVI *Si liceat facere*, [c] *atque hoc verſibu' reddere, quod do.*

Nonius: *Da*, dic.

XXXVII [d] *Sicuti te, qui ea, quae ſpeciem vitae putamus eſſe.*

Nonius: *Speciem* ſpecimen vel exemplar.

XXXVIII [19] [e] *Secus cum è medio ac ludo bene potu' receſſit.*

Nonius: *Potus* à bibendo.

XXXIX

VARIAE LECTIONES.

a J. Guill. *dictis, ac triſtibu' factu.* b Non. *Neminis ingenium tantum confidere oportet.* c v. c. *& jam hoc* d lego, *Sicuti te quem aequae ſpeciem vitae eſſe putamus.* e lego, *Serus cum è medio luſtro, ac bene potu' r.*

NOTAE.

—— *& electis mendicat ſylva Camaenis.*

nam *ejectis* in omnibus excuſum eſt.

18 *Et triſtibu' dictis.*] Nihil mutandum. id eſt, ſeveris & iracundis dictis. Sic Ovidius:

Triſtibus invectus verbis. ——

& Tibullus:

Si quando fuerit triſtior illa tibi.

19 *Secus cum è medio.*] Feſtive P. Scriverius:

Setiu' comoedo è ludo, ac bene potu' receſſit.

20 *Cal-*

XXXIX [20] *Calvu' Palatina, vir nobilis, ac bonu' bello.*
Nonius: *Bonus* & fortis & pius dici poteſt.

XL *Et ſaevo, ac duro in bello multo optimus* [a] *hoſtis.*
Nonius: *Saevum* dicitur immite. *Idem*: *Durus*, nocens.

XLI [b] *Quod tuas laudes* [c] *culpas, non proficis hilum.*
Nonius: *Hilum*, breve quoddam.

XLII *Sed tamen hoc dicas*, [21] [d] *quid eſt, ſi nenu moleſtum eſt?*
Nonius: *Nenu* pro non.

XLIII *Lanae opus omne perit*, [22] [e] *pallor, tineae omnia caedunt.*
Nonius: *Caedere*, conſumere. *Idem*: *Pallorem*, vetuſtatem, negligentiam.

XLIV [23] *Planta una eſt pedibus carioſis* [f] *menſulibano.*
Nonius: *Caries* eſt vetuſtas.

XLV

VARIAE LECTIONES.

a al. *haſtis.* b f. *Quodque tuas*, P. Mer. *Quod tuvas* c al. *culpes.* d Scal. *quid hoc eſt*, f. *quidnam eſt*, e al. *ſquallor*, f Turn. *menſula vino*, Had. Jun. *mens elephanti*, vel, *menſu elephanti.* vide Notas.

NOTAE.

20 *Calvu' Palatinâ.*] Ita princeps emendavit ingenioſiſſimus Fruterius. vulgata lectio multo depravatiſſima: *Calvu' Palatino quidam vir nobilis bonus bello.* nota formula eſt. *Palatina* ſubintellige tribu. ſic Cicero, *Verres Romilia.*

21 *Quid eſt, ſi nenu moleſtum eſt.*] Vetus editio, *ſi noenon quidem moleſtum eſt.*

22 *Pallor, tineae omnia caedunt.*] pallorem pro ſquallore vel carie poſitum obſervat Joſ. Scaliger. & *caedere* aptum verbum ei rei, nam Graece κόπτειν.

23 *Planta una eſt pedibus.*] Legebat Joſ. Scaliger:

Plauta una eſt pedibus carioſis menſa Liboni.

Plauta, lata. aliquanto aliter Janus

XLV *Non datur, admittit nemo;* [24] *nec vivere ducunt.*
Nonius: *Ducere*, exiſtimare, judicare.

XLVI [25] *Cuja opera* [a] *Troginu' calix per caſtra cluebat.*
Nonius: *Cuja* pro cujus. *Idem*: *Cluet*, nominatur.

XLVII *Gratia habetur utriſque* [b] *illis quae ſibi quae ſimitu.*
Nonius: *Simitu* pro ſimul.

XLVIII *Culcitulae accedunt* [c] *privae centonibu' binis.*
Nonius: *Primum* eſt proprium uniuscujuſque.

XLIX *Quid tu iſtuc curas, ubi ego oblinar, atque voluter?*
Nonius: *Volutari* dicitur volvi.

L

VARIAE LECTIONES.

a Had. Jun. *Terginocalix* Scal. *terginu calix* b Had. Jun. *illisque tibique* c J. Guill. *binae centonibu' privis.*

NOTAE.

nus Palmerius Had. Junii veſtigiis inſiſtens:

Planta una eſt, pedibus carioſis, menſu elephanti.

nam de uxorum incommodis & mendis faeminarum dubio procul Lucilium egiſſe. inter eas eſſe quaſdem plantas, pedibus morboſis, enormi corpore. quamvis eidem non incommode etiam legi poſſe videatur, *menſa Libano.* id eſt, cedrina è monte Libano.

24 *Nec vivere ducunt.*] Apparet Nonium in dictione *Ducere*, ubi hunc verſum adducit, etiam illum Lucilii ex libro XXVI. citaſſe: *Qui ſex menſes vitam ducunt, orco ſpondent ſeptimum*, nam poſterior ejus pars male cum hoc verſu coaluerat.

25 *Cuja opera Troginu' calix.*] Quis ſit Troginus calix, cujus hoc verſu mentio eſt, diſputat Adr. Turnebus Adverſar. lib. XXIX. cap. 21. an qui ex Trogete arbore ſculptus erat? ſive verius de Trogi certi hominis nomine ſic appellatus fuerit: niſi quis a Trocinis Gallis putet vocari, quos qui accuratiores & diligentiores ſunt, Trocinos vocant. Haec Turnebus. Had. Junius mutabat in *Terginocalix*, à tergendis & exſiccandis calicibus. Facete; & veriſimile eſt milites ejuſmodi nugatoria cognomenta invicem

ſibi

L [26] *Quid ſervas, quo eam, quid agam? quid id attinet ad te?*
Nonius: *Servare*, ſollicite & ſuſpicioſe obſervare.

LI *Quid dare, quid ſumpti facere, ac praebere* [a] *potiſſet.*
Nonius: *Sumpti* pro ſumptus.

LII *Si laqueis, manicis, pedicis mens irretita eſt.*
Nonius: *Manicae*, quibus manus vinciuntur.

LIII *Gaudes, cum de me iſta* [b] *foris ſermonibu' differs.*
Nonius: *Differre*, diffamare, divulgare.

LIV *Et maledicendo multis ſermonibu' differs.*
Nonius: *Differre*, dividere, vel ſcindere.

LV *Haec dum me inſimulas, nonne ante in corde volutas?*
Nonius: *Volutare*, cogitatione perquirere.

LVI *Ipſo cum domino calce omnes excutiamus.*
Nonius: *Excutere*, excludere, dejicere.

LVII

VARIAE LECTIONES.

a f. *potiſſit.* b P. Merul. *feris.*

NOTAE.

ſibi indiſſe, ut & hodie in caſtris moris eſt. Sed tamen non dubito, quin Joſ. Scaliger verius emendaverit *terginu' calix* id eſt ſcorteus, quales adhuc in Germania. ut laudet frugalitatem imperatoris qui in caſtris tergino calice pro argenteo uteretur.

26 *Quid ſervas, quo eam.*] Hic pulcre cum ſuperiore verſu cohaerere poſſe videtur. Et puto verba eſſe mariti indignantis

ad

Digitized by Google

LVII *Ut ſemel*[a] *in caeli pugnas te invadere vidi.*
Nonius: *Invadere* eſt appetenter incipere.

LVIII [b]*Virtutis haec tuae artis monumenta locantur.*
Nonius: *Locare*, conſtituere.

LIX *His te verſibus interea*[27] *contentu' teneto.*
Nonius: *Contentus* dicitur, cui res etiam parva abunde eſt.

LX. *Producunt me ad te*, [c] *tibi me haec oſtendere cogunt.*
Nonius: *Producere*, foras ducere.

LXI *Quanti nos faciant*[d] *ſocii quum parcere poſſunt.*
Nonius: *Parcere* eſt veniam dare.

LXII *Et virtute tua, & claris conducere chartis.*
Nonius: *Conducere*, convertere.

LXIII *Quod ſua committunt mortali clauſtra Camaenae.*
Nonius: *Committere*, credere.

LXIV *Hoc etiam accipe quod*[e] *dico: nam pertinet ad rem.*
Nonius: *Accipere*, audire.

LXV

VARIAE LECTIONES.

a lego, *in Caeli pugnes* b Had. Jun. *Virtutiſque tuae, atque* c f. *tibique haec* d lego, *ſociis* e Fr. D. *dicam*.

NOTAE.

ad conjugem, eſt autem locus non abſimilis apud Plautum Menaechmis:

Nam quoties ire volo, me retines, revocas,
Rogitas quo eam, quam rem agam, quid negotii geram,
Quid petam, quid feram, quid foris egerim?

27 *Contentu' teneto.*] Pro conten-

LXVI [a] *Publica lege ut mereas, praeſto eſt tibi Quaeſtor.*

Nonius: *Meret* pro meretur.

LXVII *Accipiunt leges,* [b] *populus quibus legibus exlex.*

Nonius: *Exlex* eſt qui ſine lege vivit.

LXVIII *Aut* [c] *operatu' aliquo in celebri cum aequalibu' fano.*

Nonius: *Operari* eſt Deos religioſe, & cum ſumma venereratione ſacrificiis litare, vel convivari.

LXIX *Quem ſcis ſcire tuas omnes maculasque, notasque.*

Nonius: *Macula*, turpitudo.

LXX [28] *Haec veſtimentis maculoſis tum aſpicit ipſe.*

Nonius: *Maculoſum*, ſordidum, immundum.

LXXI *Quem ſumptum facis in luſtris, circum oppida luſtrans.*

Nonius: *Luſtrari*, dicimus & ſcortari, à luſtris.

LXXII *Juratam ſe uni, cui ſit* [29] *data* [d] *deque dicata.*

Nonius: *Dicare*, tradere.

LXXIII

VARIAE LECTIONES.

a f. *Publicâ uti lege as* Frut. *Publiciâ lege ut.* b lego, *populus Quis legibus exlex?* c J. Guill. *operata.* d ita leg.

NOTAE.

tentum. nominativo uſus eſt pro accuſativo.

28 *Haec veſtimentis.*] Liber antiquus: *Haec maculoſis cum veſtibus aſpicit ipſe.*

29 *Data, deque dicata.*] Haec vera & indubitata ſcriptura pro dedicata, per tmeſin, inepte vulgo, *data adaeque dicata.*

LXXIII [a] *Praeſeruit*, [30] [b] *labra delicit*, *delinit odore.*
Nonius: *Delinitus*, delectatus.

LXXIV *Senſu nutricatum ſane caput obruit ipſe.*
Nonius: *Nutricatur* pro nutricat.

LXXV *Euplocamo* [c] *digitis*, *diſcerniculumque capillo.*
Nonius: *Diſcerniculum*, acus quae capillos mulierum ante frontem dividit, dictum à diſcernendo.

LXXVI *Et circum volitant ficedulae*, *turdi*, [d] *curatus coci.*
Nonius: *Curatum* cum delectu apparatum.

LXXVII *Sed quid ego haec animo trepidanti dicta profundo?*
Nonius: *Trepidare*, metuere.

LXXVIII *Nolito*, *tibi me maledicere poſſe*, *putare.*
Nonius: *Nolito*, pro noli.

LXXIX [e] *Triſtem*, *&* *corruptum ſcabie*, *&* *porrigini plenum.*
Nonius: *Porrigo*, morbi genus.

LXXX

VARIAE LECTIONES.

a Had. Jun. *Praeſternit labra deliciis*, b Turn. *labra delingit*, lego, *labra delicat*, *hinc delenit amore.* c Scal. *digitos*, f. *digitus* d lego, *curatu.* e al. *Triſte* Fr. D. *Tetrum ac.*

NOTAE.

30 *Labra delicit delinit odore.*] Emendandum auguratur Pater, *labra delicat*, *hinc delenit amore.* cujus rationem ſatis fuſe ac prolixe explicat in Praecidaneis pro Tibullo cap. 17. quae adeat, cui vacat.

31 *Po-*

Digitized by Google

LXXX *Quae quondam* [31] [a] *populi oris aures, pectora rumpit.*

Nonius: *Rumpere*, defatigare.

LXXXI *Nemo* [b] *iſtum ventrem pertundet, delicet uti, atque videbis.*

Nonius: *Delica* eſt aperi & explana.

LXXXII *Hoc miſſum* [c] *facies, illo me utere libente.*

Nonius: *Mittere*, omittere.

LXXXIII *Sublatus pudor omni', licentia, faenu' rei fertur.*

Nonius: *Sublatum*, dicimus remotum.

LXXXIV [d] *Et illud quoque mite malum, blandum atque doloſum.*

Nonius: *Mitis*, tranquillus & lenis.

LXXXV *Contra haec invitaſſe*, [e] *aut inſtigaſſe videntur.*

Nonius: *Invitare*, apertam habet ſignificantiam.

LXXXVI *Omnes formoſi*, [32] [f] *fortes, tibi ergo improbus eſto.*

No-

VARIAE LECTIONES.

a Lego. *popularibus aures, pectora rupit.* b al. *iſtum in* c al. *facias* d lego, *Eſt.* e lego, *haud.* f Had. Jun. *fortes tibi; ego improbus: eſto.* lego, *fortes: ergo improbus es tu.*

NOTAE.

31 *Populi oris, aures.*] Alii, *populi oreas.* quod rectum putat Janus Guilelmius, & *oreas* frenos ſignificare ac labia. Lucilium vero de re ita pervagata loqui, ut vulgo nihil aut loquerentur aliud aut audirent aut cogitarent.

32 *Fortes, tibi ergo improbus eſto.*]

Nonius: *Fortis*, etiam dives. *Idem*: *Improbum*, turpe.

LXXXVII *Vir mare metitur magnum, & ſe fluctibu' tradit.*

Nonius: *Metiri* eſt tranſmeare.

LXXXVIII *Quis totum ſcis corpus jam peroleſſe biſulcis.*

Priſcianus lib. IX. *Peroleſſe* pro peroleviſſe.

LXXXIX [a] *Et Mutonis manum perſcribere poſſe tagacem.*

Feſtus: *Tagax*, furunculus à tangendo dictus. cujus vocabuli Lucilius meminit: *Et mutoni' manu* &c. *Nonius*: *Tangere* eſt circumvenire. [b]

XC *Nonnunquam dabit ipſa aetas, quod poſſit habendo.*

Servius lib. II. *Georg. ad illud Virgilii*: *Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo*] [b] id quod habetur. ut Lucilius in XXX. *Nonnunquam dabit*, &c. *Jun. Philargyrius.*

XCI [c] *Inde canino ritu* [d] *oculiſque involem.*

Nonius: *Involare* eſt irruere, inſilire, aut à volatu, aut à vola, id eſt media manu dictum.

XCII

VARIAE LECTIONES.

a Non. *Et Muſceni' manu perſcribere poſſet Atacem* Ful. Urſin. *Et mutoni' manu perſcabere poſſe tagacem.* b al. *ut habeatur.* c Gifan. *Ende canino rictu.* d Lipſ. *ocul' eſque* pro oculos.

NOTAE.

eſſe.] Legit ac diſtinguit Pater, *fortes: ergo improbus es tu.* id eſt, inſtrenuus, malus, ignavuſque, quippe deformis, ac de Gorgonii Pythonis proſapia.

33. Im-

XCII *Multis* [a] *inductis ſermonibu' concelebrarunt.*
Nonius: *Concelebrare*, [b] diu amare, dictum à celebritate.

XCIII [33] *Inſperatò abiit*, [34] *quem unâ angina abſtulit horâ.*
Nonius: *Angina*, genus morbi, eo quod angat.

XCIV *Unus conſternit nobis vetu' reſtibus aptus.*
Nonius: *Aptum*, rurſus connexum & colligatum ſignificat.

XCV *Neu quis te ignoret famulis ſubducere.*
Nonius: *Subducere* eſt ſurripere.

XCVI [c] *Quodque adeo fuerint*, [d] *qui temnere ſuperbum.*
Nonius: *Temnere*, contemnere.

XCVII [35] [e] *Praeſtringatque oculorum aciem ſplendore micanti.*
Nonius: *Praeſtringere* dictum eſt valde ſtringere, & claudere.

XCVIII

VARIAE LECTIONES.

a al. *indu locis* Lipſ. *endo locis* Gifan. *inde loci.* b Lipſ. *difamare*, vel, *divulgare* c Scal. *Quotq. adeo fuerint, qui te temnêre ſuperbum.* d f. *qui te tempſere ſuperbi.* e Lamb. *Praeſtinguatque.*

NOTAE.

33 *Inſperato abiit*] Pro *obiit* ἀρχαϊκῶς. Abire idem valere quod *obire* ex Feſto & aliis notum.

34 *Quem una angina abſtulit hora.*] Luculentum hujuſce rei exemplum exſtat apud Senecam Epiſtola CI.

35 *Praeſtringatque oculorum aciem.*] In veteribus libris Nonii eſt: *Praeſtringant oculorum aciem in acie hoſtibus ſplendore micanti.* quae voces videri poſſunt ex Plauti exemplo ſimili irrepſiſſe, quod ex ejus Milite produxerat prius: *Praeſtringat oculorum aciem in acie hoſtibus.*

XCVIII —— *Ruis*[a] *haec, & colligis omnia furtim.*
Nonius: *Ruere*, irruere ſine cautela. *Idem*: *Colligere*, auferre.

XCIX —— *Quandoque pudor ex pectore ceſſit.*
Nonius: *Cedere* ſignificat ſecundum conſuetudinem abire ſuperatum, & locum victori dare.

C —— *Neque barbam immiſeris iſtam.*
Nonius: *Immittere*, dimittere ad prolixitatem.

CI —— —— [b] *Conficit ipſe, comeſtque.*
Nonius: *Comeſt* pro comedit.

36 EPODIS HYMNIS.

*

Sine eugio[c] *ac deſtina.*
Nonius: *Eugium* media pars inter naturalia muliebria.

[d] SERRANO.

*

Caeli nomine &[e] *ſalis fretus.*
Nonius: *Fretus* maſculini generis.

NUM-

VARIAE LECTIONES.

a v. c. *bus.* b lego. *ſe conficit ipſe, comeſtque.* c Had. Jun. *Acdeſtin.* de qua Pauſanias in Achaicis & Arnob. lib. 5. d MS. C. *Erance cili.* Had. Jun. *An Siculi nomine ſalis fretus.* e f. *ſalſi fretus.*

NOTAE.

36 EPODIS HYMNIS.] Quantumvis horum omnium rationem jam ſuperius reddidimus, eaque non eſſe noſtri Lucilii abunde comprobavimus; noluimus tamen omittere quin & hic poneremus, ne quis iis omiſſis aut temeritatem noſtram accuſaret, aut diligentiam deſideraret.

1 San-

NUMMULARIA COMOEDIA.

*

Neſcio quorſum mihi [a] *eveniunt tua verba tam delenifica.*

Fulgentius de Priſco ſermone: *Delenificus*, blandiloquus. [b] Lucilius Comicus Nummularia; *Neſcio quorſum mihi* &c.

*

Porphyrion in Artem Poeticam Horatii: *Pythias perſona Comica in Comoedia Lucilii*: *quae inducitur per aſtutias accipere argentum à Simone domino ſuo in dotem ſuae filiae.*

VARIAE LECTIONES.

a al. *eveniant.* b v. c. *Lucretius.*

RELIQUIARUM RELIQUIAE,

ſuperioribus addendae.

*

I —— —— —— —— [1] [a] *Sanctu' Serapis*,
Iſis, *&* *Harpocrates*, *digito qui ſignificat* ST.

Varro de Ling. Lat. lib. IV. Principes Dei, Caelum & Terra: hi dii iidem qui in AEgypto *Serapis & Iſis & ST Harpocrates digito ſignificat.*

II [2] *At*

VARIAE LECTIONES.

a ex emendatione Scaligeri.

NOTAE.

1 *Sanctu' Serapis.*] Ita haec emendanda, ac conſtituenda monet Joſ. Scaliger ad Varronem, cenſetque Lucilii eſſe, neque longe abfuiſſe ab iis, quae adducit ex eodem Lactantius de ſuperſtitioſo cultu Deorum.

II [2] *At magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis Miſcuit.* —

Jul. Rufinianus de ſchemate dian. Exuthenismos. figura haec fit, cum rem aliquam extenuamus & contemptam facimus. ut apud Lucilium: *At magnum fecit*, &c.

III [3] *Cretatumque bovem duci ad Capitolia magna.*

Commentarius in Juvenal. lib. IV. *Sat.* X. ad illa:
Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum
Cretatumque bovem.

IV [a] *Vidimus vinctum thomicae cabina.*

Feſtus: *Thomices* Graeco nomine appellantur canabi [b] impoſiti & ſparto leviter tortae reſtes, ex quibus funes fiunt.

V *A. Gellius Noct. Attic. lib.* VII. *cap.* III. Recte, inquit, (Tiro Tullius M. Ciceronis libertus) hoc vitio dat Lucilius Poëta Euripidi, quod quum Polyphontes Rex propterea ſe interfeciſſe fratrem diceret, quod ipſe ante conſilium de nece ejus cepiſſet, AEropę fratris uxor hiſce eum verſibus eluſerit:

Εἰ γάρ σε ἔμελλεν, ὡς σὺ φῄς, κτείνειν πόσις,
Χρῆν καί σε μέλλειν, ὡς χρόνος παρῆλθεν.

At

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *Indimus ei tomices canabinas.* b Fr. D. *impoliti.*

NOTAE.

2 *At magnum fecit quod verbis Graeca Latinis Miſcuit.*] Verſ. eſt Hor. loquentis de Lucil.

3 *Cretatumque bovem.*] Credo hunc verſum Lucretio pro Lucilio perperam ob nominis vicinitatem transcriptum. neque enim eum in Lucretio, quamvis diligentiſſime pervolutato legendo potui comperire.

Digitized by Google

At hoc enim, inquit, plane ſtultitiae plenum eſt, eo conſilio atque ea fini facere nolle aliquid, uti numquam id facias, quod velis.

VI *Decuis, ſive decuſſis eſt.*

Varro de Ling. Lat. lib. VIII. Et illud putant eſſe cauſſae cur non ſit analogia, quod Lucilius ſcribit, *Decuis ſive decuſſu eſt.* qui errant: quod Lucilius non debuit dubitare, quod utrumque: nam in aere uſque ab aſſe ad centuſſis numerus aes adſignificat, & ejus numero finiti caſus omnes à dupondio ſunt.

VII *Servius* ad illa *Virgilii lib.* IX. *AEn.*

Emathiona Liger, Chorineum ſternit Aſylas;
Hic jaculo bonus, hic longe fallente ſagitta:
Ortygium Caeneus, victorem Caenea Turnus,
Turnus Itin] Ut ait Lucilius, *bonum ſchema eſt, quoties ſenſus variatur iteratione verborum.*

Digitized by Google

CENTONES ALIQUOT LUCILIANI,

Ex disjunctiſſimis Poëtae illius fragmentis noviter concinnati

A JANO DOUSA NORDOVICE.

*

MULTIS *inde loci ſermonibu' concelebrabit*
AEtatem & faciem, ut ſaga, & bona conciliatrix:
Quod gracila eſt, pernix pedibus, quod pectore puro,
Quod puero ſimilis: neque uti Pyrgentia ſcorta.
[a] *Hic corpus ſolidum invenies, hic ſtare papillas*
Pectore marmoreo. ——
Sic ſingillatim noſtrum unus quiſque movetur.
Sicuti, quum primas ficus propala recentes
Protulit, & pretio ingenti dat primitu' paucas.
Quid ni? & ſcruta quidem ut vendat ſcrutariu', laudat
Praefractam ſtrigilim, ſoleam improbu' dimidiatam.
Eſt illud quoque mite malum, blandum, atque doloſum,
Quom poclo bibo eodem, amplector, labra labellis
Quom figens compono, hoc eſt, quom ψωλοκοπῦμαι.
Laena manu lacrimas mutoni abſterget amica,
Componetque latus lateri, tum cruribu' crura
Dilaxans, dabit in vulgam penetrare piloſam,
Criſſatura, uti ſi frumentum clunibu' vannat.

Haec,

a Verba conciliatricis Laenae.

Digitized by Google

Haec, ut muſcipulae tentae, atque ut ſcorpiu' cauda
Sublata, non te porro procedere porcent?

*

—— —— [a] Legem
Vitemus Licini Fanni centuſſe miſello,
Quae gallam bibere, ac rugas conducere ventris
Farre aceroſo, oleo, & Cumano pane coëgit.
Oſtrea nulla fuat, non purpura nulla Pelori;
Pulmentaria, ut intybus, aut aliqua id genus herba,
Aſparagi molles, fici comedantur & uvae,
Flebile caepe ſimul, lacrymoſaeque ordine thallae,
Et jus maenarum; bene habet, ſin mictyris haec merx,
Caſeus allia mollibit, cum pulte adipata.
O lapathe, ut jactare neceſſe eſt, cognitu' cui ſis.
In quo Laeliu' clamores Sophos ille ſolebat
Edere, compellans gumias ex ordine noſtros:
O Publi, ò gurges Galloni, es homo miſer, inquit,
Caenaſti in vita nunquam bene, quum omnia in iſto
Conſumis, ſquilla, atque acipenſere cum decumano.
Laeliu' praeclare, & recte σοφὸς, illaque verè.
Occidunt, Lupe, ſaperdae te & jura ſiluri,
Sumina te atque amiae, turdi te, & viſcus aprinum.

*

Firmiter hoc, probiterque tuo ſi pectore fixum
Ejicere iſtum abs te quamprimum, & perdere amorem;
Vicimus, ô ſocii, & magnam pugnavimu' pugnam:
Virtutiſque tuae haec ergo monimenta locamus.
Macte proin virtute, ſimulque his verſibus eſto.
Sin laqueis, manicis, pedicis mens irretita eſt,
Nolito tibi me maledicere poſſe putare.
Vis eſt vita (vides) quae nos facere omnia cogit.
Sic ſingillatim noſtrum unuſquiſque movetur:
Neminis ingenio quemquam confidere oportet.
Sicuti te, quem aeque ſpeciem vitae eſſe putamus,
Cor-

[a] id eſt, paenam legis.

Corporis è ſignis animo aegrotare videmus,
Nec poſſe infamem, turpemque odiſſe popinam.
Sed tamen hoc dicas: Quidnam eſt, ſi nenu moleſtum eſt,
Quamvis deſubito trinis deducere ſcalis?
Quid tu iſtuc curas, ubi ego oblinar atque voluter?
Serus quum è medio luſtro, ac bene potu' receſti.

*

Lippus edunda acri aſſidue cepariu' cepa
Liviu' pauper, ait, ſe ingentia munia fungi,
Rauſuro Tragicus qui carmina perdit Oreſte.
Quantum haurire animus Muſarum è fontibu' geſtit.
Tum paucis malle, ac ſapientibus eſſe probatum:
Η' πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.
Cui neque jumentum eſt, nec ſervus, nec comes ullus,
Bulgam, & quidquid habet nummorum, ſecum habet ipſe.
Cum bulga caenat, dormit, lavat, omnis in una
Spes hominis bulga, hac devincta eſt caetera vita.
Peniculamentum vero reprehendere noli.
Scis ποιητικὸν *eſſe; vides tunicam, & toga quid ſit.*
Adde Syracuſis ſola, paſceolumque, & alutam.
Id ſolum advorſae Fortunae, reique reſiſtit,
Quod ſua committunt mortali clauſtra Camoenae.
Caetera contemnit, & in uſura omnia ponit
Non magna, proprium vero nil neminem habere.

*

Quare (ut diximu') non video, hic quid magnopere optem:
Naumachiam licet haec, inquam, alveolumque putare, &
Calces, delectes te, hilo num rectiu' vivit
Maximu', ſi argenti ſexcentum, ac mille relinquat
Imberbi androgyno, ac barbato moechocinedo?
Sic ſingillatim noſtrum unuſquiſque movetur:
Triſtes difficiles ſumu', faſtidimu' bonorum,
Hic 'ricoſu', bovinatorque, ore improbu' duro,
Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo validis cervicibu' poſſent.

Tu

Tu milli nummûm potes uno quaerere centum,
Sallere muraenas, mercem in frigdaria ferre.
Durum, molle vorans, fragmenta interfici' panis.
Volturius ruis hinc, & colligis omnia furtim:
Hinc mare metiris magnum, & te fluctibu' tradis.
Fundi delectat virtus te, villicu' paullo
Streniuor ſi evaſerit. ——

*

Nunc vero à mane ad noctem, feſto atque profeſto
Toto itidem pariterque die, populuſque patreſque
Jactare indu foro ſe omnes, decedere nuſquam:
Uni ſe, atque eidem ſtudio omnes dedere & arti,
Verba dare ut caute poſſint, pugnare doloſe;
Blanditia certare, bonum ſimulare virum ſe;
Inſidias facere, ut ſi hoſtes ſint omnibus omnes.
Sublatus pudor omni', licentia, foenu' refertur:
Nemo hic vindicias, numen, neque ſacra veretur:
Tapullam rident Legem congerrae Opimî:
Idola, atque atomos Epicuri credere malunt,
Non epulo Divorum aliquem, neque proſicie ulla
Dignantes: hinc ſe peccare impune rati ſunt
Poſſe, ac nobilitate facul propellere iniquos.
In quo toto etiam mihi caelo errare videntur:
Namque videtis, uti multos menſesque diesque,
Non tamen aetatem tempeſtate hac ſceleroſi
Laetentur. ——

*

Quum tecum eſt, quidvis ſatis eſt, viſuri alieni
Sint homines, ſpiras, pallam, redimicula promit;
Euplocamo digitos, diſcerniculumque capillo.
Ut cum iter eſt aliquo, & cauſſam commenta viai,
Aut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam:
Aut operandum aliquo in celebri cum aequalibu' fano.
Tum vero ricini aurati, & nitet aurea mitra.
Haec veſtimentis maculoſis aſpicis ipſe;

Quod

Quod deformi' ſenex, quod poedidus, ac podagroſus,
Quod mancus, macer, exilis, cum ramice magno.
Si vero des, quod rogat, & ſi ſuggeri' ſuppum,
Magna penus parvo ſpatio conſumpta peribit.
Omnia viſcatis manibus leget, omnia ſumet;
Crede mihi, preſſe auferet omnia. ——

*

Huic homini Quaeſtore aliquo eſt opus, atque chorago,
Publicitus qui mi, atque è fiſco praebeat aurum.
Nam ſi, quod ſatis eſt homini, id ſatis eſſe potiſſet,
Hoc ſat erat: nunc quum hoc non eſt, qui credimu' porro
Divitias ullas animum mi explere poteſſe?
Denique uti ſtulto nihil eſt ſatis, omnia quum ſint:
Sic tu illos fructus quaeras, advorſa hieme olim
Queis uti poſſis, ac delectare domi te.
Quid vero eſt, centum ac ducentum poſſideas ſi
Millia, divitiis pretium ſi ſolvere neſcis;
Quin potius vitam degens ſedatu' quietam, in
Tranquillum ex ſaevis te tempeſtatibu' transfers.

*

Quid multis? nemo eſt balicariu' poſterior te.
Eſt qui praeciſo, atque epulis capiatur opimis,
Et non (pauper uti) Samio, curtoque catino,
Quem praeclarus helops, quem Aegypto ſargu' movebit.
Si argenti indigus eſt, ſe conficit ipſe comeſtque:
Si vero das, quod rogat, & ſi ſuggeri' ſuppum,
Magna penus parvo ſpatio conſumpta peribit.
Quod ſumptum atque epulas victû praeponit honeſto.
Intereunt, labuntur, eunt rurſum omnia verſum.
Nam quid mutino, ſubrectoque huic opu' ſigno?
Ut lurcaretur lardum, & carnaria fartim
Patrum conficeret? ——

*

Phryne nobilis illa, ubi amatorem improbius quem
Multis inductum ſermonibu' concelebravit,

Quid

Quid dare, quid ſumpti facere, ac praebere potiſſit,
Praeſeruit, labra delicat, hinc delenit amore.
Aſſequitur, nec opinantem in caput inſilit, ipſum
Commanducatur totum complexa, comeſtque.
Si vero das, quod rogat, & ſi ſuggeri' ſuppum,
Magna penus parvo ſpatio conſumta peribit.
Omnia viſcatis manibus leget, omnia ſumet,
Crede mihi, preſſe auferet omnia. ——

*

Vir mare metitur magnum, & ſe fluctibu' tradit,
Continuo ſimul ac paullo vehementius aura
Inflarit, fluctus erexerit, extuleritque:
Flamina nec flando ventorum ſuda ſecundent:
Omnia tum endo mari videas fervente micare.
Proras deſpoliate, ac detundete guberna,
Tonſillas quoque praevalidis in funibus aptas,
Fluctibus à ventisque adverſis firmiter ut ſit.
—— tanti
Se tempeſtatis montes ad ſidera tollunt.
Armamenta tamen, malum, vela omnia ſervo:
Funis enim praeciſu' cito, atque anquina ſoluta eſt.

*

Mantica cantheri coſtas gravitate premebat,
Succuſſatoris tetri, tardique caballi.
Verum haec ludus ibus, ſusque omnia deque fuerunt,
Susque haec deque fuere (inquam) omnia, ludu' io-cusque:
Illud opus durum, ut Setinum acceſſimu' fines,
αιγίλιποι *montes Aetnae omnes, aſperi, Athones.*

*

—— —— his viſcus aprinum,
His itidem in coena dabis oſtrea millibu' centum
Empta: (ſatis magnam nam piſcium, & altilium vim
Interfeciſti, ut video) χῖοσι δωμάτης

Vi-

Vinum defuſum è pleno dabit oenophoro, cui
Nil dempſit hir, & cui ſacculus abſtulerit nil.

*

— Nam ſumptibu' magnis
Ampliter exſtructam ſimul atque accumbimu' menſam,
Malas tollimus hinc ambas, atque utimu' rictu.
Pulchre invitati nimis, acceptique benigne.
Vertitur oenophoris fundus, ſententia nobis.
Idem epulo cibus, atque epulae Jovis omnipotentis.

*

— Quid ego? ſimul oſtrea cerno,
Non norim fluvii limum, ac caenum ſapere ipſum?
Rugoſi, paſſique ſenes eadem omnia quaerunt,
Hi quos divitiae producunt, & caput ungunt
Horridulum, quandoque pudor de pectore ceſſit,
Nequitia occupat hos, petulantia, prodigitaſque.

*

— noſtris
Munifici ut, muneſque viri videamur amicis,
Ad caenam adducam, & primum hiſce abdomina thynni
Advenientibu' priva dabo, cephaleaque atarnae,
Dans bibere ab ſummo. —

*

— Cujus non audeo dicere nomen?
Quid refert dictis ignoſcat Mutius, an non?
Sic vetus ille Cato dignum quemcunque laceſſim
Appellare, quod ipſe ſibi non conſcius eſſet.

*

— Ille alter abundans
Cum ſeptem incolumis pinnis redit ac recipit ſe:
Gallinaceu' ceu victor ſe gallus honeſte
Suſtulit in digitos, primoreſque erigit ungues.

IN-

INDEX
SCRIPTORUM,
Aliorumque Monumentorum, quorum apud *Cenſorinum* mentio.

A.

Alcmæon Crotoniates 25. 27
Anaxagoras 19. 26
Anaximander Mileſius 27
Annales veterum temporum 86
Antias 84. 86
Aphrodiſius 101
Archytas Tarentinus 17
Aretus Dyrrachinus 98. 112
Ariſtarchus 98. 101
Ariſtoteles Stagirites 17. 27. 33. 34. 68. 72. 98
Ariſtoxenus 25. 43. 53
Aſclepiades Medicus 56

B.

Beroſus 82

C.

Calippus Cyzicenus 94. 101
Carneades 74
Caſſandrus 99
Caſſius Hemina 87
Chaldæi 34. 35
Cleanthes 74
Cleoſtratus Tenedius 93
Commentarii Quindecim-virorum. 85. 86

D.

Democritus Abderita 21. 25. 27. 74. 95
Dicæarchus Meſſenius 17
Diocles 33. 34
Diogenes 26. 28
Diogenes Apolloniates 27. 41
Diogenes Cynicus 73
Dion 98
Dionyſius Heracleotes 73
Dioſcorides Aſtrologus 89
Dorylaus 63
Doſitheus 93

E.

Edicta D. Auguſti 85
Empedocles 19. 26. 27. 30. 33
Ennius 102. 128
Ephorus 81
Epicharmus 84
Epicurus 20. 26. 55
Epigenes Byzantinus 33. 34. 82
Eratoſthenes, Orbis terrarum menſor. 59. 73. 112
Erophilus 57
Euclides Socraticus 13
Eudoxus Cnidius 93
Euenor. 33
Eutyphron Cnidius 34

F.

Fatales libri Etruſcorum 66
Feneſtella 105
Fulvius 105. 119

G.

Cn. Gellius 87
Genealogiæ auctores 21
Geometræ. 44

INDEX SCRIPTORUM.

Gorgias Leontinus 74
Granius Flaccus 13

H.

Harpalus 93. 102
Heraclitus 79. 99
Herodicus 80
Herodotus 81
Hipparchus 95
Hippocrates 34. 50. 65
Hippon Metapontinus 45. 26. 27. 28. 30. 31. 49
Hiſtoriæ Fabulares 18
Hiſtoriæ Thuſcæ 84
Horatius Flaccus 85
Horus 104

I.

Indigitamentorum libri 13
Iſocrates Rhetor 74
Judæi 51
Junius Gracchanus 105. 119

L.

Leges Pop. Rom. 125
Leges XII. Tabb. 125. 127
Licinius Macer. 18
Linus 98
Livius 85. 86
Lucilius 14
Lucretius 19

M.

Meton Athenienſis 94. 101
Mneſiſtratus 93
Muſici 43

N.

Nauteles 93

O.

Ocellus Lucanus 17
Oenopides 102
Orpheus 99

P.

Parmenides 20. 14. 26. 29. 3[illegible]
Perſius 8
Philolaus Pythagoricus 94. 101
Piſo Cenſorius 87. 89
Plato 17. 70. 74
Plautus 127
Plebiſcitum M. Plætorii 127
Poëtæ 98
Pythagoras Samius 17. 41. 44. 48. 56. 57

R.

Rituales libri Etruſcorum 50. 83

S.

Socrates 53
Solon 50. 65
Solonis Elegia 67
Soſibius 112
Staſeas Peripateticus 65. 70
Stoici 27
Straton 33
Suetonius 105

T.

Terentius 8
Theano Pythagorica 33
Theophraſtus 17. 53
Timæus 10. 112

V.

Varro 9. 40. 63. 66. 84. 87. 89. 90. 105. 111. 112. 120
Virgilius 22. 128

X.

Xenocrates 17. 74
Xenophanes Colophonius 74
Xenophon Socraticus 8

Z.

Zenon Citticus 21. 81

IN-

INDEX AUCTORUM,

Qui in notis ad *Cenſorinum* laudantur vel emendantur.

A.

Achilles Statius 57. 60. 61. 62. 83. 94. 97
Acta Apoſtolorum 13
Ælianus 56. 94. 102
Aggenus Urbicus 5
Alexander Aphrodiſeus 31. 32. 33. 50. 53. 68
D. Ambroſius 2. 23. 33. 37. 56. 65. 67
Ammianus Marcellinus 13. 23. 24. 50. 108. 110
Ammonius 72
Antigonus 51
Antoninus (*Marcus*) 100
Apollodorus 18. 23
Apollonius de mirabilibus 57
Apollonius Rhodius 23
Appianus 108
Apulejus 2. 3. 5. 11. 12. 14. 61. 97
Aratus 61. 78
Archias Poëta 8
Ariſtides 22. 45
Ariſtoteles 19. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 32. 33. 34. 41. 51. 52. 59. 61. 67. 68. 97. 101. 111
Ariſtoxenus 43. 44
Arnobius 18. 24. 54. 66. 82. 95. 98
Arrianus 2. 6
Artemidorus 79. 80. 82
Aſconius Pedianus 55
Athenæus 2. 9. 56. 57. 74. 78. 120
Averroës 19
Auſuſtius 12
D. Auguſtinus 3. 7. 12. 14. 16. 17. 18. 23. 26. 29. 31. 32. 35. 37. 42. 48. 49. 58. 73. 82. 88. 98. 103. 104. 105. 110. 120
Aurelius Victor 90
Auſonius 32. 37. 49. 58. 68. 73. 82. 85. 100. 109

B.

Bachius Muſicus 42. 44. 45
Baſilius Magnus 31. 50. 58. 77
Beda 123. 126
Boëtius 43. 44. 45. 49. 56. 57. 70

C.

Jul. Cæſar 123
Cæcilius Comicus 34
Canones Apoſtolorum 5
Capitulare Karoli M. 64
Caſſiodorus 42. 44. 49. 59. 117
Catullus 68
Cedrenus 72
Chalcidius 31. 36. 43. 45. 57. 58. 61. 63. 77. 96. 117. emend.
Cherisius Soſipater 11
Cicero 2. 5. 7. 10. 15. 16. 23. 33. 35. 36. 53. 54. 55. 56. 58. 61. 65. 66. 71. 73. 74. 77. 81. 83. 95. 97. 112
Clemens Alexandrinus 10. 11. 25. 31. 36. 49. 67. 80. 100
Cleomedes 60. 61. 98. 117
Codex Theodoſianus 7. 35. 76. emend. 9

INDEX AUCTORUM.

Codex Juſtinian. 7. 82
Codex LL. Antiq. Alem. 8. 123
Columella 59. 83
Corpus Canonum 5
Curtius 102
Cyprianus 31
Cyrillus 99

D.

Damaſcenus (Joh.) 49
Daniel Propheta 11
Decretum Felicis PP.
Dio Caſſius 11. 87. 122
Dio Chryſoſtomus 56
Diodorus Siculus 16. 35. 89. 90. 103. 104
Diogenes Laërtius 2. 3. 10. 15. 17. 20. 24. 25. 26. 29. 41. 60. 72. 73. 74. 89. 95. 98. 104
Diomedes Grammaticus
Dionyſius Halicarn. 3. 4. 8. 29. 64. 67. 79. 80. 88. 99. 113. 121
Dionyſius Longinus 53
Diphilus 6
Donatus 64

E.

Eccleſiaſticus 34. 82
Ennodius 12
Etymolog. magn. 38. 72. 81
Euclides 49
Eunapius 23
Euripides 22. 38
Euſebius 17. 95. 99. 111. 122
Euſtathius in Homer. 6. 19. 80. 82. 102
Exodus 5

F.

Feſtus Pompejus 5. 22. 23. 50. 55. 84. 107. 113. 119. 120
Feſtus Rufus 88
Florus 54. 100

G.

Galenus 27. 29. 33. 49. 57
Gellius 2. 7. 15. 21. 23. 33. 34. 35. 38. 49. 50. 54. 56. 57. 58. 59. 69. 70. 71. 83. 89. 105. 117. 123
Geminus 36. 37. 61. 93. 96. 101. 123
Geneſis 18
Georgius Gemiſtus 21
Gloſſarium vetus 13. 22. 38. 68. 99
Gregorius Nazianzen. 50. 72. 77

H.

Harmenopulus 60
Harpocration 22
Heliodorus 102
Heraclides Ponticus 58
Herodianus 80. 84. 88
Herodotus 8. 22. 65. 66. 80. 81. 82. 104
Heſiodus 14. 78. 82
Heſychius 45. 79
D. Hieronymus 12. 23. 35. 65. 120
Hilarius PP. 11
Hippocrates 24. 26. 28. 32. 33. 34. 40. 49. 50. 51. 52. 65
Homerus 6. 18. 23
Horatius 5. 9. 10. 15. 35. 36. 54. 68. 80. 128
Horus Apol. 95
Hyginus 18. 23. 60. 61

I.

Jamblichus 10. 45
Inſcriptio vetus 1. 15
Jobus 58
D. Joh. Chryſoſtomus 58
Johannes Philoponus 19
Johannes Tzetzes 18. 38. 103
Fl. Joſephus 82. 97. 115
Iſacus Tzetzes 90
Iſidorus 24. 29. 30. 35. 36. 43. 44. 53. 56. 58. 59. 64. 77. 80. 99. 110. 118. 119. 120

Iſidor.

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM.

Iſidori collectio Decretorum 5
Iſidorus Pelusiota 11
Julius Firmicus 12. 35. 37. 38. 54. 58. 61. 69. 71. 82. 97
Juſtinus Hiſtoricus 22
Juſtinus Martyr 31. 72
Juſtiniani Inſtitutiones 32
Juvenalis 4. 12

L.

Laberius 12
Lactantius 9. 11. 17. 18. 20. 21. 23. 24. 26. 28. 29. 41. 78. 82. 95
Lactantius in Statium 6
Lampridius 10
Leviticus 80
Livius 13. 54. 55. 66. 78. 86. 88. 90. 100. 107. 113
Lucianus 4. 6. 21. 22. 23. 56. 63. 70. 73. 74. 89
Lucretius 19. 10. 56

M.

Macrobius 10 18. 21. 31. 32. 37. 44. 45. 58. 49. 43. 58. 60. 64. 65. 98. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 117. 118. 119. 120. 122
Malchus vid. Porphyr.
Manilius 61. 99
D. Marcus 10
Marius Victorinus 77. 79
Martialis 2. 4. 6. 12. 78. 128
Martianus J. C. 15
Martianus Capella 11. 14. 24. 43. 45. 49. 56. 57. 59. 60. 117
B. Maximus emend. 7
Pomponius Mela 8. 89. 90
Menander 13
Mercurius Triſm. 77
Minutius Felix 98
Moſchion 32
Moſchopulus 65
Moyſes 50. 65
Muſicus Anonym. MS. 42

N.

Nicetas Choniates 58. 68. 98.
Nemeſius 24. 26. 58. 66. 98
Nicomachus 49
Nonius Marcellus 64. 65. 68
Nummi Vett. 87. 88

O.

Ocellus Lucanus 17
Origines 2. 16. 23. 54. 58
Ovidius 8. 9. 18. 21. 23. 54. 55. 78. 87. 90. 98. 99. 106. 107. 108. 113. 114. 116. 117. 118. 120

P.

Palephatus 19. 23
Pandectæ Juris 1. 2. 4. 11. 33. 34. 49. 68. 72. 75. 78. 82. 99. 105. 110. 124
Pappus Alexandrinus 11. 36
Paulus J. C. 33. 75
Pauſanias 6. 16. 18. 23
Petronius arbiter 4
Petrus Chryſologus 8. 56
Pherecydes 21
Philo Judæus 2. 21. 31. 32. 49. 67
Philoſtratus 6. 56. 74
Phlegon Trallianus 74. 81. 85
Photius 79. 102
Pindarus 90
Plato 17. 22. 58. 60. 67. 97 98. 101
Plautus 4. 12. 66. 78. 81
Plinius 2. 5. 32. 34. 37. 51. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 69. 74. 81. 82. 87. 90. em. 95. 96. 100. 102. 103. 108. 113. 117. 124. 125
Plinius Junior 1. 4. 8. 9. 15. 27. 55. 62. 106
Plotinus 77
Plutarchus 6. 7. 9. 11. 13. 18. 19. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 33. 34. 37. 40. 44. 54. em.

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM.

55. 56. 60. 61. 79. 80. 82. 95. 97. 103. 104. 136. 107. 108. 113. 119. 120. 124

Pollux 5. 6. 36. 56. 65. 68. 97. 101. 126

Polycenus 56

Polybius 56. 59

Porphyrius 5. 10. 56. 58. 95. 115. 119

Proclus 102. 103

Procopius 72

Propertius 8

Prudentius 12

Pſalmi Davidis 65

Pſellus 43. 45

Ptolemaeus 42. 45. 101

Q.

Quintilianus 56. 74. 82

R.

Regum libri 66

Rufinus 12

S.

Scholiaſtes Æſchyli 103

Scholiaſtes Apollonii Rhodii 22

Scholiaſtes Ariſtophanis 55

Scholiaſtes Gr. in Homer. 83

Scholiaſtes Theocriti 13

Seneca 2. 9. 11. 56. 58. 65. 71. 73. 77. 78. 98

Seneca Tragicus 23

Servius 7. 12. 18. 22. 24. 63. 64. 66. 68. 80. 81. 97. 106. 116. 119. 120. 126

Sextus Empyricus 36. 37. 58. 89

Sidonius Apollinaris 7. 57. 78

Silius Italicus 81

Simplicius 27. 58. 116

Solinus 2. 8. 27. 51. 91. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 113. 118. *em.* 112

Sozomenus 7

Spartianus 1. 7. 10. 58. 88

Statius 6. 19. 50

Stephanus 34. 103

Stobaeus 61. 95. 97. 103

Strabo 21. 22. 29. 55. 59. 60. 81

Suetonius 18. 87. 100. 108. 114

Suidas 2. 3. 5. 6. 21. 22. 34. 37. 28. 45. 54. 59. 60. 61. 74. 80. 91. 103

Symmachus 4. 8. 11. 71

T.

Tacitus 7. 87

Theodoretus 6. 16. 21. 22. 23. 25. 58

Theon in Aratum 45. 97

Theophraſtus 6. 7

Terentius 34. 80

Tertullianus 6. 10. 12. 13. 23. 25. 32. 34. 37. 58. 120

Tibullus 5. 8. 9. 10

Timaeus Locrus 24. 61. 77. 103

Trebellius Pollio 82

V.

Valerius Maximus 3. 8. 55. 56. 74. 81. 84. 85

Varro 6. 10. 11. 17. 19. 27. 31. 55. 66. 76. 78. 89. 96. 99. 103. 105. 107. 116. 118. 120. 125. 126

Vegetius 7

Vellejus Paterculus 113. 114

Virgilius 6. 12. 22. 25. 80. 90. 128

Vitruvius 35. 37. 42. 43. 44. 45. 48. 49. 57. 58. 59. 78. 83. 117. 125

Ulpianus 32

Vopiſcus 12. 18

X.

Xenophon 3

Z.

Zozimus 81. 84. 85. 86. 87. 88

INDEX

INDEX
RERUM MEMORABILIUM,
Quorum in *Cenſorino* & in eum *Notis* mentio.

A.

Academia antiqua 17
Academiæ veteris Princeps 74
Academiæ tertiæ ſive novæ autor 74
Acarnanes, annos habuerunt ſemeſtres 104
Acherontici libri 66
'Αδιάφορα 2
Adſpicere 36
Adoleſcentiæ tres gradus 69
Adoleſcens 64
Ægyptus, quando in poteſtatem Romanorum venerit? 114
Ægyptii, quomodo annos Auguſtorum ſupputent? 114
Ægyptiorum annus magnus 95
Ætas à die natali initium ſumit 16
Ætatis orbis, quibus annis terminetur? 79
Ætatis humanæ quinque gradus 64. 65
Ætatis gradus quintus à quo anno incipiat? 64
Ætatis humanæ ſeptem gradus, alii decem faciunt 65
Ævum, quid? in quot tempora dividatur? 77
Agon Olympicus, & Capitolinus 92. 100
Albanorum menſes 119. 120
Albanorum annus 105
Alexaudri Magni exceſſus 115
Alexandriæ, mortui ſaliebantur 90
Androcles, quis annus? 71
Animi opes 3
Animi virtus 3
Animi ſpiritus 74
Animi morbos muſica ſanat 71
Anni ratio 53
Annorum mira varietas 105. 106. 107. 108. 109.
Annus civilis 91. 102. ad Solis curſum formatus 109
Anni civiles naturalibus majores 107
Annus naturalis 91. 101
Annus naturalis varie incipit 116
Annus canicularis 95. 115
Annus κυνικὸς 95
Annus ἡλιακὸς 97
Annus Dei 97. 115
Annus Solis quot dierum ſit? 92
Annus lunaris quot dierum? 91. 92
Annus menſtruus apud Ægyptios 103
Annus bimeſtris, dein quadrimeſtris, in Ægypto 105
Annus trimeſtris, in Achaia 103
Annus ſemeſtris 104
Annus decimeſtris 110
Annus magnus 91. ſeqq. 104. 115
Annus major 91
Annus maximus Ariſtotelis 98
Annus vertens 76. 91. 93. 101
Annus Acarnanum ſemeſtris 104
Annus Ægyptiorum 95
Annus Ægyptiacus varie auctus 103
Annus Albanorum 105
Annus Chaldaicus 94

Digitized by Google

Annus Callippi Cyziceni 94
Annus Carum ſemeſtris 104
Annus Democriti 95
Annus Ferentinorum 105
Annus Hipparchi 95
Annus Lavinorum 105
Annus Metonicus 94
Annus Nabonnazaru 114
Annus Philippi 115
Annus Philolai Pythagorici 94
Annus, quot menſes apud Romanos habuerit? 106
Anni Romani emendatio C. Julii Cæſaris. 110
Anni emendatio per totam Italiam 110
Annus Julianus 110. 113
Anni Auguſtorum 114
Annus proli procreandæ 79
Anni climacterici 63. 64. 70
Annus ſeptimus ſemper fere novi aliquid in ætate hominis adfert 67
Annus quilibet ſeptimus vitæ periculoſus 70
Annus ſexageſimus tertius omnium periculoſiſſimus 69
Annum Octuageſimum quartum ætatis qui excedunt, deſipere incipiunt 67
Annus octuageſimus, longiſſimum vitæ humanæ tempus 66
Anni ab urbis cuſtodio ad Reges exactos 86
Ante lucem 127
M. Aurelius Antoninus Imp. ludos ſæculares octavos celebravit 88
Apollo cum cithara pingitur 54
Apollini Genitori nullum animal ſacrificatur 10
Apollinis Genitoris ara 10
Aphrodite 120
Aprilis unde vocetur? 120
Arcadiæ Reges, ad trecentos annos vixerunt 81
Arcades προσέληνοι dicti 103
Arganthonius, Tarteſiorum Rex, annos centum quinquaginta vixit 81
Arcinorum menſis, October 119
Ariſtoteles, animi virtute naturalem ſtomachi infirmitatem diu ſuſtinuit 72
Ariſtoteles quo anno ætatis mortuus ſit? 73
Armaïs, Rex Ægypti 103
Arminus, Rex Ægypti 103
Aſclepiades, phreneticos Muſica curavit 57
Aſtrologi, ſtellis vitæ rationem imputant 81. 82
Athenienſes, diem ab occaſu Solis incipiunt 123. 124
Auditorium ſacrum 76
Aves, an ova, prius fuerint? 18
Αὐτόχθονες 22

B.

Babylonii, à Solis ortu diem computant 123
Babylonii numeri 35
Barba, quando creſcat? 67
Biſſextum, dies intercalaris 108. 109. 110
Bona perivade ſunt, ut animus eſt poſſidentis
Bona, quæ bonorum & malorum media 3
Brumalis hora 78
Brumæ tempus, novi Solis initium eſt 116

C.

Cadaverum condiendorum mos apud Ægyptios 90
C. Cæſar, Pont. Max. Kalendarium Rom. correxit 108. 109. 119
C. Cæſar Octavianus, D. F. quando Auguſtus appellatus ſit? 114
Caniculæ exortus 95. 96. 116
Caput ante omnia creſcit 27
Cares, annos habuerunt ſemeſtres 104
Carneades, octogeſimum ætatis annum tranſgreſſus eſt 74
Cenſus civium Romanorum, quinto quoque anno habitus 100
Cenſus, Veſpaſiano V. & Cæſ. 111

III. Coſſ. 100

Chaldæi, ſiderum obſervatores fuerunt 35. 36

Χορεῖα 63

Χορεῖον 63

Cibi abſtinentia mortuus eſt Dionyſius Heracleotes 73

Cibi cruditate Diogenes Cynicus mortuus eſt 73

Cicero, quo anno ætatis mortuus ſit? 71

Circulus Zodiacus 37

Claſſicum militibus canitur 55. 56.

Cleanthes, ad annum nonageſimum nonum ætatis pervenit 74

Climacterici anni 63. 64 70

Climacterici anni alii aliis periculoſiores ibid.

Cœleſtis harmonia 58. 59

à Cœlo ad Solem diaſtema διὰ τεσσάρων 62

Commodus Imper., omnium menſium nomina mutavit 122

Conceptionis rationem Achinapolus in conſtellationibus habuit 37

Concubium 128

Conſervare, ταριχεύειν 90

Conſiſtorium ſacrum 76

Conſpectus, quid ſit? 36

Conſules. M. Valerius, S. P. Verginius 86. M. Valerius Corvinus iterum, C. Pœtilius Coſſ. 86. Pub. Claudius Pulcher, C. Junius Pullus Coſſ. ib. Pub. Cornelius Lentulus, C. Licinius Varus Coſſ. 87. L. Marcius Cenſorinus, M. Manilius Coſſ. 87. Cornelius Lentulus, L. Mummius Achaicus Coſſ. 87. M. Æmilius Lepidus, L. Aurelius Oreſtes 87. C. Furnius, C. Junius Silanus 87. Cæſ. Auguſtus & Agrippa 87. Tib. Claudius Cæſar IV. Lucius Vitellius III. Coſſ. 87. Domitianus XIV, L. Minucius Rufus 87. 88. Cilo, & Libo Coſſ. 88. Veſpaſianus V, & Cæſar III. 100. Domitianus XII, & Servius Cornel. Dolabella 100 C. Cæſar Pont. Max. III. & M. Æmilius Lepidus 108. Ulpius, & Pontianus 113. C. Jul. Cæſar V, & M. Antonius 121. Marcius Cenſorinus, C. Aſinius Gallus 121. C. Cæſar Auguſtus, & M. Vipſanius Agrippa 114. Antoninus Pius Imp. & Bruttius Præſens 115

Conticinium 127

Cor ante omnia formari 27

Cor humanum, quot ſecula duret? 99

Corporis partes, quæ potiſſimum creſcant? 27. 28

Creperæ res 128

Crepuſculum 128

Crinem Deo paſcere 6

Creſibius, inventor horarii ex aqua 125

Cupiditatibus quando temperare incipiamus? 67

D.

Daphnephoriis numerus dierum indicatus 102

December, unde vocetur? 120

Decemmeſtris partus 41

Δημητριὼν menſis 122

Delphici ludi 94. 95

Dentes, quoto menſe naſci, & quoto cadere incipiant? 31. 67

Dentibus anguinis ſeminatis homines armati prodiere 23

De media nocte 126

Deorum eſt, nullius rei egere 4. 5

Deucalionis ex lapidibus homines proſati 18. 19

Dei annus 97. 115

Deorum dono omnia habemus 4. 5

Dii tutelares 11. ſeq.

Diis de perceptis frugibus libare 5

Diis muſica inſtrumenta dicata 54

Dianæ templum in Aventino 124

Διὰ τεσσάρων 43. 45. 48. 61

Digitized by Google

Διὰ πέντε 43. 45. 48. 61
Διὰ πασῶν 43. 45. 49. 61
Διάστημα 43
Dies naturalis, civilis 173
Dierum varia initia 124. ſeq.
Dies in horas xii. diviſus 124
Diei bifariam diviſi partes 124
Dies æſtivi 113
Dies κρίσιμοι 50. 70
Dies ſeptimi in morbis ſuſpecti 70
Dies feſtus, quem τεσσαρακοστὸν vocant 51
Dierum nomine etiam nox comprehenditur 123
Diem numera meliore lapillo 8
Δίεσις 44
Διετηρὶς 91
Diluculum 127
Diluvio 98
Dies Athenienſium 123. 124
Dies Babyloniorum 123
Dies Romanorum 124
Dies Umbrorum 123
Diogenes Cynicus cibi cruditate mortuus eſt 73
Dionyſius Heracleotes cibi abſtinentia mortuus eſt 73
Διπλάσιος λόγος 45
Dives vulgo Fortunæ blandimentis inhiat 1
Dives, non qui multa poſſidet, ſed qui pauca deſiderat 4
Dives virtutis, vere dives 4
Domitianus menſis, id eſt, October. 122
Δωδεκαετηρὶς 94

E.

Ἑβδομαδικοὶ 70
Ἔκρυσις 52
Ἐκπύρωσις 98
Ἐκτρωσμὸς 52
Ἡμιόλιον 45
Ἡμιτόνιον 60. 61
Enneades 71
Ἐναρμόνιος mundus 62
Ἐννεαδεκαετηρὶς 94
Ἐννεαετηρὶς 93
Ἐννεαδικοὶ 70
Ἔρκος 69
Ἐπίτριτον 45
Eratoſthenes octogenarius, mortuus eſt 73
Erichthonius, ex Vulcani ſemine procreatus 23
Erophilus rhytmis muſicis venas ait moveri 57
Etruſci aruſpiciorum peritiſſimi 83. 84
Eudoxus ὀκταετηρίδα inſtituit 93
Εὔρυθμος motus 58
Ἐξίρκος 69
Expergitus 56
Extra lineas 69

F.

Face prima 127
Fata, an differri poſſint? 66
Fatales Deæ 38
Fatales libri 66
Februarius menſis, unde vocetur? 121
Februarius, reliquis menſibus infauſtior 107
Februare 121
Februamenta 121
Februm 121
Februum 121
Ferentinorum annus 105
Fine quod caret, collationem menſuræ non recipit 78
Fœmina, quot menſibus formetur 41
Fœminæ, cur ſimiles modo patri, modo matri? 29. 30
Fœminæ, aut mares, cur naſcantur? 28. 29. 30
Fœminæ, quo modo gignantur 29

G.

Galli diem ab occaſu Solis incipiunt 123
Gallicinium 127
Gemini, quomodo naſcantur? 30
Γενεὰ, quot annos habeat? 79. 80

Genea-

Digitized by Google

Genealogias quinam ſcripſerint? 22
Γένεσις 58
Geneſes diurnæ, & nocturnæ 70
Genethliaci 70
Genethliacorum vanitas 58
Genius, quid ſit? 8. 11. ſeqq.
Genius, unde dictus? 8. ſeq.
Genius, & Lar. 13
Genii bini 13
Genius, quibus rebus adtribuatur? 11
Genius, aſſiduus hominis cuſtos 14. 15
Genius Plutonis 11
Genius Priapi 11
Genio merum fundere 8
Genio mares ſacrificabant 9
Genio munus annale die natali ſolvere 9
Genialis lectus 12
Geometræ, ſonis motuum menſuram invenere 43
Germani, diem ab occaſu Solis incipiunt 123
Gorgias Leontinus, annos centum & octo vixit 74
Græcæ hiſtoriæ, ante Olympiadum initium incertæ 111
Græcia, tres gradus adoleſcentiæ facit 68
Graſo, γράσων γράσος 68
Gravidæ mulieres, quadrageſimo die graviores ſunt 51

H.

Harmonia in corporis & animi motu 53
Heliacus annus 97
Hebdomades 65
Hemitonia duo, tonum unum non complent 44
Heſperus 128
Hircus, Hircoſus 68
Hircum olere 68
Hirquitallus 68
Hirquitallire 68
Homines primigenii 18
Homines, an ſemper fuerint? 16
Hominum procreatio, quomodo fiat? 16 ſeq.
Homines, ſtellarum curſu gubernari 36
Homines, poſt annum lxxxiv. amentes fieri 67
Homines, plus centum annis vivere non poſſe 90
Horæ ἰσημεριναὶ, & καιρικαὶ 124
Hora æſtiva, brumalis, hyberna 78
Horarum nomen, diu Romæ ignoratum 125
Horæ, in xii. Tab. nunquam nominatæ 125
Horarum diſtinctio, ab arbitrio Prætoris pendebat 125
Horarium ex aqua 125
Horologiorum inventio 125
Horus, auctor anni trimeſtris 104
Hoſtiæ furvæ 85
Hyems ſumma 98

I.

Januarius menſis, unde vocetur? 120
Jecur, ante omnia formari 27
Impar numerus, fauſtus 106
Inachi regnum 112
Incendium mundi 98
Index, & titulus, ἐποχὴ 113
Indigitamenta 13
Infans quoto die membretur? 48
In infante quid primum formetur? 27
Infans quomodo in matris utero alatur? 28
Infans quoto poſt conceptionem die in lucem edatur? 31
Infantes, per xl. dies fere morbidi & ſine riſu 51
Infantes ſeptimeſtres 39
Intempeſta nox 128
Interkalares menſes 105
Interkalarius menſis 108
Interkalarius menſis, quot dies habeat? 138
Interkalandi ratio, pontificibus commiſſa 108
Jovis ſtella 61

Iphi-

Iphitus, ludorum Olympicorum inſtaurator 112
Iſocrates Rhetor, annos centum vixit 74
Iſo Rex, annos in Ægypto ſtatuit 102
Ἰθαγένεις 22
Italorum varius annus 105
Judæi, ab occaſu Solis diem incipiunt 124
Juliani anni 110
Junior 64
Junius Gracchanus 105
Junius menſis, unde vocetur? 120
Junoni ſacrificabant fœminæ 9
Jupiter Olympius 92
Juvenes, unde? 64

K.

Κατακλυσμὸς 98
Κλίμα 83
Κρίσιμοι dies 50
Κουροτρόφος Apollo 6

L.

Λαὸς, unde derivetur? 18
Lar, idem qui & Genius 13
Lavinii, quomodo annum inſtituerint? 105
Laus Q. Cærelli. 1. 72. ſeq.
Λῖμμα 44
Liberalia 91
Liberi patris myſteria trieterica 91. 92
Libri Fatales 66
Libri Rituales 83
Litteræ, niſi recte junctæ, non concordant 43
Locuples, qui pauca deſiderat 4
Lucumones, potentes Etruriæ 24
Ludi ſæculares, unde dicantur? 87. 88
Ludi ſæculares, quo anno celebrati? 84. ſeq.
Ludis ſcenicis tibicines adhibiti 54
Ludi delphici 93. 94
Ludi Terentini 85
Luminibus accenſis tempus 128
Luna, quot ſtadiis à terra diſtet? 60
Luna, quotiens orbem ſuum conficiat, dum Sol ſuum 91
Luna, quot dies in unoque ſigno moretur? 117. 118
Luna, quot dies in menſe conficiat? 95. 117. 118
Luna, xii. menſibus dies cccliv. explet 106.
Lunaris menſis, triplex 117
Lupercalibus, Roma luſtrabatur 121
Luſtrum 75. 99
Luſtra, quot fuerint à tempore Ser. Tullii ad Veſpaſianum Imp. V. Coſ. 106

M.

Maiæ & Mercurio ſacrum factum 120
Majus menſis unde vocetur? 120
Mane, quid? 127
Mares, fœminæve, cur naſcantur? 28 ſeq.
Mares, quo pacto gignantur? 28 ſeq.
Mares, quot menſibus formentur? 40. ſeq.
Mares, cur ſimiles aliquando patri, aliquando matri? 30
Maritæ 13
Mars, Romuli pater 120.
Martis ſtella 61 etiam Herculis ſtella nominata 61
Martius menſis, unde vocatus? 120
Mathematici 35
Matureſcere omnia in homine quando incipiant? 31. 39. 67
Media ἀδιάφορα 3
Media nox 128
ad Mediam noctem 128
de Media nocte 126
Medulla, in oſſibus nulla maribus poſt coitum 25
Μελλέφηβος 69
Melodia ſtellarum 58. ſeq.

Mem-

Digitized by Google

Membrari 50
Mens humana, per cantus ſuam naturam cognoſcit 55
Menſes, alii naturales, alii civiles. 117
Menſis ſolaris 117. 118
Menſis lunaris 117
Menſis lunaris triplex 117
Menſis interkalarius 108
Menſis civitatum, quot dies habeant? 118
Menſis Albanorum, Tuſculanorum Aricinorum 118. 119
Menſes, in Græcia quot dies habeant? 119
Menſium numerus apud Romanos 106
Menſibus Romanis nomina indidit Romulus 119
Menſium Romanorum nomina mutata 120. 121
Menſis Julius, & Auguſtus 120
Menſum, ἀντὶ menſium 117
Menſe undecimo an partus naſci poſſit? 40
Mercurii ſtella 60
Meridies 127. unde dictus? 127
ad Meridiem 127
ante Meridiem 125
de Meridie 127
Merkedonius menſis 106
Merum Genio fundere 8
Μέσα, ἀδιάφορα 3
Metonis annus magnus 95
Miliare Italicum, quot ſtadiis conſtet? 59
Militiæ excuſationem qui habeant? 64
Minuſculæ quinquatrus 55
Morbi, muſica curantur 70. 71
Μοῖρα, Deæ fatales 38
Mortuos ſaliendi ratio in Ægypto 90
Mulier, quoto menſe pariat? 33. 34
Mulieres, quot dies habeantur immundæ poſt partum? 51
Mundi initium, ignorari 17. 18. 111
Mundus ἐναρμόνιος 62
Mundus, organum Dei 62
Muſica, quid? 42
Muſica, in quibus rebus? 53
Muſica, Diis grata 54
Muſica ratione mundus factus 58
Muſica, ad natales hominum conducit 53
Muſica, inſtrumenta varia in bello 56
Muſica, morbos curat 70. 71
Muſici, ſonos tractant 42
Muſis muſica inſtrumenta attributa 54
Μεγαλαγωγὸς δαίμων Menandro, qui φύλαξ Platoni 13
Myſteria Liberi Patris 91. 92

N.

NABONNAZARU annus 114
Naſci quoto menſe poſſint homines? 31
P. Corn. Naſica, horarium ex aqua fecit 125
Natalis quis? & quibus tribuatur? 7. 8
Natales martyrum 7
Natales imperii, adoptionis, reditus, navigationis ſacrorum 7
Natalis ordinationis 7
Natalem ſuum celebrare 15
Natali die à cæde & ſanguine ſe abſtinebant veteres 9. id non ſemper obſervatum 9. pulte veſcebantur, & libis 9. munera clientibus & amicis mittebant 4
Natalitium 4
Naturalis dies 123
Naxiæ mulieres, octavo menſe pariunt 34
Νεῖλος, annum notat 102
Nemeſis ſtella 63
Neroneus menſis, id eſt, Aprilis 122
Nomades, diem ab occaſu Solis incipiunt 123
Nonæ quintanæ, vel ſeptimanæ 109
November, unde vocetur? 126
Nox 123
Nox media 126. 128
Noctis partes 126
Numerus impar, fauſtus 106

Nu-

Numeri Babylonii 35
Numeri Pythagorei 33
Numerus quadratus 70
Numeri ſeptenarii myſterium 31
Numerus ſeptenarius, qui ad corpus pertinet, Apollini tributus 70
Numerus ſeptenarius, in omnibus plurimum poteſt 31
Numerus novenarius, ad animum pertinet 70
Numerus novenarius, Muſis dicatus eſt 70. 71
Numerorum ratio in partus formatione 41

O.

Octobeṙ, unde vocetur? 119
Octoginta anni, ſpacium plenæ vitæ. 72
Ogyeius cataclyſmus 111. incertus 111
Ὀκταετηρὶς à quo inſtituta ſit? 93
Oculi, quando albeſcant? 68
Olympiades 99. earum verum ſpacium 108
Opiniones de prima infantis forma 27
Opiniones Pythagoricæ de infantis partu 40
Ὀπῶραι, poma 5
Orbis ætatis 79
Ὧρος annus 104
Ὡρογράφος 104
Orpheus, quo anno ætatis mortuus ſit? 71
Oſiridis ſtella 61
Ovum ne prius, an avis? 18

P.

Παῖς 69
Palilia, Parilia 114
Paraliti, reges ſuos Genios vocabant 11
Parcarum nomina, Nona, Decima 34
Parilia, Palilia 114
Parilibus hoſtia non cædebatur 9
Partus genera duo 41. Tria 41
Partus, quot menſibus formetur? 41
an ex patris tantummodo ſemine naſcatur? 26
Partus, quoto tempore ad naſcendum ſit maturus? 31
Πάθη 71
Πενταετηρὶς 92
Perſæ, ſpatium plenæ vitæ octoginta annos ſtatuunt 80. quomodo anni dies ſignificarint? 66
Pes Græcus, pede Romano major 59
Φαέθων, Jovis ſtella 61
Φαίνων, Saturni ſtella 62
Philippi anni 115
L. Philippus Cenſor, ſolarium in columna roſtrata poſuit 125
Philolaus, annum ſolarem dies ccclxiv. habere ſtatuit 101
Philoſophorum opiniones ſemper diverſæ 116
Phoſphorus, id eſt, Veneris ſtella 60. 61
Phrenetici, muſica curantur 57
L. Munacius Plancus, Cæſarem D. F. Octavium, Auguſtum appellavit 114
Planetarii 35
Platonem ortum principiumque naturæ negaſſe 17
Plato, quadrato numero annorum vitam humanam finiri putavit 17. 70
Plato ſanctiſſimus vocatus 70
Plato, quo anno mortuus ſit? 73
Pontificum fraus, in interkalandis menſibus 108
Poëtæ, multa incredibilia ſcripſerunt 80
Poëticæ, licentiæ libido 23
Porta Collina, & Eſquilina 85
Portenta, divinitus mittuntur 83
Prægnans, in Græcia ante diem xl. non prodit in fanum 50
Prima fax 128
Primitias diis conſecrare 5
Προσέληνοι 103
Prometheus, è luto homines formavit 18
Proſerpinæ ludi facti 85
Proverbia. Poſt ſæculum evenire 88
Sus Minervam 4

Præ-

Prudentia, in homine quando confirmata? 67
Φθόγγος 42. 43
Pthongi muſicorum, ad rationem numerorum conveniunt 45
Pubertas plena 32
Pubeſcere quando incipiamus? 32. 67
Pueri, ſic dicti, quod ſunt puri 64
Πυρόεις, ſtella Martis 61
Pyrrhæ ex lapidibus homines proſati 19
Pythagoras, quis & an, ſemper fuiſſe genus humanum opinatus? 17
Pythagoras, cum ſe ſomno daret, cumque expergitus eſſet, cithara cantare ſolitus fuit 56
Pythagoræ commentum in inveniendo ſonituum intervallo 44
Pythagorica opinio de partu 40. 48
Pythia, ludi Delphis celebrati 94

Q.

Quadratus numerus, potentiſſimus 70
Quinquatrus minuſculæ 55
Quinquatruum primo die non cædebatur 9
Quintanæ nonæ. 109
Quintilis menſis 106. unde vocetur? 120
Quinque ætatum gradus 63
Quirini ædes 124

R.

Regifugium 108
Religionum obſervantia 109
Remigibus ſymphonia cantatur 55
Riſu ſine quamdiu ſit infans recens natus? 51
Rituales libri 83
Roma, communis patria 78
Roma, quot annos incolumis futura? 96
Romani, ab Albanis orti 105
Romani, diem à media nocte incipiunt 124
Romani, Etruſcos imitati in ſæculorum diſtinctione 89
Romanorum annus 105
Romanorum civile ſæculum 90
Romulus, in condenda urbe auguria obſervavit 90

S.

Sacerdotes provinciales 78
Sæculum 79. ſeq.
Sæculum, unde vocetur? 80
Sæculum naturale, aut civile 79 ſeq.
Sæculum civile Romanorum, quot annis tranſigatur? 89
Sæcula Etruſcorum, qualia fuerint? 89
Sæculares ludi 85
poſt Sæculum evenire dicuntur, quæ raro fiunt. 88
Sæpe facias votum 8
Salem calidum circumferunt, cum Lupercalibus Roma luſtratur 121
Sanctiſſimi epitheton, quibus tribuatur? 72
Sapientiæ cultores, reliquis hominibus diutius vivunt 74
Saturni ſtella 61. 62
Scanſilis annus 70
Semen, quid ſit? unde fluat? 24. ſeq.
Senarius numerus fundamentum gignendi 49
Senectus ipſa morbus eſt 65
Senectus, inſanabilis morbus 65
Senes, unde? 64. 65
Senes, bis pueri 67
Seniores 64
September menſis, unde dicatur? 119
Septemmeſtris partus 39. 48
Septenarii numeri potentia 31
Septimanæ nonæ 109
Septimius Imp. ludos octavos ſæculares celebravit 88

Septi-

Digitized by Google

Septimus annus. *Vid.* Annus
Septimus dies. *Vid.* Dies
Servius Tullius luſtrum inſtituit 100
Sextilis menſis, unde vocetur? 120
Signiferi circuli partes 37
Signorum zodiaci partes 37
Sobolis procreandæ tempus 67
Sol, quot dies in unoquoque ſigno moretur? 118
Sol, CCCLXV. diebus orbem circuit? 52
Sol, quot dies in anno conficiat? 95. 96
Sol, à Luna & Terra quot tonos abſit? 60. 61
Sol novus, nonæ, brumæ tempore 116
Soli præcipua virtus humanorum actuum attributa 36
Solaria, quando Romæ in uſu eſſe cœperint? 125
Solonis opinio de ætate hominis 67
Sonorum differentiæ 43
Σῶθις 95
Spatium inter Terram & Lunam, quot ſtadiorum? 61
Stadium Italicum, Olympicum, Pythicum 60
Σταδιοδρόμοι 66
Stare recti, ſeptimo menſe incipimus 31
Στάσις 36
Stationem facere 36
Stella Jovis 61
Stella Martis 61
Stella Mercurii 60
Stella Saturni 61. 62
Stella Veneris 60. 61
Stella Martis, etiam Herculis ſtella vocata 61
Stella Martis, quot tonos à Sole abſit? 61
Stella Veneris, varie nominata 60
Stellæ vagæ 58. 63
Stellarum εὔρυθμος melodia 58. 59
Stellarum erraticarum qui ordo ſit? 62
Stellis, hominum vita ſubjecta 36
Στίλβων, Mercurius 66
Supertertius 45
Suprema dies 127
Sus Minervam 4
Symphonia, & ejus ſpecies 43
Σύμφωνοι voces 43

T.

Tages, è terra exaratus 23
Tarquinius 106
Τέλειος numerus 49
Templorum cultus 5
Tempus, quid? 76
Tempus, an initium habuerit? 111
Temporum diviſiones, tres 111. ſeq.
Tempus præſens, præteritum & futurum 77
Temporis præſentis exiguitas 77
Tempus ad Olymp. prima ad Romam conditam 113
Tempus ab Olympiade prima ad epocham Nabonnazari 114
Tempus ad pariendum aptum 32. 33
Terminalia 108
Terentini Ludi 85
Terræ ambitus, quot ſtadia contineat? 59. ſeq.
Terra, quot tonis à cœlo diſtet? 60
Terra, quot ſtadiis à Luna & Sole diſtet? 61
Τετράγωνοι, & τρίγωνοι viſiones 40
Τετραετηρὶς 92
Θεὸς, Sol 97
ὁ Θεὸς ἐνιαυτός. Ἡλιακὸς 97
Thoth, menſis Ægyptiorum 95. 115
Thraces, diem natalem non celebrant 2
Tibiæ, Muſis attributæ 54
Tibiarum atque chordarum differentes ſonitus, pares & impares 47
Tibiæ præcentoriæ 54
Tibicines ſacrorum 54
Tibicines templorum 54

Tibiæ

Tibicines in Capitolio veſcebantur 55
Τόνος 43
Τραγίζειν 68
Τριετηρὶς 91
Trieterica ſacra 92
Triumphantibus tibia præcinebatur 54
Tuſculanorum menſis 119

V.

M. Valerius ſolarium ex Sicilia Romam adtulit 125
Val. Publicola, ludos ſæculares Romæ inſtituit 85
Varro, tempora certo ordine diſtinxit 112
Varronis laus 112. 113
Venus, Aphrodite 120
Veneris ſtella, varie nominata 60. 61
Veſpera 127
Veſperus 127. 128
Veſperugo 127
Veteres, aliquid Diis ſacrabant 5
Crinem Deo paſcebant 6
Vettius, Romæ celebris augur 90
Vigilia prima, ſecunda, tertia, quarta 126
Vigiliarum uſus, in militia antiquiſſimus 126
Vires corporis, quando firmentur? 67
Vita humana, ſtellis ſubjecta 36
Vita hominum, longior, aut brevior, ſecundum rationem climatis 83
Vitæ humanæ terminus, quadrato numero finitur 70
Vita longiſſima, quæ? 81. ſeqq.
Vitæ humanæ ſpacium, annorum quatuor & octoginta 67
Vitæ humanæ gradus, quot? 74
Vitæ humanæ gradus ultimus mortem terminum habet 63. ſeq.
Umbri, diem à meridie incipiunt 123
Vox craſſior, quando eſſe incipiat? 68
Vocum, id eſt, ſonorum, differentiæ. 43
Urbi Romæ quot ſæcula debeantur? 90
Vultures XII. Romuli. 90

X.

Xenocrates, Octogenarius mortuus 74
Xenophanes Colophonius, major annorum centum fuit cum moreretur 74

Z.

Zωδιακὸς 37
Zodiaci partes, quot? 37

INDEX AUCTORUM,

In FRAGMENTO *Nominatorum.*

A.

Alcman 140
Archilochus 140
Ariſtoxenus 141. 142

C.

Callimachus 141
Cleanthes 130
Chryſippus 130

E.

Euhemerus 140
Eupolis 140

F.

Follis 141

H.

Heſiodus 140
Homerus 140
Hyperides 141

M.

Mimnermus 140

N.

Nicoſtratus, libro quem compoſuit de Muſico, fratre Rhythmonii 141

P.

Pindarus 141
Piſander 140
Pondos 141

S.

Simonides 140
Stoici 129

T.

Teleſilla, Argiva 140
Terpander 145
Thales, Mileſius 129
Timotheus 141. 145

IN-

Digitized by Google

INDEX
RERUM VERBORUMQUE
In *Fragmento*.

A.

Æquinoctium auctumnale, vernum 131
Æther, elementum 130
Æther, & aër 130
Æthiopia 131
Amphibrachus, pes 147
Amphibrachus, non facit numerum 151
Amphigonum 138
Amphimacrus, pes 147
Anacreontius verſus 151
Anapaſtus Ariſtophanius 150
Anapæſtus numerus 151
Anapaſtus octonarius 150
Anapæſtus, pes 147
Angelicus verſus 151
Angulus planus, rectus, hebes, acutus 137
Antichthones 131
Antœca 132
Antipodes 131
Apollo 145
Aqua, omnium rerum principium 129
Aquarius, & Capricornus, domus Saturni 136
Aries, ſignum tropicum 132
Aries, & Scorpio, domus Martis 135
Ariſtobolius 150
Ariſtolochius verſus, ſeu Archebolius 151
Ariſtophanius verſus 150

B.

Bacchius, pes 147
Bacchius, non facit numerum 151
Brachiſyllabus, pes 148. 151

C.

Cœli poſitio 131
Cancer, domus Lunæ 135
Cantus, initio ruſticus & inconditus fuit 141
Capricornus, & Aquarius, domus Saturni 136
Carmen quid? 148
Carminis Anacreontii pedes 151. *Ariſtophanis, & Octonerii anapæſti*, 150. *Angelici*, 151. *Ariſtobolii*, 150. *Ariſtolochii ſeu Archebolii*, 151. *Choriaci*, 149. *Comici*, 149. *Denarii*, 151. *Elegiaci*, 148. 152. *Herbici*, 148. *Hipponactii*, 149. *Jambici Senarii*, 149. *Jonici majoris*, 150. *Jonici minoris*, 150. *Octonarii*, 149. *Pæonis duodenarii*, 150. 151. *Pentametri*, 148. *Phalæcii*, 151. *Priapeji*, 151. *Saturni*, 151. *Septenarii*, 150. *Tragici*, 149
Carminum muſicorum ſpecies tredecim 147
Centrum in ſtellarum adſpectu 134. 135
Chloris, Tireſiæ filia 142
Choriacus tetrametris 149
Chorius, pes 147
Χρῶμα, *ſpecies modulationis* 143
Circulus, quid apud geometras? 138
Circuli quinque cœli 131
Comicus trimetros 149
Creticus, pes 147
Creticus numerus 151
Crouſmatica, pars Muſicæ, quid? 142
Cydrophe 131

INDEX RERUM

D.

Dactylus, pes 147
Dactylicus verſus 148
Dactylicus numerus 152
Denarius verſus 151
Diametros, quid? 135. 138
Dia paſon 146
Dia pente 146
Dia teſſaron 146
Dieſis 146
Dodecaſyllabos 151
Domus Jovis, Lunæ, Martis, Mercurii, Saturni, Solis, Veneris 135. 136
Dorium carmen 144
Duodenarius verſus 151

E.

Elegiacus pentameter 148
Elementa, quæ & principia rerum dicuntur 129. 130
Ἐπίπεδος 137
Euthygrammoi forma 138

F.

Figura, apud Geometras, quid? 138
Follis, Muſicis 141

G.

Gemini, & Virgo, domus Mercurii 135
Geometria, quid? 136
Geometrarum poſtulata, quot? 139

H.

Harmonica pars Muſicæ 142
Harmonia, ſpecies modulationis 143
Hemicylus, quid? 138
Hemitonium, quid? 146
Heroici carminis pedes 148
Heteromeces 139
Hexagonum 135
Hexameter heroicus 148
Hipponactius trimetres 149
Hymenæ 142
Hypate, Muſa 145
Hypermixolydius modus 144
Hypodorium carmen 144
Hypolydii modi 144
Hypophrygii modi 144

I.

Jambus, pes 147
Jambicus trimetro 149
Idmonea, Nympha 141
Jonicus ſeptenarius, major, minor 150
Iſoſceles 138

K.

Κάθετος, *quid?* 137

L.

Leo, domus Solis 135
Libra, & Taurus, domus Veneris 335
Linea, quid? 137
Linea recta, plana, normalis 137
Linus Apollinis filius 145
Luna creſcente, univerſa gignentia pubeſcunt; eadem tenueſcente, tenuantur 134
Luna de Sole flammatur 133
Luna, ignem à Sole accipit 133
Luna curſus 133. 134
Luna, quot diebus ſuum menſem conficiat? 133
Lydium carmen 144

M.

Meſe, nomen Muſæ 144
Metrum, Latine numerus 146
Mixolydii modi 144
Modulatio, quid? 143. 144
Modulationis tres ſpecies 143. 144
Modus, quid? 142
Moloſſus, pes 147
Moloſſus, idem & ſpondiazon 152

Multi-

Digitized by Google

Multilaterum, quid? 138
Muſica, quid? 142
Muſica, prior inventione metrica 140
Muſicæ partes 142
Muſici quidam clariſſimi 140. 141
Muſicis cantibus quis primus cecinerit facta heroum? 142
Muſicus, frater Rythmonii 142

N.

Natura, provida ac ſapiens 136
Nete, nomen Muſæ 144
Normalis linea 137
Nota, quid? 137
Numerus, quid? 136
Numerus, Græce metrum 146
Numerus, & maxime legitimus, quis? 148

O.

Octonarius verſus 149
Orthogonum 138
Organi tres intenſiones 144
Organica, pars Muſicæ 142
Originibus hominum nocturnis quæ ſigna fuveant, quæque diurnis 134. 135
Oxygonum 139

P.

Pæon duodenarius 150. 151
Palimbacchius, pes 147
Palimbacchius numerus 152
Paralleli Circuli cœli 131
Parameſa, Nympha 145
Pedes ex ſyllabis componuntur 147
Pedes diſſyllabi, triſyllabi 147
Pentameter verſus 148
Periclymenus 142
Perimedes 142
Phalacius verſus 151
Phalacius numerus 152
Phrygium carmen 144
Piſces, & Sagittarius, domus Jovis 135. 136
Poëtæ antiquiſſimi 140. 141
Poëtica, licentior quam Muſica 141
Poëtica, poſt cantus valuit 141
Pondos, Muſicus 141
Poſtulata Geometrarum, quot? 139
Pentapeius verſus 151
Principia rerum, eadem & elementa 129. 130
Pyrrichius, pes 147
Pyrrichius numerus 151

Q.

Quadratum, quid? 139
Quadratus verſus 149

R.

Rhombus 139
Rhytmus, quid? & unde dictus? 141
Rhytmonius, Orphei filius 141

S.

Sagittarius, & piſces, domus Jovis 135. 136
Saturnius numerus 151
Scalenum, quid? 138
Scorpio, & Aries, domus Martis 135
Scutula, ſeu rhombus 139
Septenarius verſus 150
Signa diurnis nocturniſque faventia 134. 135
Signa fœminina 132
Signa maſculina 132
Signa ſolſtitialia 132
Signa tropica, peregrinationibus præſunt 135
Solis curſus 133
Solis defectio 133
Sol, maximum ſidus 132
Sol, principale elementum 130
Solſtitium æſtivum 131
Solſtitium hybernum 131
Spondiazon numerus 152
Spondiacos hexametros 141
Spondæus, pes 147
Stella, quæ ortum facit 134
Stella Jovis, Martis, Mercurii, Satur-

Digitized by Google

Saturni, Veneris 133
Stella fixa & ſtantes 133
Stellarum domus 135. 136
Stoicorum opinio de principiis rerum 129

T.

Tempus, quid in carmine? 143
Terpander 145
Terra, elementum 130. 136
Tetragonum 138
Tetrameter choriacus 149
Timotheus, muſicus 141. 145
Τόν☉, ſpecies modulationis 143
Tonus, quid? 146
Tragicus trimeter 149
Trapezia 139
Triangulum aquilaterum 138
Trigonum 138
Trilaterum 138
Trimetros Comicus, Hipponactius Iambicus, Tragicus 149
Tropicorum ſigna aquinoctialia duo 132. 133

V.

Varrithon 142
Verſus, unde dictus? 142
Virgo, & Gemini, domus Mercurii 135

Z.

Zona 133

Digitized by Google

INDEX RERUM
ATQUE
VERBORUM,
Memorabilium in *Lucila* reliquias.

A.

A longa & brevis eſt 323
A. ante E E. veteres ſæpe omittebant, ut Pretor pro Prætor 225
Abbire 324
Abſtemius 307
Abundare 280
Acceptor & accipiter 236
Acceptus deceptus 412
Accumbere menſam 350
Aceroſum far 376
Aceroſum cætum 333
Acipenſer 285
Adſuviſſemus 258
Adipata puls 305
Adjutatus 396
Adoriri 782
Adſpirare ad oſtium 392
Adverſa hieme 367
Æquales 301
Æra perverſa 415
Æſerninus 290
Ætas pro tempore longinquo 261
Agitator auriga 251
Agipes pro Senatore pedario 223
Agrarius mergus 242
Alburnus portus 276
Albutius Græcus quam Romanus dici maluit 192. 193
Algu pro algore 220
Ambitio vide aurum.
Amia 287
Ambiri 328
Amphitopæ 265. 309
Amplexari 219
Ampliter pro ample 350
Amptruare & redamtruare 335
Amyclæ tacitæ cur ita dictæ 218. 219
Anceps duplex 418
Anceps acutum ex utraque parte 418
Animoſus pro iracundo 423
Annibal lupus vetus 412
Anu in dativ. pro anui 238
Anquina 197
Anter herbilis 235
Antiquus & Antiquior intellectu differunt 348
Apiſci 382
Appellare familiariter reſpondere 396
Appellere applicare 380
Appepèli 425
Aprinum viſcus 242
Aptus adeptus 419
Aqua intercus 407
Aquales 267
Aquilum 245
Arabus 377
Ardum pro aridum 394
Arenarius 306
Ariſtocrates 364
Armillum 402
Arquatus morbus 203
Arutænas 267
Aſparagi 272
Atarne piſcis genus 263
Athones aſperi 275
Attendere pro intendere 382
Aurum nequam 209

Aurum & ambitio virtutis ſpecimen 201
Auxiliatus paſſive 234. 235
Averruncare 391

B.

Baliſtæ centenariæ 404
Bellum & prelium differunt 379
Bilingues Butaces 230. 231
Blanditia certare 192
Boa ſerpens aquatilis 203
Bovinator 343
Bracæ 342
Broncus 279
Brutaces bilingues 230. 331
Bubinare 208
Bulga 306. 384

C.

Cacoſyntheton 323
Cadus 365
Cædere conſumere 429
Cæpa & cæpe 302. 303
Cala fuſtis 239
Calvitur 364
Calx gen. maſc. 375
Campana Capua 274
Canalicula 244
Canes 307. 252
Canes irritata 265
Canicæ 399
Capere delectare 381
Capital 385
Capis vaſis genus 335
Capitata natrix 270
Capronæ 313
Capua Campana 274
Capulare cadaver 240
Capulum 268
Carbo 260
Carcer vix carcere dignus 233
Carcheſia 278
Caries 315
Cariſſa pro vafra 242
Carnaria 286
Carneades 261
Carpathium mare 214
Carpere celeriter præterire 418
Caſeus 353
Caſſinas oleum 242
Catapirates quid? 198
Catapulta 304
Catax 268
Catillo 286
Catino curto uti 351
Caupona Syra 281
Cavere & vitare differunt 387
Cento 406
Cepe 362
Cernuus 396
Cerebroſi 357
Cernere rurſum diſponere 304. 346. 396
Cernuus 279. 396
Cercurus 318. 350
Chartus gen. maſc. 393
Chenopodas 329
Cibicidæ 399
Cicæ 271
Cillus 236
Cyma neutr. gen. 220
Cinædi quinam 270
Cinerarius 310
Circumferre ferto 271
Claupus pro claudipus 255
Clepere pro corripere 252
Clinopodas 322
Cluere 430
Cognoſcere rem 382
Cohors Prætoris 216
Colere diligere 381
Collare vinculi genus 412
Collus maſcul. gen. 316. 396
Colubra 371
Columellæ ſervi majoris domus 374
Columna Maenia 228. 229
Coluſtra 319
Combibones 389
Comodines 289
Comeſt pro comedit 295
Commanducari 295
Commanducatus 364
Committere ſe alicui pro conjungere 403
Committere facere 403
Commodum pro integro 273
Compernes 363
Componere labra labellis 317.

pectori

Digitized by Google

pectori pectus 318
Compoſitæ lexeis 193
Concilium habere 258
Confector cardinum vel carnium 405
Confectus doloribus 383
Conficere colligere 381
Conjicere pro furari 271
Conſortio gen. fem. 410
Contemnificus 390
Contendere comparare 263
Conturbare animam 282
Convenire interpellare 403
Corbita 354
Cordi eſt 382
Cordulum 287
Cortinipotens 314
Coxendicas 217
Crepera res 300
Criſſare 344
Crucium vinum pro inſuavi 223. 224
Cruſtula pro placentis 230
Cubitum gen. neutr. 360
Cuja pro cujus 430
Cumanus panis 376
Cupiditas & cupido differunt 275

D.

Damnare pro exheredare 340
Dare pro petere 309
Dare bibere 311
Dare pro dicere 405
De pro ab 377
Devargentaſſere 379
Deblaterare 426
Decalanticare 380
Deciminutia 425
Decollare ſe 346
Decumanum oleum 376
Deducta voce 421
Deferre nomen 401
Deflare 385
Defrudare genium 380
Delinire delinitus 400
Delirare unde dictum 38
Delus minor 274
Demagis pro valde magis 360
Demittere animum 399
Deorum invocatio veterum plerumque principium 214. 215
Deos ſuos patres vocabant antiqui 259
Depeculaſſere 379
Depilati 416
Depoſitus bubulcus pro deſperato 281
Depugnare 384
Depunere cædere 222
Deſpoliare 372
Deſquamari 313
Deſtinare 394
Deſubito pro ſubito 338
Deverrere 398
Diana Faſcelitis 277
Dicare pro indicare 424
Dicere diem capitis 403
Dimidiatum quid proprie 201. 206. 207
Dimidium horæ 370
Diſrumpere cantu colubras 371
Docere Dicere 412
Dominia vocantur convivia 346
Dominus exhibitor convivii 318. 346
Dominus diſpar 251
Domuitio 389
Domus antiqua 251
Dormio non omnibus. proverbium 222
Ducere pro volvere 415

E.

Ecferre foras myſteria 378
Echinus vas ſalis 229
Efferre ſe 384
Efferre proferre 384
Efferri ira 293
Elevit maculavit 307
Elidere animam 269
Eligere defatigare 400
Eluvies 380
Emblemate vermiculato 193
Eminulus deus 363
Empleuron 199
Endo 364
Enthymema quid 204
Eodem contracte una ſyllaba 198

Digitized by Google

Epitegina 425
Epulæ Jovis 351
Ergaſtulus 356
Eques antiquis, & homo equo inſidens, & equus qui inſidetur 198. 199. Equitare eodem modo utebantur Veteres ibid.
Equorutium 313
Exanclare 426
Excantare ore excludere 269
Excidere diſſentire 398
Excludere ſervitutem 398
Exigere excludere 390
Exigere vitam 403
Exodium. exodiarius 216. 217
Expergitus 219
Exſculpere extorquere 269
Exſculpere predam ex ore 212
Exſpirare ſolem amoium 255
Exui pro liberari 419
Euntur 912
Evadere ægritudinem 377
Exlex 269

F.

Facie non faciel dixere Veteres 238. 239. 312
Facul pro faciliter 307
Fames fami 358
Famoſus pro infami 339
Fannia Lex [illegible]7
Faſtidire bonorum 315
Favitor pro fautor 417
Febris querquera 202. 223
Ferre laudare 427
Ferre veſtigia 422
Ferto circumferre 271
Fervere correpta pen. 330
Ficus fici 236. 237
Filum ducere 418
Fingere parare 404
Firmiter pro firme 338
Flaccet 321
Flacita familia 389
Flagitium periculum 412
Folliculum pro corpore 383
Fora ibant 236
Forcipibus dentes evellere 368
Fores. ante fores ponebantur, de quorum ſalute nulla ſupererat ſpes 109
Fors & fortuna quid diſtent 347
Forus maſcul. gen. 281
Fovere ventrem 413
Frontem ferire 280
Frunilci pro frui. 366
Fruſtillatim 253
Fulgit pro fulget. 314. 342
Pulmenta femin. gen. 297
Fungi munera 301
Fungi officium 336
Fulgurivit 388
Furci 321

G.

Gallam bibere 376
Gallonius gurges 285
Gangræna 264
Gauſape tergere menſas 372
Genium defiudare 380
Gerdius 425
Genu maſculin. gen. 295
Genuæ guloſi 421
Gibber 236
Gigerica 321
Gladium neutro gen. 213
Glutino pro glutine 385
Grabati 309
Gracila pro gracilis 310
Gradarius equus 352
Granii de ſe ipſo judicium 249
Grave neceſſarium 410
Grex in fem. gen. 271
Gruma degrumari 278
Grues gen. femin. 296
Guberna pro gubernacula 372
Gulioca. Gulliocæ 245
Gumiæ 284
Gurges Gallonius 285
Guttur maſcul. gen. 220

H.

Habere iter pro dirigere 419
Haſtam ſumicere ſub vitem 210. 211
Halicarius 359
Herbilis anſer 235
Hilum pro ullum. 349. 429

Hippocampi 221
Hir vola manus 288
Honor ſepultura 403
Hornum 405
Horret ager 231
Horridulum 362

I.

Idiota 383
Ignaviter 362
Igni & aqua interdicere 409
Ini pro eum 332
Imbubinare 208
Imbulbitare 208
Impertire ſalutem 392
Improfundies 390
Inbalnities 390
Incerniculum 390
Incilare improbare 427
Incita 364
Incita (ad) redire 282
Incruſtatus calix 366
Indigere argenti 221
Indu foro 192
Induci ſtudio 383
Iners pro eo qui ſine arte eſt 329
Incubere pro tranſire 310
Inſignis cauda 391
Inſultare in aliquem 420
Intercus aqua 407
Interdicere aqua & igni 409
Interficere pro conſumere 404
Interfici de rebus inanimatis 212. 213. 214
Intuti quæſticuli 308
Intybus gen. maſcul. 202, 371
Invaſſe influces 269
Invitare repleri 220. 422
Iri primæ 288
Ire ambulare 407
Irritata canes 265
Jureperitus 272

L.

L. & S. commutatio 230
Labos hinc laboſum 275. 282
Laboſum iter 275
Labia gen. fem. 374
Lactens caper 228
Laceſſo laceſſi 350
Lælius Decimus 227
Lapathus 284
Largi pro largiri 348
Latere pendens 368
Latrina 310
Lautus 386
Laverna Dea furum 365
Legere pro ſurripere 401
Lentet opus 321
Lentus ſolvere nulli 340
Lex Fannia 237
Lex Licinia 237
Lex Tapulla 211
Lexeis compoſitæ 193
Libenter cœnare 289
Licinia Lex 237
Liquentes literæ quænam & cur ſic dictæ 203
Locare inſidias 403
Longe pro præcipue 275
Lora 336
Lucifugus 348
Luna alit oſtrea 206
Lupari 301
Lupus 260
Lupus Tiberinus inter duos pontes captus 286
Lurcare 286
Lurcones 289
Luſtrare 433
Luſtrare exquare 272
Lymphor pro lympha 222
Luvit pœnas 282

M.

Macellus 309
Maſtæ virtute 303
Mænia columna 229
Magnificare 187
Malta qui mollis erat dicebatur 396
Maluiſti contracte tribus ſyllabis 193
Manducatur pro manducar 351
Mamphula panis ſyriaci genus 199
Mandones edaces 221
Manſti pro manſiſti 298
Manſum 424
Mantella, mantelia mantilia 232
Mantica 276

Man-

Digitized by Google

Mantiſa additamentum ponderis 221
Marculus quid. 200
Maſtigia 378
Me pro mihi 207. 298
Mediaſtinus 364
Medimnus 354
Meile. meilia 325
Meilitia 325
Menda genere feminino. 204
Mendacei 325
Mercede merere 266
Merere pro militare 343
Merere publica lege 433
Meret relligiones 266
Mergus agrarius 242
Meſſis maſc. gen. 394
Metrophanes 374
Mictilis 371
Mille numero ſingul. 274
Milli pro mille 335. 354
Miraculum pro miniſtro 267
Miſtarius 303
Moechocinædus 425
Monogrammi 395
Monogrammus homo 272
Monſtrificabile 387
Mordicus 395
Muſacere pro mutire 343
Muginari 316
Mundus in mundo habere 204
Munes & munifici 383
Murex marinus 229
Muſcipula 426
Muſimones equi 310
Muto 320
Mutonium 248
Mutuum facere cum aliquo 398
Myconi juventus calva 232

N.

Naſum gen. neutr. 315. 374
Natrix craſſa 270
Natus ad aliquid 216
Nebulo 372. 348
Nefantia pro nefanda 282. 420
Nemo homo 421
Nequam aurum 209
Nexit pro nexuit 301
Ninguis 243
Nigror noctis 300
Niti opibus 382
Noctiluca 272
Nodum in ſcirpo facere 266
Nox pro noctu 277
Nuculam 197
Nundinus 385
Nutricatur pro nutricat 435

O.

Obducere aperire 417
Obrigeſcere 385
Obſervare aliquem 395
Occalo ſole 268
Offendere lædere 392
Offendere percutere 417
Offerre ſibi moleſtiam 377
Oleum Caſſinas 242
Olim temporis futuri 367
Onerari 433
Optare eligere 367
Oraria 271
Oſtrea gen. femin. 279. 334
Oſtrea gen. neutr. 346
Ouſens fluvius 253
Ouſentina tribus 233

P.

Pædidus ſenex 332
Palinurum promontorium 277
Pallor pro carie 429
Palpari pro palpare 414
Palumbus gen. maſc. 352
Panus rectus ſubtegmine 320
Parcere pro ſervare 231. 397
Parectati 319
Parectaton 372
Paniſſes 296
Paſceolus 346
Paſſus ſenex 334
Pauſa 261
Paxillum 398
Pedagroſus 333
Pedes pro pediculis 414
Pelles tentæ pro extenſæ 344
Peila 325
Pellis. pedem pellibus imponere. in pelle propria quieſcere. in-

tra pelliculam ſe continere.
proverbia unde ſumta 205
Peniculamentum 368
Penſum 408
Penula 355
Penus omnis gen. 217. 240. 361
Percrepare 388
Perditus tuſſi 202
Perlabi colles uno gradu 214
Perſius doctiſſimus fuit 226
hinc Lucilius noluit ut legeret ſuos verſus 227
Pertiſus pro pertæſus 196
Petſulus 206
Petaurus, Petantiſta 210
Petigo 371
Petile crus 345
Petimen 210
Pigror 338
Pila duplex 386
Piloſa vulga 271
Piluch 200
Pinnirapus laniſta 280
Piſtrina 362
Piſtrinum 200
Piſtrix valida 199
Placidianus gladiator 290
Plure vendere 236
Poëſios & Poëmatis differentia 331. 332
Polypus 418
Popina 264
Porcere pro prohibere 310
Portenta 390
Portorium 392
Poſtica 281
Poſticum neutrigen. 320
Poſtomis 357
Poteſſet pro poſſet 183. 424
Potus 428
Præficæ 373
Prætorium eſt præire 225
Pretium pro premio 422
Primitus pro primo 300
Priores & primores quid differant 371
Priva ſingula 263
Prodenda dies 304
Prodigitas 308
Producere inſtituere 377
Promontorium Minervæ 270
Propala 299
Propitius 391
Proprium pro perpetuo 363. 397
Proſicies extorum 351
Prosferari 389
Protelare 306. 345
Protollere differre 262
Pſilæ 265
Publicitus pro publice 345. 362
Puellus 296. 342
Puerei 325
Pugna pro ſtupro 315
Pugnare pugnam 215
Pullipremo 241
Pumicari 312
Punctum pro momento 352
Puls adipata 305

Q.

Quadrans ratitus 276
Quæſticuli intuti 308
Quartarius 276
Quavis 220
Querquera febris 202. 223
Quiritare 306

R.

Rabula 248
Ramice magno ſenex 333
Rapinator pro raptor 270
Ratitus quadrans 226
Rauſurus Oreſtes 368
Recipere pro revocare 413
Redamtruare 333
Redundare abundare 405
Religioſi dies 406
Remeligines 218
Remillum 248
Remittere repudium 412
Remora 218
Repandum 303
Repedare pede iterare 217. 381
Reprehendere 368
Reſultantes ædes 239
Rictu uti 283
Ricini 271
Rodus vel rudus pro maſſa 198
Rogare poſcere 378
Rondes pirata 202

Rora-

Rorarius 314
Ructare 255
Ructus exhalare 283
Rudus 342
Rumpere defatigare 392
Rutellum 334

S.

Saga 342
Saga conciliatrix 315
Salem amarum exſpirare 255
Sallere 319
Samium 351
Saperdæ 287
Sarcinator 406
Sardinenſis terra 311
Sargus piſcis genus 208
Satias pro ſatietas 414
Satis diverſe accipitur 262
Satyra unde dicta 261. 262
Scabere 335
Scadion pirata 202
Scelerosi pro ſcelerati 261
Schedia navigii genus 224
Scipiadæ dictum in Aſellum 341
Scirpus ſine nodo. unde proverb. nodum in ſcirpo quærere 266
Scripturarius 379
Scruta & ſcrutarius 200
Scuta gen. fem 364
Seges pro ipſa terra 315
Segeſtre 355
Senecta 407
Senex ad ætatem ſenium ad convicium refertur 232
Senium 355
Servare pro obſervare 431
Sibilus maſculino gen. 213
Sicyonia genus calceamenti 200
Singillatim 367
Silarum flumen 276
Siluri jura 287
Simare 314
Simitu pro ſimul 430
Sirpiculæ 358
Sole occaſo 368
Solla pro tota 209
Soleciſmorum centum genera 234
Solox 212
Spara teli genus 210
Spargere madefacere 368
Species vitæ 428
Sponte ipſa 205
Spurcus 408
Spurcus homo 290
Spurcus ore 341
Squallitas 378
Squarroſus 210
Squilla 285
Stadium acclive 319
Stare prominere 411
Stare pro eſſe 235
Statura 417
Stlembus equus pro tardo 223
Strabones quinam 393
Strenuior 362
Stricturæ 281
Strigolus 343
Strigilim 243
Strigilim præfractam 200
Stulto nihil ſatis 365
Subſicivum 406
Subducere rationes 415
Suberies 248
Succuſſare 354
Succuſſator equus 270
Sucerdæ 426
Sudum 429
Suere centonem 406
Suffertus 358
Suffocare 240
Sumen 294
Sumina 286
Sumere pro eligere 278. 387
Sumere pro ſuſpicere 387
Sumicere haſtam ſub vitem 210. 211
Sumti pro ſumtus 431
Supplantare 420
Suppus 211
Surofenix 356
Suſque deque ferre 275
Suſtinere currum 251
Suſtulere 317

T.

Tama ſanguis in crura deſcendens 203
Tangere 214
Tangere venas 383

Ta-

Tapulla Lex convivialis 211
Taxim 314
Tentum pro extenſum 426
Tergère menſas gauſape 372
Theognis priusquam naſceretur proverb. 228
Tollere occidere 381
Tolutim 213. 319
Tongere 375
Torques gen. maſc. 342
Trico numarius 340
Trico vadatus 343
Triſtis philoſophus 404
Tubulus (Lucius) 249
Tuditare 200
Tunica 265

V.

Vannere clunibus 344
Vannere cunnis 314
Vappones 244
Vari 363
Vectis maſcul. gen. 266
Vegrande 384
Ventrem fovere 413
Ventres 289
Vermiculato emblemate 193
Verrere mundare 397
Verna qui vere ſacro natus 221
Verruca 363
Verſipellis 378
Verticulæ 295
Veſcus 387
Victu pro victui 285
Vindiciæ res de quibus controverſia eſt 212
Vinibuæ 322
Viriatus Annibal 382
Viroſa mulier 312
Virtus pro flagitio 234
Virtutis definitio. 183
Viſcatis manibus legere 401
Viſcus aprinum 242
Vita eſt Vis 207
Vitem (ſub) præliari 218
Vitem (ſub) haſtas jacere 210. 211
Vitiligo macula in corpore 203
Vix diverſimode ſumitur 233. 234
Unguem 294
Volam pro velim 400
Vomica loca concava 415
Uti aliquam rem. 352
Utria gen. neutr. 221
Vulgus gen. neutr. 351
Vulga piloſa 271
Vulturius pro vultur 267
Vultus & facies quid differunt 264
Xaīgs 193

Z.

Zonatim per gyrum 310
Zopyrion 374

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google